BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Aldhelmus <Schireburnensis>

Aldhelmi opera

Berolini 1919

München, Monumenta Germaniae Historica -- 4 C 1 b (15
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00000827-4

Die PDF-Datei kann elektronisch durchsucht werden.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS XV

ALDHELMI OPERA

EDIDIT

RVDOLFVS EHWALD

ADIECTAE SVNT TABVLAE V

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXIX

ALDHELMI OPERA

EDIDIT

RVDOLFVS EHWALD

ADIECTAE SVNT TABVLAE V

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXIX

Aulae Vimariensis officina thypographica.

Quod ante bellum imprimi coeptum est, nunc post bellum lugubre absolvi opus Aldhelmianum; diu me labor pressit, nunc, cum depono, gravior de patria cura me angit ac vexat. Ad Aldhelmum, cuius penes nos est codex illustris, a Ludovico Traube, viro admirabili, vocatus sum, cuius industria indefessa et sollertia diligentissima totae erant in studiis Medii Aevi excolendis et promovendis. Qui cum intellexisset, Aldhelmus Anglosaxo, qui omnium Germanicae stirpis hominum primus litteras attigit, quanti pretii et quantae auctoritatis esset ad initia Germanicarum litterarum investiganda, quamvis non esset popularis noster, tamen in numerum eorum scriptorum adsciscendum curavit, quos percenseri et textu firmato edi eorum omnium interesset, qui ad accuratiorem aetatis illius pervenire vellent cognitionem. Ipse enim quam misera eius esset condicio, probe erat expertus. Atque dux insignis et admonitor strenuus vir ille mihi extitit et permansit, dum inter mortales est versatus, sed antequam ad opera Aldhelmi ipsa accederem, morte amicorum animis et universae studiorum illorum sodalitati luctuosissima abreptus est.

Susceperam studia Aldhelmiana, cum codices Germanicos, Helveticos, Austriacos, Belgicos, Batavos, Petropolitanum Q I 15 — alterum Petropolitanum, quoniam transmitti non poterat, ipse non inspexi — Gothae excussissem, programmate Gothano anno 1904 de carmine Aldhelmi conscripto; deinde in symbolis pro Alberto de Bamberg 1905 editis in aenigmata Aldhelmi inquisivi, quae ad plane novam disponendi rationem esse redigenda intellexeram. Hoc opusculo confecto

in Britanniam, quae patria Aldhelmi plurimos eius etiamnunc servat codices, et in Francogalliam, quo primum studia Aldhelmiana transierunt, profectus sum consilio Holder-Eggeri adiutus: et dici vix potest neque unquam immemor esse potero, quanta F. Jenkinson Cantabrigiensis et G. F. Warner Londiniensis me comitate exceperint et quam alacri me sublevaverint auxilio, id quod eo lubentius confiteor, quo magis iam exacerbato populorum odio abhinc diu desideratum iri arbitror. Satis autem ad rem illic perpetrandam munitus ac praeparatus esse mihi videbar libro excellenti A. Napieri lecto, qui Old english glosses inscribitur (Oxonii 1900).

Redux in patriam, quae peregre conquisiveram, studiose explicare conatus de vita et scriptis Aldhelmi egi in actis Academiae Erfurtensis anno 1907. Tum demum ad textum recensendum atque edendum me accinxi, cum satis me novisse res ad Aldhelmum pertinentes et a codicibus satis habiturum esse me subsidii confiderem; nam ab illis plurimum firmamenti venturum esse ad verba Aldhelmi aliquatenus vix intelligenda iam perspexeram. Atque fausta fortuna evenit, ut ad omnes Aldhelmi libros locupletes testes nanciscerer; in carminibus enim ecclesiasticis mihi praesto erat codex Phillippicus nunc Berolinensis, in tractatu metrico Augiensis (Caroliruhensis) et Lemovicensis (Parisinus), in aenigmatibus Corbeiensis (Petropolitanus), in prosa de virginitate Wirceburgensis, in carmine Murbacensis (Gothanus), in carminibus rhythmicis Vindobonensis, quem Jaffé iam adhibuerat, in epistulis cod. Vindobonensis et Britannicus 7 D XXIV, quibus codicibus ita usus sum, ut par erat eorum praestantiae. In carminibus rhythmicis vero mihi succurrit Wilhelmi Meyeri Spirensis sollertia omni laude dignissima, qui vir egregius in his studiis, in quibus vixit, obiit quorumque decus erat praeclarum. Per totum autem opus consilium praebuit integerrimum et auxilium tulit optimum Karolus Strecker, qui quamquam arma sumpserat, tamen ne inter belli quidem strepitum litteras, quantum posset, fovere desiit atque etiam indicem orthographicum meis addere non dedignatus est indicibus.

Nunc tandem confectum est opus, quod tanto labore, tanto studio, tanta patientia suscepi et retinui, quae ne frustra adhibita sint oro optoque; pro auxilio autem, quod mihi per tantum tempus tam laetum quam triste in plagellis corrigendis ministrare nunquam dubitaverunt M. Schneider et G. Magnus, gratias his viris habeo agoque quam maximas.

Gothae 12. Ianuario 1919.

RUDOLFUS EHWALD.

CONTINENTUR HOC TOMO

	pag.
De vita Aldhelmi et scriptis	IX—XXIV
Errata et addenda	XXV
Aldhelmi carmina ecclesiastica; praefatio	3— 11
Carmina	11— 32
Aldhelmus de metris et enigmatibus ac pedum regulis; praefatio	35— 58
Aldhelmus de metris et enigmatibus ac pedum regulis	59—204
Epitome tractatus Aldhelmiani	205—207
Aldhelmus de virginitate. I. Prosa; praefatio	211—225
Prosa	226—323
Aldhelmi de virginitate. II. Carmen; praefatio	327—349
Carmen	350—471
Epistulae	475—503
Chartae	507—516
Carmina rhythmica; praefatio	519—523
Carmina	523—537
Indices	541—765

DE VITA ALDHELMI ET SCRIPTIS.

Primus omnium Aldhelmi mentionem fecit Beda Venerabilis in historia ecclesiastica gentis Anglorum (V 18) viginti duobus annis post quam obiit Aldhelmus scripta; ex hac eorum, quae medii aevi scriptores de eo fere proferunt, omnis memoria manavit[1]. *Quae praeterea de eo cognita habemus, eorum potissimus auctor est Willelmus Malmesberiensis, qui anno 1125 (cf. De gestis pontif. p. 442 Ham.) totum quintum de Gestis pontificum librum Aldhelmi, celeberrimi monasterii sui abbatis, rebus narrandis tribuit; praecesserat ei Faricius Abendoniensis*[2] *(† 1117), homo Italus, qui ipse quoque monachus fuerat Malmesberiensis, successit Capgravius († 1464). Faricium, quem ipse legit, Willelmus, monasterii sui bibliothecarius, et testimoniorum multitudine et iudicii auctoritate superat; Capgravius novi nil attulit*[3].

Nomen Aldhelmi in codicibus fere ubique Aldhelmus vel Althelmus (corruptelas manifestas omitto) scribitur, etiam in Chronicis Anglosaxonicis (vide Two of the Saxon Chronicles ed. C. Plummer, Oxford 1899, I 41 ad annum 709) Aldhelm audit recteque sic nomen scribi ipsius episcopi testimonio probari iam suo iure monuit Willelmus: nimirum in metrica aenigmatum praefatione per acrostichum et telestichum composita sic, per H, scriptum est. Adde quod nomen magistri discipulus (carm. rhythm. IV 15. 51) cassem priscum *et ipse Aldhelmus in epistula ad Wihtfridum (Will. Malm. V 332, in marg. codicis Oxoniensis collegii Magdal.)* galeam veterem *interpretatus est alterque discipulus*

1) *Vide Hermannum Contractum (MG. SS. V 97 ad annum 705), Sigebertum Gemblacensem De scriptt. eccles. c. 66, Anonymum Mellicensem. c. 60; Hermannus Contractus octo vitia inducit, sed is Alcuinum sequens; cf. I. A. Fabricius, Biblioth. ecclesiastica (Hamburgi 1718) p. 100. 108. 148. Sua et nova de eo attulit Ademarus grammaticus in codice nunc Leidensi, olim Lemovicensi (cf. praef. ad epist. ad Acircium p. 46); primus inter recentiores de Aldhelmo rettulit Trithemius Sponhemensis; cf. Fabricius p. 65. Quae de eo recenti aetate acta sunt, ea collegit omnia et sano iudicio persecutus est M. Manitius in Geschichte der Lateinischen Literatur des Mittelalters I p. 134—141, vide etiam Hans von Schubert, Gesch. der christl. Kirche im Frühmittelalter 1907, I p. 280 sq.* 2) *Quod dicit Faricius p. 365 G. se* quodam antiquissimo codice *usum esse, quem* in eiusdem *(?)* ecclesiae armario *repererit, hoc non ad Aldhelmi libros quos antea memoraverat pertinet, uti interpretatus est Boenhoffius, Aldhelm von Malmesbury (Dresden 1894) p. 14, sed ad ea quae, ex Beda non nominato, modo attulerat, quae etiam Willelmus affert p. 341. — De* libro vitae, *quem Willelmus nominat p. 390 H. cf. Faricius p. 355 G., nihil constat. Non recte in solo codice Musei Britannici Ms. Cotton. Faustina IV legi Faricium Boenhoffius dicit; extat etiam in codice Cantabrigiensi Collegii Corporis Christi 161 saec. XII.* 3) *Quae praeterea afferuntur ex eulogio et excerpta Lelandi (cf. Boenhoff p. 22 sqq. et edit. Giles. p. 339) nullius sunt pretii; quae bene hic explicata sunt, ex Willelmo sunt desumpta. Mabillo (AA. SS. ordin. S. Bened. III 210), Egwuinum, Osmundum, Eadmerum de Aldhelmo scripsisse conicit: at Egwinus († 717)* in aliquo scripto *commemoravit Aldhelmum (Willelm. Malm. p. 384); quod Faricius p. 370 G. dicit* in eius vitae volumine, *de ipsius Egwini vita a Brihtwaldo, non de vita Aldhelmi ab Egwino scripta dictum est. Oswinus episcopus Saresberiensis † 1099 (cf. Willelm. Malm. p. 424) adfuit, cum* ossa *Aldhelmi in scrinio decenter immissa sunt et* os bracchi sinistri, *reliquias Sancti flagitans, accepit: vitam eius eum scripsisse non tradit Willelmus; Eadmerus autem de Anselmo Canterburiensi († 1109), non de Aldhelmo scripsit (Will. Malm. p. 74. 112 sqq.), cf. etiam Boenhoff p. 30; vide Potthast s. Vita Aldhelmi p. 1130.*

(carm. rhythm. I 1) Aldhelmum, ad nomen eius alludens, casses catholice[1]) *alloquitur. Quod vero Faricius nomen eius fuisse dicit* Aldelmum = senem almum *(p. 357 G.), hoc eis quas modo attuli interpretationibus refutatur, quodque idem dicit,* Adelmum *eum dictum esse in titulis St. Dunstani (p. 371 G.), hoc Willelmus recte poetica licentia, ut versus staret, illum ipsum mutasse asserit (p. 407 Ham.). Anglosaxonice* Ealdhelm *appellatus est, ut appellatur ab eo, qui laudes eius mira quadam anglosaxonici, latini, graeci sermonis commixtione protulit in codice Cantabrigiensi Collegii Corporis Christi 336, saec. X, qui olim fuit Ecclesiae Christi Cantuariensis, ante carmen de virginitate (cf. p. 219 et Napier, Old English glosses, Oxonii 1900 p. XIV),* Ealdhelm aeþele sceop*; nominis forma* Idhelm *legitur in enumeratione episcoporum Scireburnensium in codice Parisino 943 cf. L. Delisle, Le cabinet des mss. III 268, New Palaeogr. Soc. III tab. 112,* Aeld[helm] *in carmine Anglosaxonico apud Wright, Biogr. Brit. lit. I 60.*

Quo anno natus sit, traditum non est nec annos aetatis eius ullam scripturam misisse in calculum *Willelmus (p. 385 Ham.) dicit, sed item suo iure* non minorem *eum iudicat obiisse* septuagenario*, ita ut, cum die Maii vicesimo quinto decessisse eum constet, anno fere 639 natus esse putandus sit, quam tamen calculationem Willelmus ipse eo perturbat, quod* pusionem *eum (p. 334 H.) Cantuariam venisse dicit ad Hadrianum, qui non prius quam a. 670 Cantuarii docere coepit, deceptus sane eo, quod Aldhelmus in epistula Hadrianum salutans eum* suae rudis infantiae venerandum praeceptorem *appellat: sed hoc non proprio sensu accipiendum, sed ad spiritalem infantiam referendum est. Ad annum vero 639 bene etiam hoc quadrat, quod Aldhelmus ante a. 675 iam presbyter erat factus a Leutherio (Hlotherc) episcopo: scilicet Willelmus p. 347 H. ipse* Leutherius*, inquit,* eum in presbyterum, post in abbatem evexit *(cf. Willelmum p. 347 H.* Aldhelmo presbytero *et Bedam h. e. V 18* Aldhelm cum adhuc esset presbyter et abbas monasterii*), quam ad dignitatem si eodem anno atque Beda (h. e. V 24 p. 357 Plummer) promotus est, anno vitae tricesimo eam accepit. Nec non quadrat locus quidam in prooemio epistulae ad Acircium*[2]*), ubi Aldhelmus viginti annis antequam eum librum scriberet (et scriptus est ad Aldfridum regem rerum anno 685 potitum)* inextricabile *se* pignus pepigisse *cum rege dicit p. 61, 8 et* pridem *pubertatis tempore iam cum eo se esse coniunctum: hoc* pridem *si decem fere annos significare putamus pubertatisque tempus cum Aldhelmo ipso (prosa de virg. c. LIX) referimus ad annum decimum quintum, ad eundem fere annum 639 pervenimus.*

Patrem eius fuisse Kenten[3]*), non* Inae *regis* germanum*, sed* arctissima necessitudine consanguineum*, ex Alfredi Magni regis, qui carmina Aldhelmi anglosaxonica collegit, libro manuali* (handbok) *Willelmus (p. 333 H.) testatur; unde qui accuratiora de eius*

---

1) *Cf. L. Traube, Karoling. Dichtungen p. 130 sq.* 2) *Nomen Acircii, quod regi* aquilonalis imperii sceptra gubernanti *optime est inditum (cf. p. 72, 16* arcturus .. quia numquam occasurus semper brumali circio copulatur, *p. 303, 5* cum infinito duelli apparatu a circio proficiscens; *affert Mazzoni ipse — dedit hoc quasi Aldhelmi esset — c. rh. 1, 73* aquilonis a circio*) ut ab Alfredo amoveat, D. Mazzoni in Didascaleio III (1914) 170 sq. operam dedit; non* Acircio *sed* a circio *legendum esse censet, codice Amandino* (itt. acircio. Aldalmus) *et codice Vaticano* (a circio) *innixus. Sed nomen proprium in allocutione necessarium est, nec quomodo Alfredus* a circio *regni sui sceptra gubernare posset dici, Mazzonius explicavit; adde quod* a circio aquilonalis imperii sceptra gubernans *verborum idem significantium copia est vix tolerabilis et vix Aldhelmiana. Quod idem vir doctus hunc Alfredum eundem esse atque Ehfridum interpretatur, ad quem Aldhelmus epistulam illam et rerum et sermonis causa insignem scripsit (vide p. 487), hoc iam Hahnius et Boenhoffius sunt suspicati, sed non melius illis ipse rem suam probavit; nam in tota illa epistula ne levissimum quidem signum deprehenditur, quo Ehfridum regali stirpe esse oriundum moneamur.* 3) Kenten *ex* Kenteni = Chentuni, Centwini *corruptum esse, coniectura est verisimilis Boenhoffii p. 36; sed ex nomine nil amplius concludendum est. Qui eum nominat* Kenter*, Wright, Biogr. Brit. Litteraria I 209, lapsu calami ita scripsisse videtur; alii patrem* Chentun *vel* Chenred *(Lelandus) vel* Kenred *(Baleus) appellant.*

origine elici posse putaverunt et putant, veluti Kenten eundem esse ac Centuvinum regem († 685 cf. W. Hunt in Diction. of Nat. Biogr. I 245) vel Buggam, cuius ecclesiam celebravit, sororem Aldhelmi fuisse (H. Hahn, Realencycl. für protest. Theol. I 326), coniecturas faciunt nullo certo fundamento innixas; quod Kenten frater Inae regis ferebatur (Faricius p. 356 G., Capgravius p. 383 G.), sub cuius regno floruit Aldhelmus cuiusque praesidio ac tutela utebatur, hoc iam Willelmus ipse refutavit p. 332 H.; sed regio genere quin episcopus Scireburnensis sit oriundus, dubitari non potest, et quod in primo prosae de virginitate capite Iustinam, Cuthburgam, Osburgam sibi contribulibus necessitudinum nexibus conglutinatas *appellat, hoc de Cuthburga quidem optime potest demonstrari: nam haec, priusquam Bercingensis sanctimonialis fieret, Alfredi (Acircii) Northanumbrorum regis non diu coniux, ut soror fuit Inae regis ita Aldhelmi fuit consanguinea. Qui vero ex carmine rhythmico V 21 sqq.* Summo satore sobolis Satus fuisti nobilis, Generosa progenitus Genetrice *aliquid deduci posse opinatur de parentibus Aldhelmi (Boenhoff, Aldhelm p. 36. 38), is hoc carmen ad Hovam, Aethilwaldi amicum, non ad Aldhelmum datum esse obliviscitur.* Germanum *origine i. e. Anglosaxonem se fuisse ipse praedicavit Aldhelmus in epistula ad Acircium p. 202, 5 omnisque eius docet vita. Quo loco natus sit, non constat: nam inde quod praedia alicubi habebat, conicere cum illinc originem ducere suam (cf. Boenhoff p. 36), mera est hariolatio; Scireburnensem regionem patriam eius esse, ex Willelmo (p. 375 H.) discimus.*

Cum adolesceret Aldhelmus, in Westsaxonia, ut Dicul Scottus in Saxonia Australi, in loco qui vocatur Bosanhamm *(Beda h. e. IV 13), Maildufus (Maildubh) (de nomine confer Plummer ad Bedam h. e. V 18 p. 310),* nomine Scottus, eruditione philosophus, professione monachus *(Willelm. V 189 p. 334 H.) Hibernicam institutionem in Britanniam proferens scholam aperuerat, cuius discipuli* procedente tempore magistri sequaces ex scolaribus monachi effecti in conventum non exiguum coaluere: *a magistri nomine loco nomen inditum est Maldufesburg, quod postea in Malmesburiam* (Malmesbury) *transiit. Huic scholae Hibernica doctrina et ratione institutae primum traditum esse Aldhelmum Leutherius, episcopus Westsaxonum, testis est, quem Willelmus (V 189 p. 334 H.) in diplomate, quo Aldhelmo abbatiam dedit, professum esse narrat* a primaevo infantiae flore atque ab ipso tirocinio rudimentorum liberalibus litterarum studiis Maldufesbirgi eruditum et in gremio matris ecclesiae eum eruditum vitam duxisse; *et conspirat, quod legitur in epistula Scotti cuiusdam ignoti, Aldhelmum* a quodam sancto viro de gente Scottorum nutritum esse. *Prima literarum elementa Cantuarii didicisse eum Willelmus fallaci epistulae ad Hadrianum interpretatione ductus posuit multique eum sunt secuti. Sed eum iam tum monachum esse factum, non tum demum, cum ex Theodori institutione rediit, ut narrat Willelmus p. 333 H., ex epistula ad Leutherium data videtur apparere, quam composuit, cum Cantuarii litteris operam dedit, in qua* in consortio fratrum, *quos in fine* sodalium catervam *nominat, diei natalis Domini sollemnitatem celebrare se voluisse episcopo narrat.*

Quid maxime tum in Maildufi schola tractatum sit, nescimus: eadem, quae Scotti fere docebant, etiam illic tractata esse videntur cf. Roger, L'enseignement des lettres classiques d'Ausone à Alcuin (Paris 1905) p. 257 sqq. 263; quod legitur in Antiquitatum Meldunensium libro (p. 339 G.) scholarum consortio et exemplo S. Aldhelmum ad plenum informatum artem dialecticam coepisse erudire, *hoc quid sibi velit, nescio; sed Hibernicae institutionis vestigia inprimis in epistola ad Ehfridum apparere arbitror. Nova autem institutio, haud ita multo postquam illam Scotticam adiit, aperta est, cum Theodorus archiepiscopus et Hadrianus abbas Cantuariam venissent, qui dici vix potest quantum ad omnes tam ecclesiae quam scholae res ad Romanum morem immutandas valuerint; de eis Beda, acerrimus eorum admirator, initio libri quarti historiae ecclesiasticae prudenter et exacte narravit.*

Uighardo presbytero, viro de gente Anglorum in ecclesiasticis disciplinis doctissimo, quem Romam miserant Cantuariorum et Northanumbrorum reges, ut archiepiscopus ibi ordinaretur, Romae mortuo Vitalianus papa oportere mitti intellegens in Britanniam, si causam Romanam illic valere vellet, viros strenuos et tam Scottorum doctrinae quam Britonum heterodoxiae et Anglorum discordiae pares, Hadrianum abbatem natione Afrum, sacris litteris diligenter imbutum, monasterialibus simul *et* ecclesiasticis disciplinis institutum Graecae pariter et Latinae linguae peritissimum *elegerat, qui gravissimum illud munus subiret. Repudiaverat hunc honorem Hadrianus, sed commendaverat monachum Theodorum,* Tarsi, *Pauli apostoli in patria,* natum, virum et saeculari et diuina litteratura et Graece instructum et Latine, probum moribus et aetate venerandum, *seque illum in Britanniam comitaturum esse promiserat:* una cum Hadriano *Theodorus* VI Kalendas Iunias a. d. DCLXVIII missus est. *Prior Cantuarium venit Theodorus sub die VI Kalendarum Iuniarum DCLXVIIII remanente etiamtum in Gallia Hadriano; non ita multo post (cf. Beda IV 1 p. 204 Pl.), nec tamen prius quam anno 670 advenit Hadrianus, qui inde ab adventu suo iam abbatiam St. Pauli et Petri rexit, quam usque ad illud tempus Benedictus Biscop duos annos administraverat a Theodoro ipso institutus cf. Hist. abbat. = Beda h. e. p. 367 Pl. Anno igitur 670 vel 671 nova schola Cantuariensis est condita. Benedicti autem Biscopi, qui egregie eandem et causam et rationem fovit atque ipse Aldhelmus, miror quod nulla omnino mentio legitur apud Aldhelmum, apud quem ne Ademnani quidem aut Ceolfridi aut Bedae fit mentio. Ad novos autem praeceptores Cantuarienses, quorum gloria celerrime et ipsorum et sociorum virtute pervulgata est, accessit ipso magisterii eorum initio Aldhelmus ut Ceolfridus, qui ei fere fuit aequalis (natus 642, mortuus 716 cf. Beda hist. abbat. § 22, presbyter anno 669 cf. Hist. abbat. anon. § 3), praeceptor Bedae et abbas, et brevi post — ut videtur — Albinus, qui Bedam (cf. praefationem ad hist. eccles. p. 6 Pl.) commovit, ut historiam ecclesiasticam scriberet, et Winfridi, qui postea Bonifatius dictus est, magister.* Et quia, *ut Beda h. e. IV 2 de Theodoro et Hadriano dicit,* litteris sacris simul et saecularibus abundanter ambo erant instructi, congregata discipulorum caterva scientiae salutaris cotidie flumina inrigandis eorum cordibus emanabant, ita ut etiam metricae artis, astronomiae et arithmeticae ecclesiasticae disciplinam inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contraderent. Indicio est, quod usque hodie supersunt de eorum discipulis, qui Latinam Graecamque linguam aeque ut propriam, in qua nati sunt, norunt. Neque umquam prorsus ex quo Britanniam petierunt Angli, feliciora fuerunt tempora, dum et fortissimos Christianosque habentes reges cunctis barbaris nationibus essent terrori, et omnium vota ad nuper audita caelestis regni gaudia penderent, et quicumque lectionibus sacris cuperent erudiri, haberent in promptu magistros, qui docerent. Sed et sonos cantandi in ecclesia, quos eatenus in Cantia tantum noverant, ab hoc tempore per omnes Anglorum ecclesias docere coeperunt.

De eis autem, quibus Cantuarii operam dedit, Aldhelmus ipse nos docuit luculentissime in epistula ad Leutherium data; partem eorum ad metricam artem pertinentium referendam repetiit in epistula ad Acircium; quantum vero omnem Britanniam debere putarit egregiis illis duobus magistris, in epistula ad Ehfridum patefecit, qua simul quantum ad scholas Saxonicas Hibernicis aequandas atque adeo ad eas illis superiores faciendas valuerint, 'tripudians' explicat. Unum autem premendum esse arbitror, quod in epistula ad Leutherium ne verbo quidem commemoravit studia Graeca, quae Bedae testimonio pariter atque Latina Cantuarii culta esse constat. Hinc si concludatur, didicisse Aldhelmum grammaticam Graecam et legisse Graeca Cantuarii, sed non suopte ingenio ad ea esse adductum nec peculiari eorum studio esse commotum, hoc optime cum eo concordat, quod in adhibendis scriptoribus Graecis in libris suis secutum esse eum videmus. Nam quaecumque ad ea quae profert ex historia ecclesiastica illustranda affert exempla, in eis nullum habemus ex Graecis auctoribus allatum; quae affert ad eos redeuntia, ex versio-

nibus Latinis desumpta sunt. Laudat sane Graecorum traditionem de pliadibus exponens (epist. ad Acirc. p. 72), sed haec nomen solum attingunt, quemadmodum quae de schemate dicit, cui Graecorum grammatici climax *vocabulum indiderunt (l. l. p. 74, 16 G.). Laudat praxapostolon (ib. p. 70, 19), sed addit titulum Latinum Actus Apostolorum nec dicit quicquam, quod Graece sonet; in prosa de virginitate c. LVII septuaginta translatorum versionem laudat, sed affert, quae ex antiqua testamenti veteris versione sunt desumpta. Nominat prosa de virg. c. XXIX Homerum, p. 83, 4 Homeri Iliada, sed pro exemplo, dicitque p. 202, 22 Hesiodum et Homerum et ceteros Graecos* quadrifariam agriculturam deprompsisse, *sed haec ipsa nullum eorum legisse demonstrant; p. 76, 1 Aristotelis* philosophorum acerrimi *aenigmata cum Simfosii aenigmatibus componit, sed, quae de eis profert, ex Hieronymo adversus Rufinum III 29 desumpsit. In prosa de virginitate c. XVII Sanctum Basilium narrat erga ta ex emeron edidisse, sed addit statim translata haec esse in Latinum; cf. etiam James in The Cambridge hist. of English lit. I 77. Nimirum in omnibus hisce nullum cernitur vestigium, quo eo ducimur, ut concludamus, quae in Graecorum notitia inceperit Cantii, postea eum continuasse et usurpasse. Idem demonstrant tenuissimae graecarum formarum (*naucleru *230, 13,* threnus *c 2123) et graecae dictionis* (cata experimentum *491, 20* ad doxam onomatis cyrii) *reliquiae et verborum graecorum (cf. p. 95, 4sqq., 199, 21sqq.) interpretatio. Itaque ne in metricis quidem ea, quae apud Latinos non leguntur, ad Graecos fontes referenda esse arbitror cf. ad p. 91, 22. 94, 13. Etiam Hebraice eum didicisse et* prophetarum exempla, Davidis psalmos, Salomonis tria volumina Hebraicis litteris bene novisse et legem Mosaicam *Faricius tradidit (p. 357 G.), sed nullum testimonium vel documentum talis doctrinae exstat; nam* mene tekel phares *p. 251, 23 nil probat. Scientiae gloria, qua ferebatur, etiam hoc postulare videbatur ut crederetur; quae de nominibus hebraicis dicit, ex Hieronymo mutuatus est. At contra musicae studio Aldhelmum Cantuarii se diligenter dedisse, eis verisimile fit, quae de eo cantandi peritissimo prodita sunt. Quanto autem amore quantaque gratia coluerit Hadrianum, epistulae quam ad eum scripsit fragmentum epistulaeque allocutio docent;* Theodori archiepiscopi scolasticum *ipse se dicit in diplomatis subscriptione Kemble cod. diplom. I 18 (a. 680).*

Post prima elementa, *quae quamdiu coluerit non constat, iterum Cantuarii eum versatum esse ex epistula ad Hadrianum data (Will. Malm. V 189 p. 335 H.) cognoscimus, quae, antequam abbas factus esset, scripta esse videtur; triennio antequam hac epistula Hadrianum salutat,* corporeae fragilitatis valitudine *ex altera hac institutione Cantuariensi domum redire se coactum esse scribit; qui eum a. 672 iterum Cantuarii fuisse arbitratur, is a vero haud longe aberrabit.*

Anno 675 (cf. Will. p. 385 H.) post Maildufi mortem a Leutherio, quem ipsum Theodorus episcopum ordinaverat, abbas factus est monasterii Malmesburiensis, ubi Pehtelmus, primus postea Candidae casae episcopus (cf. H. Hahn, Bonifaz p. 163 sqq.), diaconus vel monachus cum eo vixerat (Beda V 18), secundum Willelmum (III 115 p. 257 H.) discipulatui eius *interfuerat. Hunc annum indicat Willelmus ex ea ipsa, qua Leutherius Aldhelmo et abbatiam et bona monasterii tradiderat, charta (p. 334. 348 H., Wrightius Biogr. Brit. I 212*[1]*) falso eam anno 680 datam esse dicit); licet de chartae ipsius verbis ac tenore dubitari possit (cf. quae ad eam ipsam adnotavi et Boenhoff p. 60), de tempore ipso dubitari non potest; quod Florentius Worcestrensis (Plummer ad Bedam II 309) et Faricius (p. 380 G.) Aldhelmum* anno Dominicae incarnationis sexcentesimo sexagesimo et circiter sexto *a Beato Eleutherio ordinatum esse narrat, stare nullo modo potest, quoniam — ut hoc unum afferam — Leutherius anno demum 670 ad episcopatum pervenit cf. Willelm. Malm. p. 159 H., Plummer ad Bedam III 7 p. 141 (II p. 147). Abbate autem*

1) *Wrightius l. l. p. 209 eum circa annum 656 natum esse suspicans Willelmo duci credidit.*

Aldhelmo[1]), *qui etiam hac re Britanniae suae et ecclesiae Romanae prodesse volebat, schola Malmesburiensis celeriter ad eum florem est adducta, quo tum usam esse eam epistulae a Willelmo servatae testantur atque etiam post mortem ipsius celebratam esse exempla Lulli et Willelmi demonstrant.*

Nec litterarum tantum institutione sed etiam nova aedificandi arte Aldhelmus fuit insignis, quod G. F. Brownius (St. Aldhelm, his life and times, London 1903) et W. B. Wildman (Life of S. Ealdhelm, London 1905) fusius libellis lepidis explicaverunt: cum hac arte coniuncta sunt carmina ecclesiastica, quibus, quae vel ipse vel alii exstruxerunt, more ex Italia allato exornavit. Sed ante omnia id eum ut clericum studuisse, ut in ecclesia Britannica Romana causa triumpharet, luculentissime epistula ad Geruntium regem declarat, qua idem contra Britones adsequi conatus est, quod Scottis Wilfridus et Adamnanus Naitoni, Pictorum regi, Bedae nimirum verbis, Ceolfrid commendaverunt; quam epistulam abbatem eum scripsisse Beda V 18 (cum adhuc esset presbyter et abbas *cf. p. VI*[2]) *testis est. Abbas autem etiam ea omnia scripsit, de quibus infra erit disserendum. Nec intra Malmesburium coenobialia sua continuit consilia, sed etiam nova duo condidit monasteria From et Bradeford (on Avon), quorum ipse fuit abbas (cf. Boenhoff p. 67 sq.), quae tamen sua iam aetate* in nihilum defecisse *Willelmus (p. 346 H.) narrat.*

Abbatem etiam, aevi populique sui morem maximeque Benedicti Biscopi exemplum secutum, Romam profectum esse non solum Faricii Willelmique narrationibus, quae iter Romanum commorationemque Aldhelmi in urbe aeterna fabellis multis et miris exornant, sed etiam Scotti ignoti epistula constat, qui eum Romae advenam fuisse *dicit (p. 494, 14): inde Sergii papae privilegium rettulit, ad quod, quae de itinere illo dicenda sunt, collegi p. 512. Sed qui carmine rhythmico altero iter illud descriptum putant, ut Boenhoffius p. 77, ei neque carmen illud recte interpretantur neque, a quo auctore compositum sit, reputant. Tantam autem eis, quae in ecclesia scholaque effecerat, laudem et auctoritatem erat adsecutus, ut Haedda, totius Westsaxoniae episcopo, defuncto, cuius episcopatus in duas iam parochias (Beda V 18 et Willelmus p. 375 H.) divisus est, in Scireburnensem et Wintonensem, anno 705 episcopatum Scireburnensem obtineret, cum altera sedes Daniheli daretur, qui ipse quoque Malmesburiensis fuerat scholasticus (Willelmus p. 357 H.); cum episcopatu abbatiam usque ad vitae finem monachorum precibus commotus administravit. Mortuus est anno 709 in* villa, *quae* est in pago Sumersetensi, Dulting vocabulo *(Willelm. p. 382 H.) sepultusque in monasterio Malmesberiensi in Sancti Michaelis ecclesia (Willelm. p. 385 H.): eodem anno etiam Hadrianus abbas, magister Aldhelmi, et Wilfridus episcopus, amicus Aldhelmi, obierunt.*

Instaurata est memoria Aldhelmi a Dunstano celeberrimo archiepiscopo Cantuariensi († a. d. 988), qui in monasterio Malmesburiensi campanas organumque et vasa sacra ei dedicavit Danorumque metuens rapinas corpus tum in argenteo scrinio depositum iam 'lapideo composuit tumulo' *(Willelm. p. 407 sq. H.). Anno 1080 Lanfrancus archiepiscopus* legem in totam promulgavit Angliam, qua eum incunctanter haberi et coli pro Sancto praeciperet statimque annuales ad festum eius institutae sunt nundinae *(Willelm.*

---

1) *Faricius p. 357 G. narrat Inam regem ad confirmandam Aldhelmi litteralem scientiam* graiae *(sic cod. Cantabrig., non* gratiae*)* facundiae .. bonos doctores apprime peritos ab Athenis conduxisse: *confundit igitur ea, quae parum accurate de duobus magistris Cantuariensibus, de quibus nil narrat, audiverat, et ea, quae de Inae cum Aldhelmo necessitudine cognita habuit. Ina enim qui arcessere tum potuit magistros Athenis nisi per Italiam Romamque?*

2) *Etiam Bonifatius anno fere tricesimo presbyter factus est cf. Willibaldus vita Bonifat. c. 3 p. 12 Levison:* sanctae humilitatis profectu XXX aut eo amplius annorum habens aetatem .. ad sacerdotalis officii gradum .. accessit. *Certus autem annus tunc presbyterio definitus esse non videtur, sed episcopo suo arbitrio etiam ante annum tricesimum id deferre licuisse cf. Boenhoff p. 56. Ut* Blandunius Aldhelmus *appellaretur a multis prioribus, inde accidit, quod — cf. Lelandus, Commentarii de Scriptoribus Brit. I 98 — Malmesburium Britannico nomine Blandunum (Caer Blandune) dicebatur.*

p. 428 H.); festum autem Aldhelmi colebatur die Maii vicesimo quinto, qui dies tum pro natali eius habebatur (Willelm. p. 415 H.).

Cum Benedictini eum ordinis sui fratrem — sic iam Trithemius, De scriptoribus ecclesiasticis, Basileae 1494 f. 39ᵛ — putarent, Mabillo de eo in Annalibus ordinis S. Benedicti II p. 12. 48 scribit et in Actis sanctorum ordinis Benedicti I 220—224 vitam eius narravit: at nullum exstat documentum, quo septimo iam saeculo in Britannia Benedicti regulam observatam esse probetur, quamquam Willelmus Malmesburiensis III 104 p. 236 H. Wilfridum gloriatum esse narrat, quod sanctissimi Benedicti regulam a monachis observari iusserit. *Quid, quod ipse Benedictus Biscop, qui (cf. Bedae Hist. abbatum § 11 = Beda ed. Plummer I p. 375)* ex decem et septem monasteriis, quae inter longos suae crebre peregrinationis discursus optima comperisset, ea, *quae fratribus statuisset,* omnia didicisse *et in privilegio suae congregationis nonnulla ex Benedicti regula se recepisse dicit, docet ne in eis quidem monasteriis, quae tum condebantur, eam totam esse receptam, et quod Aldhelmus dicit de Benedicto carm. de virg. v. 870 sqq. — laudavit hos versus etiam Mabillo Acta p. 224 —*

Primo qui statuit nostrae certamina vitae,
Qualiter optatam teneant coenobia normam,
Quoque modo properet directo tramite sanctus
Ad supera scandens caelorum culmina cultor,

hoc ut novisse eum Benedicti monasteriorum conditoris merita demonstrat, ita ne levissimo quidem indicio eum secundum eius regulam vitam suam coenobialem instituisse declarat; in prosae vero capite XXX nihil omnino de regula Benedicti refert, sed de sola hymni Benedictus qui venit in nomine Dei *harmonia loquitur.*

Aldhelmus, quem rectissime Wrightius, Biogr. Brit. lit. I 214 parentem poesis Anglolatinae appellat, eis quae scripsit etiam maiorem certeque firmiorem gloriam et admirationem acquisivit quam eis quae gessit, quae gloria et admiratio non solum apud aequales eosque, qui brevi post vixerunt, vigebat, sed etiam apud eos, qui diplomata saeculi exaraverunt, certis testimoniis elucet. Ac scripsit Aldhelmus non pauca, quamvis quae ab eis, qui inde a saeculo XVI de eo egerunt, multa addita sint, quae aut per errorem pro peculiaribus operibus sunt putata aut ad eum omnino non pertinent. Primus ea omnia, Lelandum secutus et augens, Ioannes Baleus Basileae 1559 enumerat in libro, qui Scriptorum illustrium maioris Britannie . . collectio *inscribitur, cuius in Centuria prima n. LXXXIII Aldhelmiana leguntur; inde sua non solum Centuriatores q. d. in Septima Centuria ecclesiasticae historiae (Basileae 1562) ceperunt, sed etiam Polycarpus Leyser in* Historia poetarum et poematum medii aevi *(Halae Magdeb. 1721) p. 199 sqq.*

Iam apud Faricium (p. 364 G.) legitur: Scripsit (Aldhelmus) aenigmata et de laude virginum geminato opere, prosa scilicet et carmine librum eximium (de laude — eximium *Beda h. e. V 18).* Contexuit vero septiformem librum novi ac veteris testamenti floribus et de septena supputatione ex disciplinis collecta philosophorum pertinente ad septiforme donum spiritus sancti. Scripsit et de admiratione fraternae caritatis volumen unum, ex *(l.* de*)* insensibilium rerum natura, quae secundum metaphoram sermocinari figurantur; composuit alterum de pedum regulis, ⟨de⟩ metaplasmo, synaloepha, scansione et eclipsi *(l.* ectlipsi*)*, de metrica alterna *(l.* alternae*)* interrogationis et responsionis vicissitudine duabus literis discreta; *similia, sed hisce praemissis* Praeterea ad quendam Aldfridum regem Northanimbrorum . . edidit librum haec continentem capitula, *scripsit Willelmus p. 334 H.: si conferuntur utraque haec cum capitulorum indice, quem edidi in Festschr. für A. v. Bamberg p. 14 et in hac editione ante tractatum p. 59 sq. repetivi, nemo non videt, ea, quae a Baleo pro Aldhelmianis libris nominantur, referenda esse ad capitula primae partis epistulae, quam Aldhelmus ad Acircium scripsit; hanc autem partem solam continuisse videtur codex is, qui retinuit in Britannia tractatus*

memoriam. Sic autem ex Balei indice duae fere partes tertiae tolluntur de libris Aldhelmianis. Paucis attingam cetera.

Affertur apud Baleum, Centuriatores, Leyserum pro Aldhelmi poemate De vita monachorum. *Exstat hoc carmen in codicibus Musei Britannici Caligula A 11 et Vespas. D 19; incipit a versibus*

Quid deceat monachum vel qualis debeat esse,
Qui iubet ut dicam, porrigat ipse manum!

Editum est carmen a Wrightio in Satiricis poetis II 175 (Migne CLVIII col 687 sqq.); sed non ab Aldhelmo id esse compositum, vel metrum docet; est poema Nigelli vel alius poetae saeculi XII cf. Catal. of Romances in the Depart. of Manusc. in the British Mus. by H. L. D. Ward II 691 et Diction. of Nat. Biogr. XLI p. 63.

Adiungit Baleus librum De metrorum generibus: Aonio rediens deducam vertice; *addit Leyserus:* de arte metrica scriptum exstat inter libros manuscriptos Isaaci Vossii n. 294. *Diversa hic sunt composita; nam versus a Baleo laudatus ille est Vergilianus, quo et Aldhelmus (p. 202, 16) in epistula ad Acircium utitur et Willelmus in loco apud Aldhelmum non exstante p. 336 H., liber Aldhelmi non est. Codex autem Vossianus 294 est Leidensis Voss. 8. 15. XII. olim Lemovicensis, de quo dixi in prolegomenis ad aenigmata p. 46; continetur in eo epitome prioris partis epistolae ad Acircium. Porro Leyserus Baleum secutus nominat* De laude Sanctorum liber I initio: Metrica si libet *(*libeat *Baleus).* Hexametro carmine scriptus fuit, quod ex fragmentis colligitur, quae exhibentur ab Aimonio *(l.* Aymoino*)* Floriacensi in sermone de S. Benedicto et leguntur in Bibliotheca Floriacensi per Ioh. a Bosco Lugduni 1610 *(lege* 1605*): afferuntur ab Aymoino (p. 292 sqq.) versus carm. de virg. 842—880 (de Benedicto) et 2024—2050 (de Scolastica). Quamvis iterum diversa uterque laudet, tamen vitae sanctorum nil nisi partes carminis de virginitate intelligendae sunt.* Dialogum *autem* metricum *(Baleus* dialogus meretricum!*), quem deinde afferunt Baleus et Leyser, iam Wrightius p. 219 ex Willelmi* De metro alterna interrogatione et responsione *fictum esse recte vidit. Quae vero s. n. XI commemorat Leyserus* versus in laudem solis, quaestiones aenigmatum rhetoricae artis *aliaque (omissis tamen ipsius Aldhelmi, quae in eodem codice primo loco leguntur, aenigmatibus) ad codicem Lipsiensem, de quo egit (cf. p. 48) egregie M. Hauptius opusc. I 289, sunt referenda; quae laudat Leyserus, nil habent Aldhelmianum.*

Alia quoque secundum falsam coniecturam Aldhelmo sunt adscripta: Delrio in libello, in quo aenigmata edidit, eiusdem codicis Leodiensis monosticha, quae re vera sunt Alcuini (PlaC I 275 sqq.), ei tribuit; Giles p. 130—134 ex codice Parisino 8318 saec. X primus publici iuris sibi visus est facere Fragmentum, ut videtur, de die iudicii, *quod Aldhelmi esse credidit; adscripserat sane in Parisino manus saec. XVII. fol. 73ª* Aldelmus, *credo propter subscriptionem fol. 80ʳ post carmina Aldhelmi ecclesiastica exstantem:* expl opuscula aldhelmi; *sed illi versus ipsi alieni sunt ab Aldhelmo multoque ante iam erant editi inter carmina Cypriani cf. Cyprianus ed. Hartel III p. LXVII et meam praef. ad carm. eccles. p. 9; ac ne id quidem, quod Hartel dubitans ipse coniecit, recensionem istam esse Aldhelmi, ulla causa idonea sublevatur. Postremo M. Manitius (Nunt. acad. Vindob. class. phil.-hist. CXII p. 538) suspicatus est,* grammaticam *scripsisse Aldhelmum, propter ea, quae scribit Aldhelmus Epist. ad Acirc. p. 156, 4* coniux, quod nomen in nominativo et vocativo cum additamento n litterae libro VI de nomine recolo disseruisse: *sed codices post* nomen *recte habent, quod omiserunt Mai et Giles,* Priscianum *et apud Priscianum VI 278 H. ista leguntur; concidit igitur coniectura Manitii, cui iam refragatus erat A. Ebert, conciduntque, quae superstruxit Roger, L'enseignement etc. p. 292. adnot. 1 p. XX.*[1])

1) *Boenhoffius p. 97 inter libros Aldhelmi enumerat 1)* libros de nomine*: laudat loco eo Aldhelmus Priscianum cf. supra p. XIII. 2)* panagyrica tam saecularium literariae verbositatis facundia edi-

Etiam ex eis, quae anglosaxonice scripsisse ferebatur, unum exstare putabant opus; nimirum Baleus scripsit: etiam psalterium transtulit in linguam Anglosaxonicam *multique — ut e. g. Carolus Spelmannus, Psalterium Davidis Latino-Saxonicum vetus, Londini 1640 et Thomas Mareschellus apud Fr. Iunium, Quatuor N. F. Iesu Christi versiones, Dordrecht 1605; haec mecum communicavit K. Wildhagen — hoc sibi persuaserunt; sed quamvis saepe repetitum sit, translatio illa nec usquam reperta est (cf. etiam Wright l. l. p. 222) nec in Aldhelmi aequaliumque libris quicquam servatum est, quo ad eam adducamur opinionem, ut tale quid eum umquam temptavisse putemus. Redire videtur haec traditio ad id, quod Lelandus (Commentarii de scriptoribus Britannicis .. ed. A. Hall, Oxonii 1709, I 100) narrat, vidisse se inter Aldhelmi reliquias Meilduni Davidis psalterium literis Saxonicis longiusculis scriptum. Carmina autem anglosaxonica composuisse Aldhelmum (cf. Willelm. Malm. p. 336 H.) constat, sed ea, quamquam collegerat ea Alfredus rex, perierunt omnia. Cynewulfi, quae exstant, aenigmata Aldhelmi esse suspicatus est Wuelckerus (Engl. Litgesch. p. 34); sed haec vel eo refutatur coniectura, quod apud Cynewulfum imitatio Aldhelmiana invenitur, qua non intellexisse Cynewulfum, quae scripserit Aldhelmus, colligendum est.*

Servata igitur sunt sola Latina Aldhelmi scripta, nec tamen omnia. Nam perierunt, quos Willelmus p. 344 H. eum scripsisse tradit sermones, *quos etiam Cellanus in epistola sua commemorat, qui petit ab eo, ut paucos transmittat sibi* sermunculos, *et perierunt carmina rhythmica, qualia composuisse eum ex epistula Lulli ad Dealwinum (MG. Epist. I 338, 24) comperimus: pauca quaedam rhythmice ab eo scripta ad nos in prosa de virginitate (c. VII. XXIII) et in charta III pervenerunt; ex eis autem carminibus, quae Aldhelmi nomine feruntur, nullum esse Aldhelmi in proll. p. 521 demonstravi. Etiam epistularum partem tantum habemus servatam; quae Malmesburii olim collectae partim in Vindobonensi 751 saec. IX (cf. E. Duemmler, MG. Epist. I 219 sqq.) nunc exstant, partim apud Willelmum traditae, partim separatim divulgatae sunt; etiam fragmenta duo apud Willelmum leguntur, alterum p. 357 H. (*lectionibus frequenter, orationibus instanter incumbebat, ut, sicut ipse in quadam epistola dixit, 'legens dominum loquentem audiret, orans dominum alloqueretur'*), alterum p. 332 H. (*in epistola ad Withfridum aperte se priscam protectionis galeam dicit *vide p. 479, 1).*

Itaque non omnia habemus, quae pius abbas — nam in abbatatus tempora omnia, quae edidit, puto incidere — composuit: sunt autem haec praeter epistulas et carmina ecclesiastica, quae in prolegomenis studui declarare et suo adscribere tempori, Epistula ad Acircium et Prosa de virginitate et carmen; de hisce paucis hic absolvendum est. Epistulam ad Acircium (cf. p. VI adnot. 2) olim post libros de virginitate (cf. Festschrift für Albert von Bamberg p. 2) scripsisse Aldhelmum arbitratus sum: erravi versibus in ea insertis deceptus; nunc rectius rem percepisse mihi videor nec iam episcopatum puto indicari loco prosae de virginitate c. II (cf. progr. Goth. 1904 p. 2); nam ad pontificale conciliabulum *proficisci potuit etiam abbas; abbas autem si iter illud fecit, facilius intelligitur, quod* fraternis sodalium catervis se comitatum esse *dicit; adde, quod etiam in epistula ad Geruntium* in concilio episcoporum *a se petitum esse narrat, ut epistulam scriberet: tum autem eum abbatem fuisse et epistolae allocutio et Beda docent. Quod vero in tractatu metrico p. 203, 3* Difficillima sudoris et laboris industria acsi gravi sarcina oppressum *se dicit et in prosa de virginitate c. LIX* pastoralis curae sarcina gravatum

---

torum quam etiam spiritualium ecclesiastici dogmatis stilo elucubratorum voluminum scripta *cf. Aethilwaldi epist. p. 495, 8: sunt libri, quos legit, non quos scripsit Aldhelmus. 3)* bona lance constructos .. fastos diversorum florum depictos *cf. Cellani epist. p. 498, 11: libros de virginitate conscriptos intelligendos esse puto. 4)* de schematibus: *sunt partes tractatus metrici p. 83 sq. cf. quae adnotavi ad epitomen codicis Vossiani p. 206. 5)* Ius romanum*: iuri operam dedisse Aldhelmus narrat in epist. ad Leutherium, sed de eo scripsisse se non dicit.*

negotiorumque terrenorum ponderibus oppressum, *hoc non minus ad abbatatum quam ad episcopatum puto convenire.*

Decernere autem rem videtur epistola ad Acircium p. 76, 5, ubi profitetur Aldhelmus se enigmatum propositiones componere nixum esse velut in quodam gimnasio prima ingenioli rudimenta exercitari cupientem, ut venire posset ad praestantiorem operis materiem: *hic aenigmata primum ipsius esse carmen dicit et metricas expositiones — hae sunt* praestantior operis materies *— brevi post illud se scripsisse; ea autem, quae de numeri septenarii vi ac virtute disserit, p. 75, 16* praefatiunculam *aenigmatum appellat. Sic hunc librum, in quo satis vario de argumento agitur, ad unum corpus colligit, cuius partes singulae licet non uno eodemque tempore sint scriptae, tamen non diu inter se distant et uno consilio continentur. De versu vero de virginitate 530, qui fere idem in epistula ad Acircium p. 93, 24 legitur, ceterisque, quos epistula et carmen communes habent, quomodo iudicem, in prolegomenis ad epistulam dixi; ad tempus eius definiendum nihil valet. Epistula autem quo tempore edita sit, indicia et vestigia sunt levia illa quidem, sed tamen non nulla. Ut supra locum quendam primi capituli, quo de mutua inter se Acircium que Aldhelmus dixit amicitia, aliquatenus convenire ostendi cum anno 685 (cf. p. VI sq.), ita in praefatione prosae de virginitate simile invenimus testimonium; nam illic inter sanctimoniales Bercingenses nominari videmus Cuthburgam quandam* contribulibus *Aldhelmo* necessitudinum nexibus conglutinatam. *Fuit haec (cf. ad h. l.) filia Inae regis, qui Aldhelmi fuit consanguineus, aliquamdiu Alfredi, regis Northanumbrorum, i. e. eius, ad quem epistula data est, uxor (cf. p. VII), quae tamen post breve coniugium sanctimonialis facta est Bercingensis, deinde abbatissa Wimburnensis. Aldfredus rex factus est 685 (cf. Beda h. e. IV 19): tum Cuthburga eius fuit uxor; cum prosam de virginitate scripsit Aldhelmus, Bercingae Deo serviebat; itaque eo adducimur, ut prosam anno fere 686 scriptam esse putare possimus.*

Aenigmata igitur prima sunt, quae Aldhelmus c. a. 685 composuit carmina, deinde scripsit quae prosaice cum eis coniunxit, tum prosam brevique post carmen de virginitate, quod in illa iam promiserat c. LX cuiusque sententias extremas (orantem pro vobis beatitudinem vestra alma trinitas, una deitatis substantia et trina personarum subsistentia totius mundi monarchiam gubernans ex alto caeli culmine iugiter tueri dignetur) *in carminis prooemio* (Omnipotens genitor mundum dicione gubernans — —. Est namque in deitate manens substantia simplex, in deitate manet quoque subsistentia triplex) *repetivit. Necnon finem epistulae p. 202, 5 cum fine prosae p. 320, 3 concordare in Festschrift für A. v. Bamberg p. 3 demonstravi; sed haec ut haud longo tempore disiunctos esse illos locos docent, ita uter prior compositus sit, non potest diiudicari.*

Iam vero cum studiis Cantuariensibus, quae iterum Cantii commorans coluisse se in epistula ad Leutherium profitetur Aldhelmus, arctissime cohaeret tractatus metricus et, quod tum viderat, rariorem doctorum numerositatem inveniri *i. e. paucos talium rerum, quas didicisse eum, qui Latinos versus componere vellet, oportebat, esse magistros, causam fuisse credo, qua ad eam scribendam adductus est: nam id ante omnia egisse eum puto, ut in ipsa Britannia ita erudirentur et excolerentur discipuli, ut ea, quibus doctrinae elegantia conderetur, tenerent.* Centena metrorum genera *in epistula ad Leutherium commemorat: dicit de eis in epistula ad Acircium p. 77, 21, 78, 6, 150, 4;* de (litteris) tonis (sillabis *Willelm.*) pedibus *verba facit ad Leutherium: disserit de eis ad Acircium p. 77, 19 sqq., 150, 1 sqq.; de* pathetica septenae divisionis disciplina *loquitur ad Leutherium p. 477, 6: disputat de eisdem — sed* sex *tantum numerat — ad Acircium p. 94, 13 sqq.;* versuum monoscemorum *etc. ad Leutherium mentionem facit: fusius de eisdem ad Acircium p. 78 sqq., 83 sqq. quae dicenda sunt, affert; item quae ad Leutherium de versibus catalecticis et ypercatalecticis posuit, in epistula ad Acircium p. 92 explicat. Haec autem studia, quorum adiumentum tractatum metricum esse voluit, nemini aptius commendare*

potuit Aldhelmus quam regi Alfredo Adamnani amico, ad quem Beda carmen de Cuthberto misit, qui (cf. ad epist. not. 1) apud Hibernos eruditus vir erat doctissimus, quem (p. 201, 25) hoc opusculum . contra omnes aemulorum — *i. e.* Scotticorum sciolorum *epist. ad Ehfrid. p. 493, 12* — catapultas et venenata garrulorum iacula, quae de faretra obliqui livoris plerumque intorquere nituntur, inexpugnabili metrorum pelta et grammaticorum parma protecturum *esse sperabat, laetoque animo primum se hominem Germanicae gentis talem librum se composuisse ei profitetur*[1]). *In hoc vero libri huius singularis quaedam posita est auctoritas, quod omnino primus est ad res scholasticas pertinens, qui ab homine Germano est conscriptus.*

Libri autem eius, qui doctrina undecumque conquisita refertissimus est, partes ex fontibus maxime variis sunt inrigatae. Quae de septenario numero collegit, ea, etsi in Isidori libro numerorum (V 179 sqq. Migne) nonnulla inveniebat, quae adhiberet, tamen ipse conquisivisse videtur: plus uno loco ab Isidoro abhorrentia affert (cf. ad 71, 17. 72, 1); duobus locis ea, quae ad sua fusius explicanda Aldhelmus disserit, ex Hieronymo desumpsit, quem diligenter et bono cum usu legit. Ceteram partem primam et partem tertiam maxime ex metricis Romanis, quos non nominat, mutuatus est Aldhelmus, fortasse etiam formam dialogi, quamvis ad Augustini, Isidori, Iunili (p. 81) exemplum lectores releget; certe vel ipsum dialogi initium ex Audacis excerptis per interrogationem et responsionem ita desumptum est (p. 82, 6), ut in Aldhelmi contextu parum recte constet; sed hoc novavit, ut Iunilii exemplo quamvis inverso ordine Graecis litteris Δ *et* Χ *(p. 81, 17 sqq.) uteretur, quas codices recte retinuerunt et inde ab Aldhelmo multi grammatici illum secuti ad personas dialogi distinguendas adhibebant.*

Quaecumque bonae frugis sunt in epistula ad Acircium, ex Audacis Excerptis in metrica prioris partis expositione inde a p. 82 transtulit: quae in usum suum convertit, ad singulos locos adscripsi; notavit haec Manitius, cum H. Keil (Gr. L. VII 316) iam Audacem ab Aldhelmo adhibitum esse pronuntiasset. Atque Audacem, non Victorinum auctorem secutum esse Aldhelmum eo probatur, quod item atque Audax post quam XII *p. 83, 15 omisit, quod Victorinus Gr. L. VI 210, 16 habet, quod hic legeretur necesse erat:* qui maximus est, non plus quam decem et septem, *et quod p. 83, 4 legit, quod corruptum apud Audacem invenit,* Ilias Homeri vel Aeneidos Vergilii. *Sed auxit, quae Audax ministrabat, p. 84—89 nonnullis suis, quae tam apte inventa videbantur Cruindmelo, saeculi noni metrico, ut partem eorum in suam artem transsumeret. Nec satisfecit Audax Aldhelmo (p. 92) in eis, quae de versibus* districto, diviso, mixto, priapeio *exposuit: hic omnia — alium auctorem secutus an ipse ab Audace bene explicata perturbans, incertum est — plane temere invertit; p. 89. 94 ex Servio quaedam repetivisse videtur. Nec tamen Victorini disciplinam omnino repudiavit; nam quae p. 90—91 attulit ad species versuum Vergilianorum declarandas, ea Victorini exemplum prae se ferunt; quae ipse inseruit p. 90, 10 sqq., parum ad ea, quae postea explicat, conveniunt. Quod vero Roger, L'enseignement p. 362 et 377, 2 suspicatur, etiam Graecos metricos ad sua Aldhelmum adscivisse, hoc propter universam Aldhelmi rationem in auctoribus adhibendis usurpatam concedere nequeo; didicisse talia apud Hadrianum nec probari potest nec refutari, sed verisimile est. Etiam Bonifatium hac tractatus parte in sua arte esse usum, eis declaratur, quae not. 1 p. 96 (cf. etiam not. 1 p. 204) adscripsi.*

Plane alia sunt, quae in altera metricae expositionis parte Aldhelmus tractat, quae fere tota in eo posita est, ut exemplis allatis, quae breviter de rebus metricis disserit, explicet et illustret: haec autem ut legitimam solam quantitatem respiciunt, et quantum

1) *In Antiquitatum Meldunensis Coenobii (Gilcs p. 339) narratur:* postea *(cum Cantuarii per aliquod tempus studuisset)* cum sociis sub Maildulfo monacho attonsus est, vivente Maildulfo post tonsionem eius annos quatuordecim. *Probat haec Manitius, Gesch. d. Lat. Lit. des Mittelalters I p. 135: sed refutant ea, quae de annis ipsis constant.*

tum ei sit datum, docent et quam diligenter Aldhelmus in eis observandis sit versatus, ita ut, quae tamen in versibus ipse deliquerit, eo magis sit mirandum. Separanda hic sunt de eis, quae de pedibus exponit, ea, quae initio huius partis de pedum numero et divisione, et in fine de prosodia explicat: in fine etiam dialogicam formam omittit. Quae initio (c. CXII) disserit, ex Isidoro et Donato cum interpretibus eius Sergio et Pompeio desumpta sunt; nec mirum igitur est, quod hic etiam praecessorum auctoritatem *nominat. In fine autem etsi priora cum Isidoro orig. I 19 et Donato communia habet, tamen, quae de sinzigiis affert, in eis non habemus, quem cum eo componamus: nam quem laudat Manitius p. 67 Iulianum Toletanum, nihil apud illum legitur, quod ad Aldhelmum p. 201 possit afferre. In pedibus vero enarrandis fere totus suus est ac proprius. Quae colligit, quamquam in eis saepissime aliorum scrinia expilat nec semel ad suam copiam declarandam etiam ex grammaticis, Prisciano et Donato maxime, auxilium petit, tamen plurima ipse sibi debet: suoque iure dicere potuit (p. 77, 22 sqq.)* singulis quibusque pedibus tantam exemplorum copiam adcumulantem ex diversis orationum partibus se congessisse, quantum ad praesentis opusculi normam providentioris indicii gratia sufficere crediderit *cf. etiam Pauly-Wissowa Real-Encyclopädie I 1356 sq. Ac ne in eis quidem, quae ad numeros versuum dividendos et de accentu eorum exponit, etsi ab auctore aliquo eum sua mutuatum esse constare videtur, tamen quis eum adiuverit, possumus investigare. Similia sane sunt, quae M. Manitius ex Iuliano Toletano (Auctarium voluminis II Patrum Toletanorum opera auctoritate et expensis Francisci Cardinalis de Lorenzana, Romae MDCCXCVII; usus sum exemplari Berolinensi) in Sitzungsber. der Wien. Akad. CXII 597 sqq. conscripsit, sed rectissime Roger, L'enseignement p. 329, 6 Aldhelmum Iuliano usum esse negat Manitiusque ipse (Gesch. d. lat. Lit. d. Mittelalt. I 137, 4) ei adsentiri nunc, aut saltim non firmiter adversari videtur: utrumque, Aldhelmum et Iulianum equidem ad eundem redire puto auctorem, qui tamen ipse est ignotus. De hac igitur parte accuratius iudicari non potest. Nec certus auctor indagari potest eorum, quae de animalium vocibus p. 179, 18 apud eum leguntur, quae ut dubitari non potest, quin ad Suetonium redeant, ita num ipse ea alphabetico ordine digesserit Aldhelmus, minime constat; nec unde longam de praepositionum verborumque mutationibus expositionem in quaestione, quam de epitrito quarto instituit, p. 194 intrusam sumpserit, potest definiri; nam quamquam ad introducendam eam Donatum (Gr. L. IV 391, 13 K. = Servius Gr. L. IV 442, 43) ut* illustrem grammaticae artis commentatorem *secutus est, tamen in eis ipsis, quae affert, neminem habemus, a quo sua eum sumpsisse possimus confirmare, ita ut haec eadem, quae in pedibus ipsis explicandis apparent, ipsius industria collecta esse videantur; sed quae in capite illo de orthographia (p. 194 sqq.) exposuit, aut ipse in scribendo non observavit, aut codicum auctoritas in hisce quaestionibus nulla est: cum autem illic firmam regulam ab Aldhelmo observatam esse credam supra codices redeuntem, in ea ipsum certis verbis suam normam profitentem sequendum esse puto.*

In aenigmatibus vero Aldhelmus ipse se Simfosii exemplo excitatum esse profitetur; nam quod Aristotelem quoque exemplo sibi fuisse dicit, hoc ad ea sola, quae p. 76, 1 attuli, referendum est. Sed in pangendis ipsis poematiis, etsi in elocutione, ut mos eius est, aliorum decora sibi induit, Aldhelmus multo magis aliorum exemplum factus est quam praecessores habuit; nam et Tatuinus et Eusebius eum secuti sunt aliique eius imitatores possunt enumerari, quos in notis adscripsi (cf. Festschrift für A. v. Bamberg p. 15 sqq.). Sed hoc in argumento populare quoddam exercuit studium; nam aenigmatibus delectatos esse Anglosaxones vel Alcuinus testis est, maximeque placuisse Aldhelmi aenigmata magno codicum, qui separatim ea tradiderunt eaque tam sola quam cum aliis poetis coniuncta habent, numero comprobatur. Inter imitatores autem etiam Cynewulfum enumerandum esse certissimo aenigmatis C, cuius carminis etiam alios versus imitatur Cynewulfus, versus tricesimi tertii testimonio probari puto: nam quod Ald-

helmus dicit: plus pernix aquilis, Zephyris velocior alis *ita vertit Cynewulfus:* ic mäg fromlîcor fleógan þonne pernex, *ex epitheto illo nomen alitis ipse fingens.*

Sed si epistolam ad Acircium praesertim scholasticam ob causam videtur composuisse, in libris de virginitate scriptis ecclesiasticum vel monachale consillum secutus est. Nam cum in vita sanctimonialium sub regmine coenobii conversantium *tam propter superbiam quam propter luxuriam multa labi et vacillare videret, ratione et exemplis eis occurrere et sanctimoniales ita admonere constituit, ut menda illa corrigerentur; de ratione in prooemio et in epilogo verba fecit, exempla, quibus afferendis maxime operam dedit, in medio posuit. Argumentum, quod sumpsit, iam ab ecclesiasticis scriptoribus saepissime erat tractatum: scripserant de virginitate Augustinus (de sancta virginitate), Hieronymus (ep. ad Eustochium et adversus Scrinianum), Tertullianus (de velandis virginibus), Cyprianus (de habitu virginum), Ambrosius (de virginibus ad Marcellinam, De virginitate, De institutione virginis, exhortatio virginitatis), Arnobius (de virginibus); versibus quoque — ut omittam Damasum papam, quem versu prosaque de virginitate scripsisse Hieronymus ad Eustochium c. 22 narrat — Venantius Fortunatus et Alcimus Avitus laudes virginitatis propagaverant; de vitiorum autem et virtutum certamine, quod in prosa de virginitate Aldhelmus attigit, in carmine omni versuum pompa prosecutus est, Prudentius in libro celeberrimo de psychomachia multo cum aequalium posterorumque plausu egerat: cum hoc autem, ut id hic iam absolvam, praeter consilium tractationis nihil habet commune. Nec tamen tanta in copia ullius auctoris ita Anglosaxo amplexus est in prooemio cap. I—XIX exemplum, ut ab eo pendere eum possimus dicere. In multis quidem, quae notavi, cum aliis consensit: in eis, quae de* flagitiosis octo vitiorum radicibus *ad Cassianum Massiliensem, cuius praecepta ipse in carmine poetice dilatavit, ac Gregorii Moralia suam expositionem conformarit et sub finem prooemii satis longum locum, quem unde sumpsisset adhuc latebat, ex Passione S. Victoriae transcripsit; in certamine autem virtutum ac vitiorum ne in carmine quidem Prudentii psychomachia ad Aldhelmum valuit.*

Sed inde a capite XX—LII, quibus in capitibus exempla proponit virginitatis, omnia ita explicavit, ut fontes eius detegere etiamnunc possimus; inter quos maxime refert notare, quae sx Actis Sanctorum q. d. desumpsit: nam eorum testis Aldhelmus est plerumque antiquissimus, ita ut ea, qua illic traduntur, forma Aldhelmi testimonio ad septimum iam saeculum referantur; haec autem inter fontes eius nondum sunt enumerata, et magnus eius in eis colligendis fuit labor. Disposuit autem exempla ita, ut primum ex vetere (XX. XXI), deinde (XXIII. XXIIII.) ex novo testamento, adhibitis tamen traditionis sacrae interpretamentis, virgines nominet — et virgines ab illo et mares et feminas nominari notandum est, cf. L. Mayer, Wochenschrift f. klass. Philol. 1918 p. 394 ff. et 431 —, tum ad patrum historiam transeat: enumerat Clementem (adhibita est Rufini versio recognitionum Clementis), Silvestrum (Acta Sanctorum), Ambrosium (Paulini vita Ambrosii), Martinum (Sulpicii Severi vita Martini), Gregorium Nazanzenum (Rufini hist. eccles. et prologus in libros Gregorii), Basilium (Rufini versio Regulae Basilii et homiliarum; Cassianus), Felicem (Passio Felicis in Actis Sanctorum), Antonium (Rufini hist. eccles.; Hieronymus de viris illustribus), Paulum (Hieronymi vita Pauli), Hilarionem (Hieronymi vita Hilarionis), Iohannem (Rufini hist. monachorum), Benedictum (Gregorii dialogi cf. ad carm. v. 858 sq.), Malchum (Hieronymi vita Malchi), Narcissum (Rufini Eusebii hist. eccles.), Athanasium (Rufini Eusebii hist. eccles.), Babylam (Acta Babylae), Cosmam et Damianum (Acta Cosmae et Damiani), Chrysantum (Acta Chrysanti), Iulianum (Acta Iuliani et Basilissae), Amon (Rufini hist. monachorum), Apollonium (Rufini hist. monachorum). His absolutis ad feminas transit, quarum numerum incipit a Maria, deinde praedicat Caeciliam (Acta Sanctorum), Agatham (Acta Sanctorum), Luciam (cf. Surius, De probatis Sanctorum historiis VI. Col. Agr. 1575), Iustinam (Acta Sanctorum), Eugeniam (Pseudo-Rufini vita Eugeniae), Agnam (Pseudo-Ambrosius in Actis S.), Teclam et Eulaliam (Mombritius, vitae

Sanctorum II), Scolasticam (Gregorii dialogi), Christinam (Acta S.), Dorotheam (Acta S.), Constantinam (Acta S.), Eustochium (Hieronymi epist. 22), Demedriadem (Pelagii epistola ad Demotriadem), Chioniam, Irenen, Agapen (Acta S.), Rufinam et Secundam (Acta S.), Anatoliam et Victoriam (Acta S.), de Gervasio et Protasio vide Ps.-Ambrosii ep. II (LIII) = IV 821 Migne: atque omnia haec enarrans tam arcte sua ad auctores suos adaptat, ut saepissime ipsa verba consentiant. Ex hac autem explicatione, quam paucis locis exceptis in carmine repetivit, luculentissime, quantopere ecclesiasticas litteras Aldhelmus noverit, potest intellegi. In eis, quae sequuntur, Gregorii et Cypriani, deinde Augustini maxime locis usus luxuriam sanctimonialium vituperat. Sed in his non minus, quam in epilogo, aliorum sententiis suas confirmans et decorans ea explicat, quae sibi explicanda videntur.

Ad haec autem in rebus tractandis adiumenta non minor accedit eorum, quae ad sermonem ipsum excolendum et decorandum Aldhelmus adiunxit, copia: nam non solum in Maildufi institutione Hibernicam didicisse eum elocutionem elucet ex plurimis, in quibus cum faminibus Hispericis tam in verbis ipsis quam in verborum compositione non sola in epistula ad Ehfridum, sed etiam in ceteris omnibus libris, etsi in his rarius, conferendus est, sed etiam Cantuarii tam scriptores ecclesiasticos ethnicosque diligenter legerat quam poetas classicos, inter quos ut non fuisse Horatium constat, ita num fuerit Ovidius — sed confer ad aenigma XCV — dubium est, et christianos: eos, quos affert, in indice peculiari collegi. Sed omnia miro et fatali elegantiae studio, quo simplicia simpliciter dicere vetari sibi videbatur, ad tam artificiosam et quaesitam dicendi rationem invertit, ut saepissime, quid sibi velit, quasi per ambages profiteatur: et maior haec in prosa, in qua liberius excurrebat, quam in versibus, ubi metrum eum coartabat, est licentia; in utraque eiusdem litterae assiduitate vel maxime gaudet. In una autem re plane diversus est ab Hibernis: in periodorum constructione et amplitudine, quas tam longas saepe facit, ut vix possint circumspici, quasque per verborum assonantiam et commatum clausulas, in quibus ecclesiasticorum scriptorum, Augustini maxime et Cypriani et Sedulii, morem auxit, quam maxime decorare ausus est.

Atque hac de re pauca mihi videntur addenda. Quo loco Aldhelmus de versuum suorum forma disserit (carm. de virg. v. 47), ipse quaestionem subdifficilem (cf. Arevalo ad Sedulium proll. p. 98 sq.) dictionis movet ambiguitate, cum dicit

Colaque cum pedibus pergunt et commata ternis.

Pedes quidem terni qui sint, ipse dactylo, spondeo, trocheo enumeratis explicat, cum pedibus ternis *autem secundum eius dictionem idem est ac* pedibus tribus. Cola *vero et* commata *eae a technicis intelliguntur versuum partes, quae nascuntur verbis aut in fine pedum aut intra pedes terminatis. Docet hoc — Aldhelmus ne in tractatu quidem metrico hoc attigit — Pompeius (Gramm. lat. V 133 K.):* partes . . ipsius capitis *(i. e.* periodi*)* appellantur cola et commata . hoc quidem apud oratores indifferens est; apud poetas autem multum interest inter colon et comma . nam ubi post duos pedes superest syllaba, comma est; ubi post duos pedes nihil, colon est: ut puta arma virumque cano; . . Si dicas 'Tityre maxime', Tityre maxime duo sunt dactyli, ecce nihil superest, sed ipsi pedes finiunt ipsam elocutionem, quae appellatur colon.' *Idem apparet altero loco p. 278, 9, ubi de pyrrhichio et iambo dicit:* Si praedicta coniugationum verba *(i. e.* pyrrhichius et iambus*)* sine contextu partium orationis et absque metrorum versificatione proferuntur, pyrrhichii aut iambi regulis mancipantur; quod si in dactylico carmine scandendi ratio et caesurarum divisio per cola et commata sequestrare conpulerunt, spondei dumtaxat aut dactyli legibus subiugantur: *per cola igitur scanditur singulis pedibus absolutis, per commata caesurae penthemimeris et hephthemimeris notantur, ita ut post pedes duos vel tres una syllaba supersit. Quam doctrinam valuisse apud Anglosaxones demonstratur eis, quae Beda in Arte metrica (Gramm. Lat. VII 126 K.) praecipit. Nil aliud igitur*

versu supra allato dixit Aldhelmus quam versibus ex dactylis, spondeis, trocheis per cola et commata dispositis pangere se velle carmen suum; similiter de Prospero (p. 319, 12): quod Prosper per cola et commata mellitis versuum epigrammatibus indulcavit, *similiterque de Sedulio v. 1442* ut quondam vates cola cum commate prompsit. *Quid, quod* versus *et* commata *quasi synonyma coniunxit v. 23* non rogo ruricolas versus et commata Musas *et de XII aris IX 1:* Hic quoque commemorat metrorum comma Philippum, *ubi* metrorum comma *idem valet ac* versus. *Itaque quod in prosa de virg. c. IV dicit:* disciplinas . . pedibus poeticis conpactas per cola et commata hoc est pentimemerin et eptimemerin diremptas *(intellegit artes metricas versibus compositas) et in tractatu metrico p. 6, 11 sqq.* metrorum versibus indesinenter secundum poeticae traditionis disciplinam cola vel commata seu pentememerin et eptimemerin annectere progressis binis aut ternis pedibus se procurasse, *satis clarum est, in utroque loco verba, quae post* commata *leguntur, nil pertinere ad* cola, *sed ad sola* commata. *Alio autem sensu vocabula adhibuit in prosa de virg. c. XXXII, ubi Alexandrum pontificem laudat, quod a prima iuventute insignis factus sit* tam notariorum characteres quam grammaticorum periodos colo et commate sequestratim distinctas affabiliter instruendo: *quippe hic de prosa agitur, cuius structuram artificiosam grammatici docebant, et, ut Sedulium poetam* cola cum commate *scripsisse dixit Aldhelmus, ita carm. de virg. v. 2188 dicit Hieronymum Demetriadis eximiam vitam scripsisse* commate *i. e. prosa artificiose composita. Artificiosa autem haec dispositio in primis in clausulis cernebatur, quam ipse Aldhelmus totam accentu, non quantitate condidisse primo statim sententiae fine indicavit, quo prologum de virginitate conclusit:* sospitatis salutem: ´ ~ | ~ ´ ~. *Nec clausulas suas intra eas formas continuit, quas (cf. W. Meyer, Ges. Abh. II 266 sqq.) medii aevi dictatores postea secuti sunt; nam etiamsi cursum planum (´ ~ | ~ ´ ~), tardum (´ ~ | ~ ´ ∪ ~), velocem (´ ~ ~ | ~ ~ ´ ~) ipse longe saepissime adhibet, tamen ne liberioribus quidem quibusdam formis abstinuit, quae ad hasce redigendae sunt rationes 1.* ´ ∪ ~ | ~ ´ ~ (spécie splendéscit, póndere cogúntur, rívulis sacrátur) *2.* ´ ∪ ~ | ~ ´ ∪ ~ (infelíciter fraudábitur, praesagmínibus porténderat) *atque adeo ad clausulam quasi ditrochaicam recurrit:* reformávit státum, erudíri fécit, sermóne suásit *(cf. W. Meyer p. 269) nec raro ultima verba ita ponit, ut bisyllabum a trisyllabo, quod primam syllabam acutam habet, excipiatur:* ´ ~ | ´ ∪ ~ (fecúndat sémine, adísse gárriunt, per órbem cláruit). *Omnes autem per clausulas hasce rhythmica, quae sermonem Aldhelmianum obtinet, ratio et conformatio cum ostentatione quadam definitur ac confirmatur; in quam orationis concludendae consuetudinem non defuturum esse spero, qui accuratius inquirat.*

Aldhelmi igitur oratio plane mira est recteque Traube (Vorlesungen und Abhandl. II 175) dicit omnem eius latinitatem artificiosam esse et stilo omni carere; proprium eius esse rarioribus uti vocabulis. Tamen non defuerunt, qui miram eius orationem admirati atque fallacem ipsius elegantiam aemulati imitarentur: carmina quidem eius ecclesiastica quasi pro novis edidit scriptor codicis Phillippici Berolinensis (cf. p. 9), alius ex versibus Aldhelmianis suos decorare sibi visus est (p. 6); carminis de virginitate partes vel non mutatae vel aliis Aldhelmi versibus appositis repetitae sunt (vide p. 386; 389 v. 842, 397 v. 1034, 400 v. 1123, 436 v. 2024, 437 v. 2051), tractatus metricus excerptus traditus est in Ademari codice p. 206. Sed in carminibus suis suisque in narrationibus eum ut ducem et signiferum secuti sunt Aethilwulfus (vide Traube, Karoling. Dichtungen p. 18 sqq.), Aethilwaldus, auctor miraculorum Niniae, qui vel totum versum Aldhelmi (c e III 26) suis interposuit, Paulus Albarus Hispanus, Angelomus Luxoviensis, Bonifatius cum Ecburga et Dodone, Lullus cum Deneharto, Cuthberto, Sigebaldo, Eangytha, Heaburga, Aeffled abbatissa, Leobgitha (cf. p. 202. 355), Cruindmelus, Tatuinus, Eusebius, auctores aenigmatum Bernensium et Anglicorum, Cynewulf, Stephanus in vita Wilfridi, Willibaldus in vita Bonifatii (ad 291, 7 W. Levison Histor. Zeitschr. 116 p. 444 adscripsit c. 2

p. 7, 19), auctor vitae S. Galli (v. 239 Aldh. v. 920), auctor carminis in S. Paulum (Aldh. p. 20); nominandus est Aldhelmi studiosus Alcuinus quoque (Aldh. p. 8), qui etiam inter Euboricensis bibliothecae libros Aldhelmum commemoravit v. 1546 (Quidquid et Althelmus docuit). *Sed non diu constabat gloria Aldhelmi, cuius diligentes adseclae etiam ii sunt, qui chartas Malmesberienses ad dictionem Aldhelmianam rettulerunt; evanuit et discussa est saeculo decimo: Hrotsvit in argumento quamvis eodem eum non est secuta. De Aldhelmi memoria apud posteros manente videnda sunt ea, quae scripsi Annalibus regiae acad. Erfurtensis NS XXXIII 23 sqq.*

Restat, ut pauca addam de carminibus quae Aldhelmi putabantur rhythmicis. De quibus cum ipse egissem p. 519 sqq., denuo egit in dissertatione, quae summa cum laude nominanda est, Wilhelmus Meyer Spirensis in Nuntiis Regiae societatis Gottingensium Phil.-hist. Class. 1916 p. 628—644; quae ibi statuit vir doctissimus, ea fere omnia recipienda sunt[1]*), praeterquam quod versibus longiusculis carmina composita esse vult et Aethilwaldi locum interpretatione alia concipiendum praecipit: nam Aethilwaldi verba haec mihi perspicua videntur et ipsa Vindobonensis codicis dispositio (cf. p. 629) videtur vetare.*

1) *Wilhelmus Meyer, cuius mors post Traubii obitum haec studia atque has litteras gravissime afflixit, censet legendum esse: I 4 flagitantibus, 7 pepigeram, 8 fueram, 12 graminibus, 16 camara, 18 monarchia, 69 caecatur V, [113 flaminibus V], [123 grata V], 138 prodigia, 139 precordia, 141 lumina, 144 et temporibus, 149 Sic. V; II 46 abspernentes V, 59 rhitis V, 75 essent V, 105 perflorida V, disparabile 136; III 13 ore halitum corpore, 24 solamina, 25 sublimiter; IV 16 lumine; V 24 genetrice et editus, 25 statura adest agilis.*

ERRATA ET ADDENDA.

In textu:

p. 16, 1 non hic *sed* his.
26 v. 7 non concionaretur *sed* contionaretur.
52, 1 non disposionum *sed* dispositionum.
62, 8 non protoplastorum *sed* protoplaustorum.
64, 4. 170, 16 non suillum *sed* suellum.
68, 13 non: non solum *sed: non solum.*
74, 14 non horrendum *sed* horrendam.
101, VII, 2 non Fortuna; *sed* Fortuna,
107, XII, 3 non tamen, sed *sed* tamen sed.
146, 21 non en *sed* em.
167, 25 non Solin. IX 8 *sed* Solin. X 12.
168, 30 non tres *sed* III *(vel* tria*).*
178, 25 non componuntur per *sed* componuntur, per.
182, 28 non geminata *sed* geminato.
183, 10 non Iuvenal. III *sed* Iuvenal. IIII.
184, 4 non Iuvenal. I 1, 397 *sed* Iuvenal. I 3, 97.
185, 5 non umbrella *sed* umbella *(cf. 171, 18).*
214, 5 non 30. 951 sed 30. 591.
232, 8 non certatim *sed* catervatim.
232, 23 non grammaticorum *sed* grammaticorum regulas.
254, 15 non nec non *sed* necnon.
256, 5 et 6 non Cor. *sed* II Cor.
268, 18 non incunabulis *sed* cunabulis.
287, 24 non colobium, *sed* colobium
291, 7 confer: Willibaldi Vita Bonifatii c. 2 p. 7, 9 ed. Levison.
294, 13 vel trudere *tollendum putat P. de Winterfeld, Hrotsvit p. 99 sq.*
307, 20 adde: Hieron. in Cant. I 4.
314, 19 non I. Petr. 3, 3 *sed* I. Timoth. 2, 9.
327, 6 non: c e II 33 sed: c e III 33; addendum est: c 22.
366 v. 320 non nec non *sed* necnon.
375 v. 524 non clementem *sed* Clementem *(?).*
405 v. 1251 non sanctum *sed* sanctam.
438 v. 2057 non sordent *sed* squalent.
525 v. 69 non caecatus *sed* caecatur *(W. Meyer).*
527 v. 123 non quarta *sed* grata *(= V; W. Meyer).*

In commentario:

ad I 6 non: IV 2 sed: IV 1, 2.
III 27 adde eccl̆esia *cf. t 182, 4.*
IV 1 dele: cf. IV 1.
p. 58 post Leodiensis Delrii *adde:* Bertiniani apographon = *Leidensis 490 (vide p. 40) saec. XVIII = b.*
145 ad C 5 non iurabit *sed* iuvabit.
183, 1 adnot. adde: c e III 27.
197, 7. 8 (546 lin. ult.) adde: Rufinus, hist. eccles. X 2 *cf. Lit. Zentralblatt 1915 p. 871.*
231 adnot. l dele: G, itemque 234 adn. 5, 237 adnot. 4.
283 adnot. k adde ad p: 230 adnot. c.
330 ad rhythmos Gothanos confer nunc disputationem egregiam W. Meyeri, Nunt. Regiae societ. lit. Gotting. Phil.-hist. Cl. 1916, 645 sq.
358 ad v. 132 adscribe: = v. 832.
365 ad v. 280 adscribe: v. 2459 non gerunt *sed* ferunt.
381 ad versus allatos vide: C. Weymann, Münch. Museum für Philol. des Mittelalt. u. der Renaiss. III 167 (v. 11 legendum: Terno mense suis*).*
419 v. 159 non unas *sed* uvas.
433 ad v. 1920 rescindens *cf. praef. aenigm. VG et indicem metr. p. 155, 2.*
439 v. 2085 non: 2142 sed: 2143.
441 v. 2155 non Porro *sed v. 567* Porro *e. q. s. et cf. 1643.*
494, 1 pro Glengio . fambulo *coni.* Glengo . fabulo *D. Mazzoni, Didaskaleion III 167.*
495 adnot. B non epistulam; *sed* epistulam.
508 adnot. f. non: M sed: W.
545 s. v. Hieronymus *adde* in Isaiam VII. XIX p. 287, 3; *ad v.* Iovinianum *adde: 2, 8 p. 394 v. 958.*
547 ad Aurora *adde: c 1393.*
549 s. Eugenius *et* Eugenia, *quae coniungenda erant, separata sunt.*
550 s. v. Hierusolima *legendum* caelestis Hierusolima.
550 s. v. Ira *addendum est: c 2633.*
552 s. v. Parcae: Parcarum *261, 5; s. v.* Paulus: *c 485; s. v.* Priscianus: Priscianum *156, 4; post* Proserpinae *adde: 79, 13.*
552 adde Quirites *492, 11.*
554 ante Vergilius *insere* Vergiliae *a 53, 7.*

In indice verborum velim correcta: *p. 569; s. v.* bubulcus *dele:* -corum et tragelaforum *et novum lemma constitue:* bubulus] bubulorum et tragelaforum *155, 20.*

ALDHELMI

⟨CARMINA ECCLESIASTICA.⟩

PRAEFATIO.

Mira atque varia carminum, quae nunc primum coniuncta eo, quo oportet, ordine eduntur, fuit fortuna. Nam ut primum in Britannia separatim fuisse videntur tradita, veluti solum tertium noverat Aethilwulfus (L. Traube Karol. Dicht. p. 45), et ut titulus cod. Vaticani ad sola II et IV primitus pertinuisse putandus est (cf. ad II 1), ita qui in continenti scripti sunt codices vel maxime inter se dissentiunt: atqui ei, qui quidem ad nos pervenerunt, codices in continenti scripti sunt omnes. Ex his unus Berolinensis sive Phillippicus, qui olim St. Albini apud Andegavenses fuit, scriptus saeculo nono vestigia carminis primi servavit, quod in ceteris deest, in centonibus duobus, quos ceteris praemisit librarius carminibus; carmen tertium, quod Giles posuit ante cetera, in quibuscumque legitur codicibus, in eis positum est post secundum, sed omisit totum Sangallensis s. IX librarius propter temporum, ut mihi quidem videtur, rationem, qua Inam, regem Saxoniae occidentalis, coniungi non posse perspexit cum Walafrido, cui carmina in codice illo videntur fuisse adscripta. Quae vero carmine quarto continentur poematia ad XII aras pertinentia, eorum ordo — non dico hic de versuum ipsorum perturbatione — ita perturbatus est, ut in tribus codicibus i. e. in Berolinensi s. IX, in Parisino s. X, in Vaticano-Reginensi s. X versus, quibus duodecim se digessisse nomina praedicat poeta, non duodecim sed tredecim antecedant poematia: nec tamen codices illi tres de sede carminis tertii decimi — de Mathia — consentiunt, cum in uno medium inter cetera ponatur (Berol.), in duobus ante ipsum epilogum; recte post epilogum habent versus de Mathia duo tantum codices Sangallensis et Bertinianus. Adde quod in duobus tantum libris manuscriptis carmina vero auctori tribuuntur: nimirum in Parisino in fine legitur expl opuscula aldhelmi *et in Vaticano-Reginensi in initio* Incipiunt opuscula Aldelm epi*; Berolinensis nomen auctoris omisit, Sangallensis Walafridi Strabi, Quercetani Bertinianus Alcuini esse carmina testatur. Una cum alio quodam Aldhelmi opere unus is codex conexa ea habuit, cuius in Parisino 8318 quaternio unus servatus est.*

Nec minus de carminibus istis variant editores. Primum c. II (IX 1 G) et c. IV. V (IX 2—14 G) e codice Sangallensi inter Walafridi Strabi carmina ab H. Canisio in Antiquae lectionis volumine VI (Ingolstadii 1604) p. 658—667 edita sunt, quam editionem in Thesauro monumentorum (Antwerpii 1725) II 2, 256—262 repetiit Iac. Basnagius, qui primus commotus Velseri iudicio propter ea, quae in Sangallensi ante epilogum leguntur (HIC FORTUNATUS. XII APŁOS PRO PECCATIS SUIS ORAT)*, Fortunato adscribere ea volentis dubitandum esse professus est, num carmina ista Walafridi essent putanda; Canisius enim solum id carmen, quod ecclesiastica haec praecedit* De Michaele archangelo *(cf. PlaC II, 263) non videri sibi dixerat esse Strabi aut a Strabo alterius nomine esse scriptum; errat igitur V. Rose (Cat. Berol. mscr. Lat. I 378), cum dicit non putasse Canisium carminum illorum auctorem Walafridum. Adiecit autem Basnagius in*

praefatione eadem, qua Velseri sententiam illam promulgavit, ne aliquid horum desideraret lector, *carmen novum, quod* ex vetustissimo manuscripto *Steph. Baluzius in Miscellaneorum libro quarto Parisiis 1683 p. 551 sq. ediderat atque ipse quoque inscripserat Walafrido. Carmen hoc versuum quadraginta quatuor, cuius titulus erat* In Basilica Sancti Petri et Pauli *post quatuor versus ex c. I (X G) et IV 4 (IX 5 G) adsumptos continebat versus carminis tertii i. e. de Buggae ecclesia 1—11. 17—19. 31—39. 42. 43. 12—16. 20—26. 28—30, quo versuum ordine temere inverso rectissime V. Rose docuit apparere, codicem, ex quo desumpserit sua Baluzius, fuisse eum, qui nunc est Berolinensis, illa aetate in collegio Iesuitarum Claromontano Parisiensi adservabatur.*

Praeterierat autem Baluzium et Basnagium carmen istud totum iam ac recto versuum ordine editum esse alio tamen nomine ornatum ab Andrea Quercetano Parisiis 1617 inter Magistri Albini Flacci Alchvvini poemata, *quae tunc* primum ex bibliotheca S. Bertini in lucem dedit *in editionis suae p. 1674 sqq. vir ille doctissimus, adscribens tamen ad c. II (IX 1)* carmen hoc inter Walafridi Strabi Poemata editum est *similiterque ad c. III (IX 2)* Editum est et hoc carmen cum XI sequentibus inter Strabi Poemata*; recte autem carmen de Buggae ecclesia, codici nimirum suo obsecutus, inter haec duo, nihil de origine eius admonens (etiam epilogus de aris* Iam bis sena simul *e. q. s. et carmen de Mathia suo loco apud eum leguntur), posuerat. Retinuit carmina illa inter Alcuini opera, relegato tamen inter supposita carmine de Buggae ecclesia, etiam Frobenius (Alcuini opera VI 219 sqq. = n. CLI—CLXVI), pro relegato inserens* Versus Alcuini de ecclesia sancti Liutgeri, *atque sic disposita etiam in Mignii Patrologia tomo CI — prodiit 1863 — leguntur. De Aldhelmo nemodum cogitaverat.*

Primum sub huius nomine unum saltem de Buggae ecclesia carmen editum invenitur in Angeli Maii Classicis Auctoribus vol. V 387—390, qui haecce adnotavit: Ego denique in vetere admodum vaticano codice tum integrum suumque carmen, tum verum eiusdem auctorem deprehendi S. ALDHELMUM, cui disserte inscribitur, quippe qui reapse Ynio regnante vixit, ut ipsemet in carmine adfirmat*; ad versum autem 40 (*Qua fulgent arae bis seno nomine sacrae*) adscripsit:* Nempe duodecim apostolis sacratae. Nam his aris quoque carmina Aldhelmi in codice vaticano, quae sub mentito Alcuini nomine in editionibus leguntur. *Codice eo, quo usus est A. Maius, usum iam esse Abrahamum Gronovium, qui novam operum Aldhelmi editionem praeparaverat, ex collectaneis eius (= cod. Leidens. 393. I. II) a S. G. de Vriesio amicissime transmissis didici, in quorum parte altera duo eiusdem codicis apographa — alteri adscriptum est* ex cod. Vat. Regio-Alexandrino 251 à pag. 1 — *habentur hunc prae se ferentia titulum* Incipiunt opuscula Aldhelm ep̃i | De sancta Maria et XII apostolorum *(*sc. aris*; corr.* apostolis*); differunt aliquatenus in ordine versuum, sed in utraque quin unus idemque repraesentetur codex, nulla esse potest dubitatio. Excipiunt autem in Vaticano inter se carmina ut in Parisino 8318 id est c. II (IX 1), III (VIII), IV (IX 2—13), V (IX 14, 1—7. 11—13), IV 13 (IX 14, 14—20); in Gronovianis collectaneis carminum hic est ordo: II (IX 1), III (VIII), IV (IX 2. 3. 7—10. 4—6. 11—13), V (IX 14, 1—13), IV (IX 14 14—20). Omnia tandem Aldhelmo reddidit, etiam Parisini 8318 auctoritate nixus, in editione sua Aldhelmi (Oxonii 1844) J. A. Giles, sed ne is quidem rectum ordinem, quamvis praeter ultima duo carmina omnia recte pergant in Parisino, restituit; quod vero addit, posterius carmen (= II + IV 1—13. + V) inter opera Rhabani Mauri et Alcuini exstare, in hoc pro more suo errat. Sed ut in prosa de virginitate edenda Whartonium, in carmine Canisium, ita in carminibus hisce edendis Giles Quercetanum, quem ne nominavit quidem, tanta incuria est secutus, ut quasi totus illi addictus omnia illius seu potius Bertiniani codicis menda ac peccata vel contra sensum apertum atque adeo contra Parisini auctoritatem renovaret.*

Ad Aldhelmum vero omnia haec referenda esse et codicum Vaticani Parisinique testimonium et rerum temporumque ratio et res metrica et genus dicendi luculenter declarant.

Quae quamdiu non constabant, cum specie aliqua veritatis Velseri, quam supra commemoravi, opinio poterat respici; sed vel hoc testimonium evanescit reputantibus nobis, Fortunati carmina in codice olim Centulensi, nunc Petrop. F XIV 1 — sciens omitto Parisinum 8318, in quo quamquam Fortunatus ante haec de aris carmina legitur, tamen nihil hinc potest concludi, quoniam in hoc codice diversorum olim codicum partes sunt conexae — una cum Aldhelmianis (cf. F. Leo, prooemium Venantii Fort. p. VIII sqq.) esse tradita: hoc si etiam in eo codice evenit, ad quem haec epigrammata redeunt, facile accidere potuit, ut nomen Fortunati ad illa transferretur, quemadmodum Sisebuti versus (Anthol. lat. ed. Riese n. 483, 2) ab Aldhelmo ipso in tractatu metrico (p. 232, 4 G) pro Isidoriano laudatur, quoniam hoc carmen in codice Isidoriano est traditum. Notum quidem est, Fortunati carmina ad inscriptiones ecclesiasticas in Britannia esse adhibita: velut ipse Ina rex, Aldhelmi amicus et propinquus, partes duorum (carm. III 7, 1—12. 17. 18 et II 10, 17—26) ad carmen unum conflatas, mutatis tantum eis locis, quibus nomina propria continebantur, ecclesiae suae Glastoniensi inscripsit (Acta Sanctorum Febr. I 906 sq.). At in hisce, quae nunc omnes Aldhelmi esse consentiunt, omnia ingenii Aldhelmiani et moris prae se ferunt indicia.

Sed de singulis videamus carminibus!

Quod carmen ego primo posui loco, id Faricius in vita Aldhelmi (p. 362 G) eum die quadam scripsisse *dicit,* cum in regina urbium apostolorum ecclesiam ingrederetur ad laudem eorum memoria dignam*; sed meram hanc esse coniecturam eamque fallacem vel inde apparet, quod nulla tum Romae fuit S. Petri et Pauli ecclesia, ad quam merito referretur: nam ecclesia S. Petri a vinculis, quae* apostolorum *appellata est (cf. de Rossi Inscr. christ. urbis Romae II 1, 110), martyrum memoriae erat dedicata nec ulla martyrii memoria in versibus Aldhelmi exstat; altera autem ecclesia eorum in Sacra Via (cf. de Rossi l. l. et Armellini, chiese di Roma p. 148) a Paulo I demum papa consecrata est; si quis de oratorio et monasterio S. Petri et Pauli prope S. Martinum interpretari velit (Armellini p. 218), etiam hoc post mortem demum Aldhelmi a Sergio III conditum est. Rectius igitur Willelmus Malmesburiensis (de gest. pont. V 197 p. 345 H) secundum eam, quae in monasterio suo iam obtinuit, traditionem narrare videtur, compositum esse carmen ad celebrandam eam ecclesiam Malmesburiensem, quam, cum conderet monasterium, amplificatam et augustiorem factam veteri ecclesiae a Maildufo exstructae superstruxit; quemadmodum enim monasterium ipsum (cf. privilegium Sergii = chart. IV), sic principalis ecclesia illa Petro et Paulo erat dicata, veluti illo tempore hi apostolorum principes in aliis multis Britanniae ecclesiis colebantur e. g. prope Cantuarium (Beda h. e. I 33), cuius exemplum plurimum videtur valuisse apud Aldhelmum, scholae Cantuariensis alumnum, prope Wintoniam (Beda III 7), Glastoniae (Acta S. Febr. I p. 906), cuius monasterium Ina rex Aldhelmi consilio* a novo fecit *(Will. Malmesb. de gest. pont. II 91 p. 196 H, V 209 p. 354 H, gest. reg. I 35); etiam monasteria Wyremuthense et Ingiruense pro uno monasterio in duobus locis posito beatorum apostolorum Petri et Pauli Ceolfridus rexit (Beda Hist. abbat. I 15). Hinc etiam temporis oritur significatio: nam non multo postquam abbas factus est (a. 675), ecclesiam illam amplificasse denuoque consecrasse Aldhelmum consentaneum esse videtur, ita ut omnium, quaecumque scripsit Aldhelmus, carminum putandum sit vetustissimum; ante annum 680 compositum esse docet versus sextus, qui ut hoc loco primum legitur, ita laudatur in epistola ad Geruntium, si modo recte posui, epistolam illam hoc anno esse scriptam. Universum carmen qui contineat codex, non exstat; Faricius servavit in vita Aldhelmi et non sine versuum discrepantia atque interpolationibus Willelmus; sed in carminibus duobus, quae in codice Andegavensi ante cetera carmina ecclesiastica eodem, qui in ceteris tenetur, ordine tradita leguntur, tam luculenta eius vestigia apparent, ut non solum e codice aliquo, in quo cum ceteris coniuncta erant, ad auctorem horum ipsorum venisse notitiam, sed etiam ordinem, quo ea invenit, servatum fuisse constet.*

Quae carmina quamquam iam V. Rose in Catalogo Berolinensi (Mscr. Lat. I p. 376) edidit, tamen ego ea hic ex codice descripta repetam, ne poetae Aldhelmiani haecce inter Aldhelmi carmina desint.

In pagina codicis Andegavensis 29r, cuius in parte superiore ultima duo dittochei Prudentiani leguntur epigrammata, post intervallum duarum linearum nullo auctoris nomine notato sequuntur haecce:

(I.) IN AVLA SANCTAE DEI GENETRICIS MARIAE.

Hic veneranda rudis sacrantur culmina templi,
Grandia quae christi gestant vexilla triumphis.
Hac celebratur honor sanctae genetricis in aula,
Ardua regnorum quae nunc super ethera flagrat.
Maria, quae gremio sobolem portare beatum
Et dominum mater meruisti gignere natum,
O novum in mundo lumen te virgine fusum
Sceptra tenens celi christus processit in orbem.
Femina o felix et fortunata virago,
Quae iubar inmensum promsisti sole paterno,
Tu decus astrorum terraque poloque refulgens,
Quaeque salutiferi gestabas membra tonantis
Numine divino sortita puerpera prolem,
Ausculta clemens populorum vota precantum,
Marcida qui riguis umectant imbribus ora ‖ 29v
Et prece flagranti torrent peccamina vitae
Semper in ede nova christi genetrice dicata,
Quatenus hic scelerum detur indulgentia perpes
Densa de pietate fluens et fronte paterno,
Dignis qui numquam populis torrescit in evum.

(II.) IN BASILICA SANCTORUM PETRI ET PAVLI.

Hic Petrus et Paulus, quadrati luminaria mundi,
Precipui patres, populi qui frena gubernant,
Carminibus crebris alma venerantur in aula:
Claviger etherius, portam qui pandit in ethra

[I] 1 venera da *A* secrantur *A* *Ab eodem versu* (Hic veneranda rudis s. c. c.) *incipiens et eodem titulo inscriptum carmen legitur etiam in codice Cheltenhamiano 1825 s. XI vide W. Meyer, Abh. der Bayer. Akad. d. Wiss. XVII (1886) p. 413.* 2 grandiaq̄ xp̄ſ *A* 3 Haec *A* 4 q̄ *A* &hera *A* 5 q̄ *A* 8 Screpta *s. l.* Scripta *A* 11 austrorum *A* 12 ieftabas *A* 13 Nomine *A* 15 umectat *A* 16 precete — vult3 *A* 17 nota *A* 19 pictate *A*

[II] 4 &hera *A*

[I] 1 = *Aldh. I (X) 1* Hic celebranda rudis florescit gloria templi; *II (IX 1)*, 2 Cui u. r. s. c. t. 2 = *I (X) 2* Limpida quae sacri signat vexilla triumphi; *II (IX 1) 3* Et nova consurgunt sacris v. t. 3 = *II (IX 1) 4* Hac celebratur honor sanctae genetricis in aula 9 = *ibid. v. 7* Femina praepollens et sacra puerpera virgo 14 *I (X) 8* Exaudi c. p. v. p.; *II (IX 1) 8* Audi clementer p. v. p. 15 = *Aldh. I (X) 9; II (IX 1) 9* 16 = *Aldh. I (X) 11; II (IX 1)* et crebris precibus delent p. v. 18 = *Aldh. I (X) 19* Quatenus hic scelerum detur i. p. 19 *ibid. v. 20* Larga de pietate fluens et fonte superno 20 = *ibid. v. 21* D. q. n. p. torpescit in aevum

[II] 1 = *Aldh. I (X), 3* Hic Petrus et Paulus tenebrosi lumina mundi *(cf. ad h. l.)* 2 = *ibid. v. 4* Praecipui — gubernant 3 = *ibid. v. 5.* 4 = *ibid. v. 6* (qui pandis)

Candida celorum recludens regna tonantis,
Maximus et doctor patulo vocitatus ab axe,
Vascolum *(l.* Vasclum*)* Nazorei quod *(l.* qui*)* gestat nominat *(l.* nomina*)* natus.
Hanc domum eterno vallantes iure tuendi
Vocibus assiduis aures prebete benignas,
Sacra frequentantes aulae qui limina lustrant!

Qui sequuntur versus duodecim, nullam Aldhelmi imitationem prae se ferunt, sed describunt templum virgis varii coloris ornatum; carmen insequens (inscribitur similiter ac primum IN BASILICA BEATE MARIE SEMp VIRGINIS*) = (III) constat ex versibus Aldh. II (IX I) 1+2. 4—8. 10—12, quibus ut desunt 13—31, ita subiuncti sunt hi duo:*

Hic quoque apostolicis ditantur templa triumphis,
Qua fulgent are bis seno nomine sacre = *Aldh. III (VIII) 40.*

Carmen quartum (IX), quod item fere ac secundum inscribitur, ab eis versibus orditur, quos in adnotatione critica adscripsi ad c. IV 1.

In eo igitur, qui praesto erat versuum horum omnium auctori sive repetitori, codice lecta esse carmina I. II. III — hoc sane ordine — ex ipsis versibus satis clare efficitur, cumque ad verbum fere versus ipsi repetiti sint, haud spernendum etiam ad verba ipsa restituenda in codice A nacti sumus adminiculum. Similiter autem auctor carminum Andegavensium Aldhelmi versus in suum usum suo arbitrio convertit, atque librarius Corbeiensis codicis de virginitate (= Petrop. F. XIX, 1) versus Aldhelmi cum suis — e. g. conferatur locus de sancto Antonio pauli discipulo *(v. 754 sqq.) — commiscuit; itemque similiter in codice Phillippico Berolinensi ad primum aenigma Simfosii librarium tres versus novos de suo addidisse videmus. Sed declarant simul versus illi, etiam haec Aldhelmi carmina aliis versificatoribus fuisse exemplo et auxilio ad carmina sua aliis fortasse aedibus et aliis diebus festis destinata pangenda, quod idem eis carminibus declaratur, quae in cod. Parisino 9347 olim Remensi s. IX (et cod. Paris. 2773 s. X) leguntur secundum Aldhelmi c. III 1 (IX 2) et III 3 (IX 4) composita cf. comment. ad h. l.*

Alterum carmen ad Mariae Virginis ecclesiam pertinet nec dubito equidem, quin etiam hoc — quamvis testimoniis probari non possit — scripserit Aldhelmus de ecclesia aliqua sua. Narrat enim Willelmus (de gest. pont. V 216 p. 361 H) de magnificentissima et celeberrima, quae suo etiam aevo illibata steterit, Aldhelmi ecclesia in honorem genetricis Dei Mariae facta, quam post Petri et Pauli ecclesiam aedificavit, sed antequam Romam abiret (cf. ad chartam IV) i. e. circa annum 685. Carmen autem hoc cavendum est ne ad idem aedificium referatur, quod in carmine III describitur i. e. ad Buggae templum, quoniam in c. II ne levissima quidem Buggae legitur significatio, nec minus cavendum est, ne ad idem illud referantur ea quae sequuntur carmina de XII aris. Qua in re inde ab Angelo Maio seu potius iam inde a carminum codicis Andegavensis auctore multi erraverunt, quoniam in hoc carmine in Mariae ecclesiae dedicationem composito aras bis seno nomine sacras *(v. 40)* fulgere *legebant. Sed non de ara in nostro carmine, sed de templo dicitur, et suo iure iam in egregia, quam de his carminibus libro suo de poematis Carolingicis inseruit, disputatiuncula (p. 45) L. Traube monuit, in c. III (VIII) 41 aperte dici, in illa ecclesia apsida Mariae fuisse consecratam, cum eius, in qua XII arae erant constitutae, ecclesiae apsida Petrus 'coronaret'.*

---

5 tonanti *A* 6 vicitatur *A* *v. 7 alludere videtur ad id, quod Paulo saepe additur cognomen* vas electionis; *idem videtur esse ac:* qui Christianus factus vas Christi *(cf.* vas electionis*)* nominatus est. 8 valantes *A* 10 ave *A*

---

5 = *ibid. v. 7* 6 = *ibid. v. 12* 9 = *ibid. v. 16* Vocibus orantum nunc aures pande benignas 10 = *ibid. v. 18*

Buggae vero templum, de quo tertium hoc carmen est, quo tempore exstructum sit, ipse poeta satis diserte docuit v. 29 et v. 37: conditum sit oportet post mortem Caeduallae regis, qui Romae obiit a. d. XII Kal. Maias a. 689 (Beda h. e. V 7 cf. etiam de Rossi Inscr. Christ. II 1, 288 sq.), primis Inae regis annis i. e. circa a. 690.

Sic tria haec carmina secundum tempora trium ecclesiarum, quae in eis commemorantur, videntur esse ordinata; et coniuncta hoc ordine esse videntur, quoniam ad ecclesias pertinent, cum, quae sequuntur, pertineant ad aras. Minus de hisce reliquis constat. Attamen de quarto coniecturam saltem afferam: legitur IV 7 (IX 8) Nec non Iacobus . . hanc aedem Domini de summo servat Olimpo, *quo versu ecclesia Christo dicata indicari videtur: atqui constat ecclesiam principalem Malmesburiensem, de qua est carmen I, non solis Petro et Paulo, sed in honorem* Sancti Salvatoris *et primorum apostolorum esse consecratam; ad eandem igitur ecclesiam atque carmen primum carmina ista referenda esse videntur, quamquam (cf. e. g. II 1) incertum est indicium; composita autem sunt epigrammata haec iam ante 680, quoniam epistola ad Geruntium, in qua IV 1, 2 laudatur, illo anno est scripta. c. V (IX, XIV) nil prae se fert, quod tempus aut locum significet; hoc unum constat, coniungi non posse cum ceteris propter ea quae IV 12 (*Supremus numerum concludat Thaddeus*) et 13, 1 (*Iam bis sena simul digessi nomina*) leguntur (cf. ad V 1) recteque vidit L. Traube, inde quod versu primo legitur* Hoc sacer observat dilubrum Mathias — *Parisini et Vaticani lectio* Hic s. o *ex comparatione ceterorum carminum interpolata est — concludendum esse, alteram quandam hic intellegendam esse ecclesiam.*

Carmina ipsa num re vera inscripta fuerint locis eis, quae commemorant, valde dubium est; nam nonnulla quidem eorum longiora sunt, quam quae ita adhibeantur. Sed propterea, quod talia inde a Damaso papa et Paulino Nolano ut in Galliis et Hispania, ita in Britannia placebant, (cf. G. Gröber Grundriss der Rom. Phil. II 1, 114 et de Rossi Inscr. Christ. II 1, XXXVI, XLVIII sqq., LII) Aldhelmum ut Cellanum aequalem (cf. L. Traube Perrona Scottorum p. 488) ad ea se accinxisse verisimile est eumque novisse unam saltem syllogen inscriptionum talium inde apparet, quod in tractatu metrico (p. 277, 5 G) unum ex tali quadam versum hisce verbis laudavit: ut poeta: Virgo Maria tibi Sixtus nova templa dicavit *(de Rossi l. l. p. 60); Caeduallae autem regis titulum celeberrimum (Beda V 7, de Rossi l. l. p. 288), cuius cum argumento ipsius carmen III convenit quodque iam mature in syllogas epigraphicas receptum esse codex Centulensis probat, non videtur novisse: nam quae similia habent (v. 19 Caedu. 1—4; v. 20 Caedu. 18; v. 29 Caedu. 14), non tam verborum quam rei necessitudinem demonstrant. Ac ne ipsius quidem Aldhelmi carmina ab aliis imitatione non expressa esse videntur: nominavi iam Aethilwulfum et auctores carminum, quae in codicibus Andegavensi et Remensi leguntur, addo versus codicis Cantuariensis ad IV 2, 1 laudatos; sed qui tempore proxime ad eum accedit, Beda in hymnis in simili argumento tamen certam tractationis similitudinem non ostendit; Alcuinus in carminibus epigraphicis habet, quae apte possis comparare cf. Inscr. Vedast. LXXXVIII, XVII 1 (PlaC I 311)* Claviger aetherius servat qui regmina caeli; *Inscr. Col. c. CIX, I 1 (PlaC I 335)* Claviger aetherius, portas qui pandit Olimpi, *II 5* Perpetuas nobis portas et pandat Olimpi, *III 1* Claviger aetherius princeps in principe Christo = *Aldh. IV 1, 2* Claviger aethereus portam qui pandit in aethra; *XC, XV 1* Hanc baptista potens meritis tutabitur aram, *XVIII 1* Hanc quoque servator *(Petrus)* templi tutabitur aram, *CX, I 1* Hanc pius Andreas meritis tutabitur aram = *Aldh. IV 3, 1* Hic simul Andreas templi tutabitur aram *(sic PSR); c. XC, VII 1* Hac duo praeclari patres venerantur in ara, *CX, VII 1* Hac domini frater Iacobus veneratur in ara = *Aldh. I 3 sqq.* Hic Petrus et Paulus . . Praecipui patres . . alma venerantur in aula.

Ad verba recensenda hi codices praesto mihi fuerunt:

A = Berolinensis 167 = Phillippicus 1825 olim, ut Valentinus Rose docuit, St. Albini apud Andegavenses saec. IX, antiquitus cum Berolinensi n. 171 = Phillippico 1727 coniunctus, in quo Sedulii opus paschale legitur. Codex 167, nunc foliorum quadraginta sex (22,5 × 14 ctm.) in pagina lineis stilo ductis fusco atramento scriptis habet versus vicenos nonos; egit de eo V. Rose in Catalogo Berolinensi vol. XII (Manuscr. Lat. I) p. 167, quem vidisse iam supra commemoravi codice hoc usum esse Baluzium ad partem carminis de Buggae ecclesiae edendam. Continet hic codex inde a fol. 29^{r}—37^{r} carmina supra p. 6 sq. edita, in quibus reliquiae carminis I (X) deprehenduntur, deinde post partem carminis II et versus in adnotatione critica ad III 1 adscriptos carmen de Buggae ecclesia (III) ceteraque hoc versuum ordine: fol. 30^{r}—33^{v} III 1—11. 17—19. 31—39 (v. 40 post II (IX, I) 13. 42. 43. 12—16. 20—26. 28—30. 52—58. 61—85. 44—51. 59. 60 (omisit omnino librarius 27. 41). IV, I (IX, II) 1—12. 33—36. II (IX, III) 1—10. 31—33. 11—30. I (IX, II) 13—32. II (IX, III) 34—36; a fol. 33^{r}, quae pagina vacat fere tota, — notae leguntur aliquot grammaticae (s. XI) et interpretatio diei paschalis — novus incipit quaternio, in quo leguntur inde a fol. 33^{r}: IV, III (IX, IV) 1—16. IV (IX, V) 1. 3—14. V (IX, VI) 1—4. 10—19. 5—9. VI (IX, VII) 1—21 (desunt 22—25). V (IX, XIV) 1—7. 11—13 (desunt 8—10). IV, VII (IX, VIII) 1—30. 32—36. 31. VIII (IX, IX) 1—18. IX (IX, X) 1—7. 9. 8. 10—14. X (IX, XI) 1—20. XI (IX, XII) 1—10. XII (IX, XIII) 8—26. 1—7 (versus 27 in fine post epilogum adscriptus est). XIII (IX, XIV 14—20). XII 27. Ex codice insulari scriptura exarato descripta esse haec carmina intelligitur ex librarii erroribus semige *pro* remige, fertis *pro* festis, stippe *pro* stirpe, signamer *pro* signarier*; adscriptas in archetypo glossas in textum recepit*: pulcro sacro*;* praesentis laventis labentis*;* praemia regna*;* restat vocat *(l.* vacat*). Cognati ei sunt Parisinus et Vaticanus: confer e. g. IV, VII 8* cutis*, 11* villosis-peplis *(V.* plebis*), X 6* mire*; in APV desunt IV 13, 8—10; IV, V 5—9 desunt in PV, ut in A suo loco desiderantur, sed in fine carminis sunt addita. Quamvis perturbatus sit codex, tamen textus eius est integer; auctoris nomen in eo non habetur; inscriptiones carminum ex eo desumpsi, quoniam recte conceptas esse vel sylloges Einsidlensis et Alcuini exemplum docet. Baluzius ex eo partem c. III edidit; ad cetera carmina nondum fuit adhibitus.*

P = Parisinus 8318 = Colbertinus 5037, Regius 4018; conferenda sunt de eo, quae scripsit W. Hartel Cypriani opp. III p. LXVII. Codex ex diversis partibus compositus post Aratorem, Prudentii psychomachiam picturis illustratam (cf. Rich. Stettiner, Die illustrierten Prudentiushandschriften, Berlin 1905 p. 20 sq.), Fortunatum (c. IX 2) in novo quaternione (= fol. 73—80) saeculo — sic etiam H. Omont iudicavit — decimo scripto (haec folia 24 ctm. alta, 18 ctm. lata in singulis paginis tricenas septenas lineas stilo ductas habent; manus saeculi XVII in fol. 73^{r} scripsit Aldelmus*) continet haecce:*

1. fol. 73|74 leguntur versus, quos pro ineditis operis Aldhelmiani reliquiis in editionem suam p. 130—134 Giles recepit; sunt versus pessime corrupti 108—291 carminis De resurrectione mortuorum *cf. Cyprianus ed. W. Hartel III 308—325. Carmen ipsum ante Aldhelmum esse scriptum actas codicis Sangermanensis probat; recensionem Parisini a Sangermanensi dissentientem ad Aldhelmum referendam esse testimonium nullum indicat. Temere obsecutus est Giles inscriptioni Parisini, quam nimirum secundum ea, quae in fine alterius partis leguntur, ipsam a manu recenti demum additam esse supra monui. Inferior pars fol. 74^{v} vacua est, ita ut ne in eo quidem codice, ex quo versus isti desumpti sunt, plura scripta fuisse videantur.*

2. fol. 75^{r}—80^{r} continent carmina Aldhelmi ecclesiastica nullo titulo addito; singula poemata, simplici tantum initiali maiore nigra inter se distincta, hunc tenent ordinem II (IX, I), III (VIII), IV, I (IX, II) — IV, XII (IX, XIII; IV, V desunt v. 5—9), V (desunt v. 8—10), IV, XIII: hi versus ita sunt exarati, ut continuo V 13 excipiant

versus IV, XIII 1. 2; hos sequuntur post quatuor linearum intervallum alia manu, sed aequali exarati versus 3—7 et intermisso unius lineae spatio subscriptio expl opuscula al dhe l mi. *Etiam hic codex ex codice insulari et glossis instructo derivatus est (habet* celebremur *pro* celebremus, spirabant *pro* spirabunt, caelsa *pro* celsa*;* menstrua volvuntur alternis vicibus tempora festis*) ut Andegavensis, quo tamen inferior est.*

3. in fol. 80^{v} scripta est praefatio carminis de virginitate Metrica tirones — Sotsac anim ract *e. q. s.; in vacua linea prima nullus legitur titulus.*

Hunc codicem novit notavitque J. A. Giles.

Ex eodem fonte derivatus est codex Vaticano-Reginensis 251 = V, tam similis Parisino, ut gemellus fere eius sit habendus, cf. III (VIII) 21 regmine, *44* alternis vicibus tempora *(46* centibus *P,* accentibus *V), 59* Istam nempe quo*; IV, I (IX, II) 4* hoc, *11* sibi, *24* fanti *P* fauti *V, 33* crucifixus, *35* aeternus*; desunt IV, V, 5—9 et IV, XIII 8—10; IV, XIII post V habet. Codex, ut Parisinus, variis partibus est compositus; folia 2—70 scripta sunt saec. X in monasterio S. Benigni Dibionensis; carmina Aldhelmi leguntur 2^{r}—10^{v} (16,8 × 10,8 ctm.; 23 versus in pagina). Usus est codice hoc primus, quantum scio, Abraham Gronovius in collectaneis (cf. supra p. 4), deinde Angelus Maius, qui ex eo (cf. l. l.) edidit carmen de ecclesia Buggae; de codice quaerentem me promptissime et officiosissime edocuit F. Ehrle, egregius Vaticanae bibliothecae praefectus, qui etiam curavit, ut folia, in quibus carmina haec scripta sunt, photographice expressa mihi transmitterentur. Continet codex c. II. III. IV, I—XII. V. IV, XIII. Sequuntur 10^{v} tria carmina* DE DUODECIM VIRTUTIBUS HERCULIS = *Anth. L. n. 641 R;* DE SAMSOME FORTISSIMO *et fol. 11^{r}* DE TRIBUS MULIERIBUS VICTRICIBUS ATQ: AB EISDEM DE TOTIDEM VIRIS INTERFECTIS = *Anth. L. n. 392 R. Deinde leguntur hi duo versus:* Christe tua agmina iubilant voce precelsa | Dum fueris felix semper tibi proximus esto. *Pars inferior huius paginae vacat. Inscriptum est carminibus* INCIPIUNT OPUSCULA ALDELM ĒPI ‖ DE SCA MARIA ET XII APŁIS.

S = Sangallensis 869 saec. IX ex.; 261 paginae (16,5 × 13 ctm.) lineas habentes septenas denas: cf. Scherreri Catal. p. 300, E. Duemmler N. A. IV 271 sqq., PlaC II 263; imago eius exstat in PlaC II tab. III. Ex hoc codice carmina primus edidit H Canisius, cf. supra p. 3. Continet a pag. 236 — titulus carminis DE SCA MARIA VIRGINE *ultimam praecedentis paginae lineam obtinet; in hac pagina et in priore legitur* CARMEN DE MICHAELE ARCHANGELO *— ad pag. 255 carmen II. IV, I—XII (desunt II 21—24, quod notavit m^{2} per* R, *sed non supplevit). XIII (hoc carmen titulum habet quem adscripsi pag. 3). V, cuius post versum ultimum additum est* FINIT*; sed auctoris nomen neque in initio neque in fine exstat carminum. Quamquam qui toti syllogae praefixus est titulus* INCIPIT PRAEFATIO STRABI VEL STRABONIS, *hic num primitus etiam ad nostra carmina revocandus fuerit, licet p. 62 et p. 202 Walafridi nomen repetatur, dubium mihi videtur, quoniam desunt nunc quaterniones XV—XVII, in quibus aliud nomen potest fuisse additum. — Primi carminum versus capitalibus rusticis sunt scripti, singula carmina ut in Vaticano, titulos habent eisdem litteris exaratos, versuum singulorum caesurae puncto notatae sunt, similiter atque in aenigmatibus Berolinensis in caesura punctum cum virgula positum est; rectus vocabulorum ordo signis indicatur, quae similia eis sunt, quibus in aliis codd. Sangallensibus et Anglicis constructio grammatica notatur (cf. progr. Goth. 1904 p. 5 adn. et infra praef. ad prosam de virg.). Manus secunda multa correxit, nonnulla interpolavit. Cum multo praestet codici Quercetani, Canisii editio ea, quam Quercetanus curavit, longe est emendatior.*

Ultimo loco nominandus est codex Bertinianus Quercetani, de quo fusius egit E. Duemmler N. A. IV 137 sq., PlaC I 164; qui ex quo Quercetano a Iacobo Sirmondio

commodatus est, amissus esse videtur. Si accurate codicem secutus est Quercetanus, valde erat corruptus; ita factum est, ut etiam textus Gilesii, qui Quercetanum repetivit, esset parum emendatus. Continuit II (IX, I). III (VIII). IV (IX 2—13). V, in ordine carminum cum Sangallensi conspirans; sed solus suo loco etiam carmen de Buggae ecclesia tradidit. Notandum est, nullum carminum horum exstare in Britannia codicem, nullum anglo-saxonice in continenti scriptum; ex Gallia et codex antiquissimus et imitationes gravissimae (in codicibus Andegavensi et Remensi) innotuerunt; unus Sangallensis, qui suo stat talo, non est in Francia scriptus.

I.

IN BASILICA SANCTORVM PETRI ET PAVLI.

non multo post a. 675

Hic celebranda rudis florescit gloria templi,
Limpida quae sacri signat vexilla triumphi;
Hic Petrus et Paulus, tenebrosi lumina mundi,
Praecipui patres, populi qui frena gubernant,
Carminibus crebris alma venerantur in aula.
Claviger aetherius, portam qui pandis in aethra,
Candida caelorum recludens regna Tonantis,
Ausculta clemens populorum vota precantum,
Marcida qui riguis umectant imbribus ora;

F = Faricius p. 129 G(iles), cf. p. 362 G. W = Willelmus Malmesburiensis Gesta pont. V 197 = 345 sq. Ham. A = cod. Berol. Phillippicus; leguntur in eius carminibus centonum instar conpositis I. II versus carminis nostri 8. 9. 11. 19—21 et 3—7. 12. 16. 18 iterumque v. 3. — Edidit etiam Th. Wright in Biogr. Brit. I 214. Inscripsit sic A carmen suum secundum a v. 3 incipiens.

3 quadrati luminaria mundi *(ex Beda h. e. III 29) A* 5 celebrantur *W* 6 o coeli *pro* aetherius *W* pandit in &hera *A* 7 candida qui meritis recludis *W* tonanti *A* 8 ausculta *A*, exaudi *FW* 9 umectat *A*, humectant *FW*

---

1 *II 1 sqq. (IX, I 1)* Hanc aulam Domini servat tutela Mariae, Cui veneranda rudis sacrantur culmina templi Et nova consurgunt sacris vexilla triumphis *v.* 2 limpida *ad* gloria *pertinet* 3 *Verg. Georg. I 5* clarissima mundi Lumina. *Arator a. a. II 1219* duo lumina .. mundi. *Manitius. Venant. Fort. c. III, VII 3* caelorum portae, lati duo lumina mundi = *carmen Glastoniense (Acta S. Febr. I 906 c. 2). Vitalianus papa apud Bedam h. e. III 29* quae tradiderunt sancti apostoli Petrus et Paulus, qui, ut duo luminaria caeli inluminant mundum, sic doctrina eorum corda hominum cotidie inlustrat credentium. *Cod. Paris. 8071 carm. 17, 1 (de Rossi Inscr. christ. II 1, 248)* Hic Petrus et Paulus mundi (duo) lumina praesunt 6 *Arator I 899* Claviger aetherius; *1076* qui portam pandit in astris. *M. IV 2 (IX, II 2)* Claviger aetherius qui portam pandit in aethra: *idem versus in epistola ad Geruntium, in prosa de virgin. c. LV, in tractatu metrico p. 222 G laudatur. Cf. Iuvenc. h. e. III 532* facilem praepandit in aethra *et Alcuin Inscr. Colon. c. CIX, 1 (PlaC I 335)* Claviger aetherius, portas qui pandit Olimpi. *Inscr. Vedast. XVII (PlaC I 311):* Claviger aethereus, servat qui regmina caeli. 7 *IV 1, 3 (IX, II 3)* Ianitor aeternae recludens limina vitae *Iuvenc. IV 554* summi per regna Tonantis *M.* 8 *sq. cf. II 8 sq.* 9 *Verg. Aen. XI 90* guttisque umectat grandibus ora. *M. II 8 (IX 1, 8 sq.)* Audi clementer populorum vota precantum, Marcida qui riguis umectant imbribus ora. *carm. de virg. 1907* Tristia rorifluis umectant imbribus ora. *Epist. ad Gerunt. p. 87, 21 G* peccatricem ... dominicos pedes fusis lacrimarum imbribus umectantem, *ubi vide adnotata.*

Suscipe singultus commissa piacla gementum,
Qui prece flagranti torrent peccamina vitae!
Maximus et doctor, patulo vocitatus ab axe,
Cum cuperes Christo priscos praeponere ritus,
Saulus, qui dictus mutato nomine Paulus
Post tenebras claram coepisti cernere lucem,
Vocibus orantum nunc aures pande benignas
Et tutor tremulis cum Petro porrige dextram,
Sacra frequentantes aulae qui limina lustrant,
Quatenus hic scelerum detur indulgentia perpes
Larga de pietate fluens et fonte superno,
Dignis qui numquam populis torpescit in aevum!

II.

IN BASILICA BEATAE MARIAE SEMPER VIRGINIS.

c. a. 685

Hanc aulam Domini servat tutela Mariae,
Cui veneranda rudis sacrantur culmina templi
Et nova consurgunt sacris vexilla triumphis.
Hac celebratur honor sacrae genetricis in aula,
Quae verum genuit lumen de lumine patris;

11 et precete *A* fragranti *F* torrent *etiam A* peccamina uult3 *A*, peccamina morum *W* 12 et *A* en *F* vicitatur *A*, Paulus vocitatus *F*; *W pro 12—15 habet:* Quondam Paule ferox, nunc deposita feritate Agne Dei mitis, mutato nomine Pauli; *Farici ordinem inverti.* 16 uocibus assiduis .. aures prebete *A* 17 Ut *Wright* 18 aue *A* 19 Quatinus .. celer indulgentia detur *W* 20 Densa de pietate .. fronte paterno *A* 21 torrescit *A* *Willelmi textus interpolatus est v. 5. 6. 19 (dětur cf. Dracont. de laude Dei III 251 V.)*

[II] DE SCA MARIA VIRGINE *S*, IN BASILICA BEATE MARIE SEMP VIRGINIS *A qui versus habet 1. 2. 4—8. 10. 12. Titulus nullus in P fol. 75v, ubi haec incipiunt carmina; quod fol. 73r i. e. in prima quaternionis etiam Aldhelmiana continentis pagina legitur* Aldelmus, *hoc scriptum est saec. XVII.* INCIPIUNT OPUSCULA ALDELMI EPI DE SCA MARIA ET XII APLRM *(corr.* APLIS*) V, add. m² paulo recentior* & de qb;dã rationibꝰ grãmaticę artis diũfoꝝ auctoꝝ*; adscripsit A. Mai* Inter Alcuini carmina. *Recte scripsisse puto manum primam* apostolorum*: supplendum scilicet est* aris. *Nescio an in hoc quoque titulo testimonium exstet, quo confirmatur carmina II et IV olim sine I et III esse tradita.* 1 tutella *A* 2 culmine *A* 4 Hic *APV* caelebretur *V* genetricis *S*

11 *II 12 (IX 1, 12)* Et crebris precibus delent peccamina vitae 13 *IV 2, 2 (IX, III 2)* Credulus efficitur mutato nomine Paulus. *de virg. 485* mutato nomine sanctus Paulus apostolicae meruit praeconia famae 14 *act. apost. 22, 3 sqq.; v. 7* audivi vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me persequeris — *de virg. 483* voluit .. Christo patrios veterum praeponere ritus 15 *act. apost. 22, 13* 16 *Iuvenc. II 549* dictis pandens vitalibus aures *M.*

[II] 2 *I 1* Hic celebranda rudis florescit gloria templi; *Sedul. c. p. II 209* ardua templi culmina *M; de virg. 562* Et potiora rudis sectatur culmina templi 3 *I 2* Limpida quae sacri signat vexilla triumphi 4 *Aethilwulfus XIV 21* Quem dedit ille pius magnae genetricis ad aulam 5 *Sedul. I 313* Et totum commune patris, de lumine lumen *cf. quae ibi attulit J. Huemer; de virg. 1686 (*Maria*)* mox genuit verum lumen de lumine patris *(praef. v. 24* tu perpetuum prompsisti lumine lumen *1750* et clarum lumen de lumine fudit*) cf. Beda in S. Joh. exposit. c. 1 (III 637 sq. M.) et carmen quod M. Hauptius edidit in opusc. I 296 v. 5* Lucifer exoriens lumen de lumine profers

Quem clamant Titan almo spiramine vates.
Femina praepollens et sacra puerpera virgo,
Audi clementer populorum vota precantum,
Marcida qui riguis umectant imbribus ora
Ac genibus tundunt curvato poplite terram,
Dum veniam fuso lacrimarum fonte merentur
Et crebris precibus delent peccamina vitae!
Haec, inquam, virgo caelesti pignore feta
Edidit ex alvo salvantem saecula regem,
Imperium mundi solus qui iure gubernat,
Ut dudum angelico discit virguncula fatu,
Cum pater altithronus Gabrihel misisset ab astris.
Haec fuit, egregius quam promit carmine vates,
Qui Solimis quondam dives regnavit in arvis:
Hortus conclusus florenti vertice vernans,
Fons quoque signatus caelesti gurgite pollens
Necnon et turtur tremulus; cui praescius infit
Angelus: 'En sobolem generabis virgo perennem
Atque puerperium paritura puerpera gignes;
Filius altithroni faustus vocitetur in aevum!
Spiritus e caelo veniet sanctissimus in te:
Virtus ecce tuo confert umbracula cordi;
Patris obumbrabit te, virgo, celsa potestas.'
Quo dictu matri turgescunt viscera fetu,
Qui genitus mundum miseranda labe resolvit
Atque crucifixus polluta piacula tersit.

---

6 tustã *A* alto *supra lineam* m m^2 *A* 7 ut sacra *Quercetanus* 8 cimenter *A* praecantum *P* 9 ymbribus *S* umectant *PV* 10 genib*;* unt *antecedente lacuna A* tondunt *V* police *A* 11 uena *A* mercatur *A, qui post v. 12 pro versibus in carm. de virg. repetitis habet:* Hic quoque apostolicis ditanť templa triūphis | Qua fulgent arae bis seno nomine sacrae = *III 40* 13 haec in qua *P* faeta *S*, foeta *P* 16 fato *V* 17 altisonus *Quercetanus,* altitronus *V* gabrihel *PS* 18 Hic fuit ... quem *S* 19 solimis *PSV* 20 Hortus *sed per* H *linea ducta S* florenti in uertice *Quercetanus et Giles* 22 tremulus *V* = *carm. de virg. 1700*, timidus *PS* preses *V*, prẹsens *P* 23 sobolem *s. l.* v m^2 *S* 24 gignis *S*, gignens *Quercetanus* 25 altitroni *V* 26 *et* 27 *in una linea scripti P* 27 tua *s. l.* m^2 o *S* 28 te *om. P* caelsa *P* obumbravir *V* 29 matris *V; Canisius = carm. de virg. 1707*, fetu o *supra* e *S* 31 dempsit *carm. de virg. 1709.*

---

6 *Praef. carm. de virg.* 25 Titan quem clamant sacro spiramine vates 7 *Prudent. Cathem. IX 1—9; de virg. 1676* desponsata viro fecunda puerpera virgo 8 *sq. Statius Theb. IV 591* largis umectant imbribus ora *M. cf. ad I 8 sq.* 9 *cf. I 9* 12 *I 11* Qui prece flagranti torrent peccamina vitae 13—31 *Eadem leguntur in carm. de virg. 1691—1709 (*scelerata piaculo dempsit*) cf. ad v. 6; vide etiam prosam c. XL al. 2* 14 *prosa de virg. c. XXXVI (p. 45, 19 G)* credidit Dei filium salvantem saecula Christum = *de virg. 1692 et 1863* Credidit altithronum salvantem saecula Christum *cf. IV, III 7. VI 4. VIII 4. Bonifat. v. 161* Impia qui proprio salvavit sanguine saecla 15 = *de virg. v. 1693. cf. etiam 2067* Regibus exceptis, mundum qui iure gubernant *cf. III 37* 21 *Canticum canticorum 4, 12* 22 *C. c. 2, 14 cf. 5, 2. 6, 8* 23 *Lucas 1, 26. 31* 26 *Lucas 1, 35*

III.

⟨IN ECCLESIA MARIAE A BVGGE EXSTRVCTA⟩.

c. a. 690 Hoc templum Bugge pulchro molimine structum
Nobilis erexit Centvvini filia regis,
676—685 Qui prius imperium Saxonum rite regebat,
Donec praesentis contemnens culmina regni
Divitias mundi rerumque reliquit habenas,
Plurima basilicis impendens rura novellis,
Qua nunc Christicolae servant monastica iura.

IN SCI pETRI ET pAULI. || Hic petrus et paulus quadrati luminaria mundi *(cf. ad I 3)* | Abscidam gemino tutantur numine lautam *(IV, 1 1. VIII 18. IX 14)* | Nec non andreas qui quondam funera loetus *(IV, III 1+2)* | Passus et in patibulo sancta cum carne pependit *(ib. 3:* Horrida perpessus*).* | Hoc templum *e. q. s. A, qui versus ipsos hoc ordine habet: 1—11. 17—19. 31—39. 42. 43. 12—16. 20—26. 28—30. 52—58. 61—85. 44—51. 59. 60; desunt 27. 40 (qui legitur in fine carminis II post v. 13). 41. — Nullus titulus in P, in quo nova carmina initiali tantum maiore indicantur; omnes codices ante carmina de aris post carmen in ecclesiam Mariae habent. Primus post Baluzium et Quercetanum sub Aldhelmi nomine edidit Angelus Maius Class. Auctores V 387—390. In V, qui titulum nullum addit, primus versus maiusculis rusticis scriptus est, itemque in carminibus ceteris.* 1 Buggae *Quercet.* pulcro *AV* molmistruct' *A* 2 cenuuiũ *A,* centuumi *P,* centuini *V,* Eutuini erexit *Quercet.* 4 dona et *Quercet.* contempnens *V* regna *V* 5 Diuicias *V* rerusq — abena *A* mundi re///rumque *(in ras. fuit* re*) P* reliquid *P* 6 inpondis *A* inpendens *cett.* iura *Quercet.* 7 ruricolae *Quercet.* monasti///ca *(in ras. fuit* n*) P,* monasteria *Quercet.*

---

1 *Buggam, Centwini regis Westsaxoniae filiam, quae basilicam hanc aedificavit, sunt qui putent (cf. e. g. Bright, Chapters of early english church history*[2] *p. 392, 5; rem in medio reliquit Mabillo Annales II [lib. XXIII] p. 190) fuisse eandem atque abbatissam eam, quae Bonifatii amica et litterarum commercio cum eo coniuncta (Epist. Merow. I 259. 264. 277. 381) in titulo epistolae ab Eangytha abbatissa ad Bonifatium data* unica filia eius Heaburg cognomento Bugge *(sic cod. Vindob.) appellatur, de cuius depositione Bregowinus (E. M. I 408) ad Lullum scripsit. Sed recte iam H. Hahn (Bonifaz p. 111) admonuit, ipsam temporum rationem huic opinioni adversari, cum credi vix possit, feminam illam, quae post 759 obierit, iam ante 709, quo anno mortuus sit Aldhelmus, condidisse ecclesiam; quae ratio etiam gravioris fit momenti, si non nimis multo post regnum ab Ina susceptum (a. 689) basilicam illam exstructam esse putabimus. Accedit, quod ea quae in epistola Eangythae memorantur, ad ea quae de Bugga, Centwini regis filia, constant, accommodari non possunt. Vixit haec in Westsaxonia, illa in Mercia; hanc Ina rex ut consanguineus fovit; illius matrem — quae Centwini vidua putanda esset, si eius filia Aldhelmi fuisset amica — queri videmus de* paupertate et penuria rerum temporalium *et de omnium propinquorum morte (E. M. I 262, 4 legendum esse puto* additur his omnibus miseria *(codd.* miseriis*)* amissa *(sic Monac. et Caroliruh. m*[1]*;* amisio *Vindob.)* amicorum et contribulium caterva, propinquorum et consanguineorum turba*) et de rege* gentem multum exosam *habente. His causis commotus Buggam nostram ab illa segregandam esse arbitror; quod haec ab Aldhelmo v. 39* supplex vernacula Christi *nominatur, illa ipsa se in epistola ad Bonifatium data* vilem vernaculam *(E. M. I 264) nominat, hoc nihil probat. H. Hahn in Realencyclopädie für protest. Theol. I 326 Buggam Aldhelmi sororem fuisse putat, sed cf. praefat. p. I. — Imitatum esse carmen hoc saeculi noni initio Aethilwulfum Anglosaxonem (huius carmen post Mabillonem edidit E. Duemmler PlaC I 582 sqq.) docuit L. Traube Karol. Dicht. p. 18 sqq. Is etiam carmen de virginitate et aenigmata (cf. ad v. 70) legit.* 5 *Verg. Aen. VII 600* rerumque reliquit habenas, *de virg. 2103* mundique reliquit habenas. — *De Centwino rege cf. Plummer ad Bedae h. e. II p. 221 Hahn Bonifaz p. 24.* 6 *cf. ad chart. III not. a et Will. Malmesb. g. p. V § 205 p. 353 Ham.* 7 *Aethilwulfus V 18* statuens monastica iura

Exin sacratam perrexit quaerere vitam,
Dum proprium linquit Christi pro nomine regnum;
Qui tamen ante tribus gessit certamina pugnis
Et ternis pariter confecit bella triumphis.
Sic rexit regnum plures feliciter annos,
Donec conversus cellam migravit in almam.
Inde petit superas meritis splendentibus arces
Angelicis turmis ad caeli culmina ductus;
Caelicolis iunctus laetatur sorte superna.
Post hunc successit bello famosus et armis
Rex Caedvvalla, potens regni possessor et heres;
685–688 (689) Sed mox imperium mundi sceptrumque relinquens
Turgida cum ratibus sulcabat caerula curvis
Et maris aequoreos lustrabat remige campos.
Algida ventosis crepitabant carbasa flabris,
Donec barca rudi pulsabat litora rostro;
Exin nimbosas transcendit passibus Alpes
Aggeribus niveis et montis vertice saeptas.
Cuius in adventu gaudet clementia Romae
Et simul ecclesia laetatur clerus in urbe,
Dum mergi meruit baptismi gurgite felix.
Post albas igitur morbo correptus egrescit,
Donec mortalis clausit spiracula vitae
Alta supernorum conquirens regna polorum,
Clarum stelligeri conscendens culmen Olimpi.

---

8 &in *A* 9 reliquit *Quercet.* pro *s. l. V* 11 &ernis *A* pater *P* confexit *Quercet.* 12 Seu *Quercet.* gegmini — annis *A* 13 almū *A* 15 celi *A* 16 celicolis *A* l&atus *P*, lætat sorte *Quercet.* 17 suscessit in bello *A* 18 caei inunalla — regniq; *A*, ceduuulla *PV*, Ceadualla — ut hæres *Quercet.*, Ceadual *De Rossi in epitaphio Inscr. Christ. II 1 p. 288, 4* 20 cerula *A* 21 semige capos *A*, regmine *PV*, regmine *al.* remige *Mai (in V nil additum)*, remige *Quercet.* 22 carbassa *A* Algida — algida flabris *Quercet.; qui conj.* aequora 23 littora *PV Quercet.* rastro *A* 25 montes *P* septa *A* 26 gaudent *V* 27 *deest in A* simul ecclesia *P* (s. e. = unacum e.), æcclesiae *V*, ecclesiae *Quercet.* 28 babtismi *V* 31 p̄mia regna *A* 32 olīpi *A*, olimpi *PV*

---

13 *Aethilwulfus IV 15* pater famulos cellam congessit in almam 14 *Aethilwulfus praef. 3* atque petas superas meritis splendentibus arces 15 *de aris (IV) II 36* coetibus angelicis nimbosa per aethera ductus *de virg. 1070* Angelicis iuncti penetrabant coetibus actum *cf. v. 1503.* — *Venant. Fort. c. VIII, III 5* Coetibus angelicis sociata *cf. vita S. Martini II 122* 17 *de Caedwalla cf. Beda h. e. V 7 et Plummer ad Bedam II 278 sqq. Bright Chapters p. 391. 402 sqq.* 19 *epitaphium apud Bedam V 7 v. 1 sqq.* Culmen, opes, subolem, pollentia regna, triumphos .. Caedval armipotens liquit amore dei 21 *aenigm. 92 (VII 4), 5 sq.* Non maris aequoreos lustrabam remige campos *(cf. de virg. 12 et epist. Eangythae Ep. Merow. I 262, 15)*, Nec ratibus pontum sulcabam tramite flexo 24 *exceptus a Chuniberto, Longobardorum rege, cf. Paulus Diac. VI 15* 25 *Verg. IX 783* vestris .. undique saeptus aggeribus 27 *Aethilwulfus XV 33* laetatur clerus in urbe = *XX 13 (XX 58* per moenia cellae*)* 29 *epitaphium apud Bedam V 7 v. 14* quem Christi gratia purgans Protinus albatum vexit in arce poli 30 *Beda l. l.* Hic depositus est Caedval, qui et Petrus, rex Saxonum, sub die XII Kalendarum Maiarum, indictione II 31 *de virg. 755* Summa supernorum conquirens regna polorum. *v. 2862* Alta supernorum qui scandunt arva polorum. *Aethilwulfus praef. 5* sancta supernorum conscendens castra *(sic L. Traube)*

Sed hic principibus caelum penetrantibus altum,
Quorum descripsi iam bina vocabula dudum,
Tertius accepit sceptrum regnator opimum,
688–725 (?) Quem clamant Ini certo cognomine gentes;
Qui nunc imperium Saxonum iure gubernat.
Quo regnante novum praecelsa mole sacellum
Bugge construxit, supplex vernacula Christi,
Qua fulgent arae bis seno nomine sacrae;
Insuper absidam consecrat Virginis arae.
Praesentem ergo diem cuncti celebremus ovantes
Et reciproca Deo modulemur carmina Christo!
Menstrua volvuntur alternis tempora festis
Et vicibus certis annorum lustra rotabunt:
Dulcibus antifonae pulsent concentibus aures
Classibus et geminis psalmorum concrepet oda;
Ymnistae crebro vox articulata resultet
Et celsum quatiat clamoso carmine culmen!
Fratres concordi laudemus voce Tonantem
Cantibus et crebris conclamet turba sororum;

---

33 princib? *A* 34 describsi *P* uocabola *A* 35 regnaĩ *A* 36 Quam *V* Ynii *V* In incerto *Quercet.*, certo *om. P* gentis *A* 38 prȩcello *P* sacellus *A* 39 Buggæ *Quercet.* construcsit *A*, contruxit s. l. f *P* 40. 41 *desunt in A* 40 Quaṁ *V* bife nomine *V* 41 absidam *(sic!) VP* 42 celebremur *P*, caelebremus *V* 43 r&iproca *V* modolemur *A*, mudulemur *P* 44 In menstrua dum gigrant *A* æternis *Quercet.* alternis uicibus tempora *PV* 45 Et uibus^{ci} *V* anudrū *A* rotabunt *codd. Nonne* rotantur *legendum? cf. Beda martyrol. poet. 17* Bissenis sic namque rotatur mensibus annus 46 antefone — concentibus *A*, ant fane pulsent centibus *P*, antiphone — accentibus *V* 47 concrepent noda *A*, odas *V* 48 Hymniste *A*, Ymniste *PV*, Hymnis te *Quercet.* crebre *V* 49 clamosa *P*, clamosæ *V* 50 Fratres cum laude *Quercet.* 51 conclamat *PV*

---

33 *Beda l. l.* Abeunte autem Romam Caedvalla successit in regnum Ini de stirpe regia. — dudum = *modo, supra (v. 8. 18) cf. L. Traube, Karol. Dicht. p. 17 sq.* 36 *cf. II 6* 37 *II 15; de virg. 2067* Regibus exceptis mundum qui iure gubernant 39 *cf. ad v. 1* 40 *his versibus non significari aras easdem, quibus epigrammata c. IV destinata sunt, inde apparet, quod in Buggae basilica apsis Mariae virgini dicata erat, in illa ecclesia Petro cf. L. Traube Karol. Dicht. p. 45* 42 *Verg. V 58* laetum cuncti celebremus honorem 43 *Verg. ecl. X 51* carmina pastoris Siculi modulabor avena. *de virg. 65* sed fidibus citharae moduletur carmina Christo. *Aethilwulfus XX 19* Et reciproca suo modulantur carmina regi *XV 26* Dulcisonae antiphonae modulantur carmina fuse *(codd.* carmine fusae *corr. Traube)* 44 *sqq. describitur, quomodo ceteri quoque dies festi per singulos menses et anni circulo celebrentur* 45 rotabunt = *cirumagentur; cf. Verg. X 362* saxa rotantia; annorum lustra rotabunt *(?) dictum videtur secundum Verg. I 283* lustris labentibus; *de circulo quinquenni non dicit* 46 *Aethilwulfus X 6* Nocturnos fratres sacris concentibus hymnos concelebrant *XIV 10* modulis culmen caeli concentibus ornant *XVIII 15* Ymnos et psalmos crebris concentibus odant. — *XV 26* Dulcisonae antiphonae 47 *carm. rhythm. I 127 sq.* Tum binis stantes classibus Celebramus concentibus Matutinam melodiam Ac synaxis psalmodiam . . *Aethilwulfus XV 24* classibus in geminis . . . Fratribus inmixtus psalmorum concinat *(L. Traube* concrepat*)* odas *cf. XX 14, XXI 23* 48 *(cf. v. 54. 58) Aethilwulfus XV 27* Ast lector melos voce articulata resultans 49 *Aethilwulfus XV 49* Atque domum gratulans *(L. Traube* quatitans*)* clamoso carmine complet 50 *sqq. His versibus constat, monasterium, cuius hic basilica describitur, fuisse et monachorum et monacharum, quale fuit etiam Eangythae, Eaburgae-Buggae (cf. ad v. 1) matris cf. Ep. Mer. I. 261, 26. Sed ne hac quidem re demonstrari potest, huius filiam hanc condidisse ecclesiam. — Aethilwulfus XV 30* Fratres concordi comitantur carmine patrem

Ymnos ac psalmos et responsoria festis
Congrua promamus subter testudine templi
Psalterii melos fantes modulamine crebro
Atque decem fidibus nitamur tendere liram,
Ut psalmista monet bis quinis psallere fibris;
Unusquisque novum comat cum voce sacellum
Et lector lectrixve volumina sacra revolvant!
Istam nempe diem, qua templi festa coruscant,
Nativitate sua sacravit virgo Maria,
Quam iugiter renovant Augusti tempora mensis,
Dividitur medio dum torrens Sextilis orbe;
Qui nobis iterum restaurat gaudia mentis,
Dum vicibus redeunt solemnia festa Mariae
Et veneranda piis flagrant altaria donis.
Haec domus interius resplendet luce serena,
Quam sol per vitreas illustret forte fenestras

52 Hỳnos ac salmos &res ponsoria fertis *A* 53 promemus *APVQuercet.*, promamus *Mai.* supter *P* 54 Salterii *A*, Psalteri *Quercet.* moderamine *A*, modulemini *P* 55 Atque ex *i. e.* Atque X *Quercet.* decim *PV* fidimus *V* lyram (y *ex* i m^1) *P* 56 salmista *A* 57 nouum *bis scr. V* dū uoces acellus *A* 58 lectrixne *V* * resoluā *A*, resoluat *cett.* 59 Ista nempa diem quo *A*, Istem nempe diem quo *Quercet.*, Istam nempe quo (*om.* diem) *PV* 61 Quem *A* renouant *om. Quercet.* agusti tempore *A*; *Giles dicit, hunc versum deesse in editis; sed habent eum et Quercetanus et A. Maius* 63 ñ obiterū *A* 64 reddeunt *A* sollemnia *P* 65 flagrent *APV*, flarent *Quercet.* 67 inlustret *APV*, inlustrat *Mai.*, illustrat *Giles*

53 *Verg. I 505* media e testudine templi *c. IV 6, 2* sacratum sarta testudine templum *Aethilwulfus XV 24 (= XX 30)* subter testudine templi 54 *Venant. Fort. c. IV 7, 15* organa psalterii cecinit *(Chalactericus)* modulamine dulci. *M.* 56 *Ps. 32, 2* Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite ei *cf. de virg. 68* chordas, quis psalmista pius psallebat cantibus olim 57 *Aethilwulfus XX 21* cantibus in crebris comunt et voce sacellum 59 *Aethilwulfus XIV 35* vel quacumque die cum templi festa coruscant 60 *Medio Augusto mense (= 15. Aug.) postea celebrabatur assumptio Mariae, non nativitas, cui octavus Septembris dies erat dicatus. Sergius papa (678—701) constituit (cf. Liber pontif. I p. 215 ed. Th. Momnsen)* ut diebus adnuntiationis domini, dormitionis et nativitatis sanctae dei genetricis semperque virginis . . letania exeat a Sancto Hadriano et ad sanctam Mariam populus occurrat; *uterque igitur dies tum celebrabatur. Beda in martyrologio poetico (opp. vol. V p. 605 M.) adsumptionem ad 15. Augustum refert (*Sancta Dei genetrix senas ter constat adire Angelicos vecta inter coetus virgo Kalendas), *in hymno in diem natalem scripto (opp. V p. 631 M.) de mensis die nihil dicit. Videmus igitur de festi die Aldhelmi temporibus nondum constitisse in ecclesia. Bene de hac re exposuit G. F. Browne, St. Aldhelm, his life and times p. 240 sq. Ab Aethilwulfo (c. XIV) in descriptione templi, quod sacratum est die assumptionis, ceterae quoque dies Mariae sacrae saeculi noni initio celebratae ita enumerantur, ut adsumptionem nativitas sequatur; Aldhelmi versum 60 ipse respexit versu 30* Sanctum cumque diem sacravit virgo Maria. — *de virg. 2782* Quintīlis ardens Sextīlis aut 63 *Aethilwulfus XIV 37* aurea dulcisonae restaurat munera mentis 65 *Verg. V 53* sollemnis ordine pompas exequerer strueremque suis altaria donis. *Aethilwulfus IX 3* munera mira parat: fumant altaria donis *XXII 72* flammigeris venerans *(L. Traube* vernant*)* altaria donis 66 *de virg. 500* pectora qui semper lustrabit luce serena *Verg. I 637* At domus interior regali spendida luxu 67 *sq. Beda hist. abbat. I 5 (p. 368 Plummer)* Misit legatarios Galliam (Benedictus *a. 675)*, qui vitri factores, artifices videlicet Brittanniis eatenus incognitos, ad cancellandas aecclesiae porticumque et caenaculorum eius fenestras adducerent. Factumque est, venerunt; nec solum opus postulatum compleverunt, sed et Anglorum ex eo gentem huiusmodi artificium nosse ac discere fecerunt. — *Vitreas fenestras ecclesiae Parisiacae commemorat Venant. Fort. II 10, 13. — Aethilwulfus XX 25 sq.* Quam sol per vitreas illustrans candidus oras Limpida praenitido diffundit lumina templo. *cf. XX 36* Limpida qui tribuant quadrato lumina templo.

Limpida quadrato diffundens lumina templo.
Plurima basilicae sunt ornamenta recentis:
Aurea contortis flavescunt pallia filis,
Quae sunt altaris sacri velamina pulchra,
Aureus atque calix gemmis fulgescit opertus,
Ut caelum rutilat stellis ardentibus aptum,
Ac lata argento constat fabricata patena:
Quae divina gerunt nostrae medicamina vitae;
Corpore nam Christi sacroque cruore nutrimur.
Hic crucis ex auro splendescit lamina fulvo
Argentique simul gemmis ornata metalla;
Hic quoque turibulum capitellis undique cinctum
Pendit de summo fumosa foramina pandens,
De quibus ambrosia spirabunt tura Sabaea,
Quando sacerdotes missas offerre iubentur.
Nunc clara ingenito dicatur gloria patri
Nec minus et genito promatur gloria nato
Spiritus atque sacer consorti laude fruatur!

---

68 Lrmpida *A*, Limphida *V* difundens *A* 69 Plurimo *V* basilicisunt *A* 70 uillis *Quercet.* 71 pulcra *V* 72 Aureos *(u ex o per ras.) A* adque *V* flauescit *A* 73 celum *A* *74 Sic *APV edd.* 75 medicamia *(a ex e) A* 77 lammina *P*, lumina *V* 78 ornatā &allo *A* 79 thuribulum *Quercet.* undiqu&inctū *V* 80 Pendit *AVQuercet.*, pendt *P*, pendet *Mai, Giles* fūmosa *V* 81 ambrosea *A*, ambrosia *PVQuercet.*, ambrosiam *Mai, Giles.* ambrosia *est n. pl. Corp. gl. V 439, 20.* spirabt̄ *A*, spirabant *P*, spirabn̄tur asabea *V* 82 iubent *A* 83 hc̄ *A* ingenio *Quercet.* 84 prumatur *A* 85 consorte *Quercet.* fruat̄ uoluunt̄ *A*

---

70 *aenigm. 55 (VI 4), 5* aurea dum fulvis flavescit bulla metallis *Aethilwulfus XXII 34* aurea cum gemmis flavescit lamina fulvis 72 *Aethilwulfus XIV 19 sq.* Aureus iste calix gemmis splendescit opertus Argentique nitens constat fabricatus in altis *(Traube* opellis*)*, *XX 53* Aureus ille calix, tetigi quem carmine dudum, Ac late *(*lata *Traube)* argento pulcre fabricata patena 73 *Verg. IV 482 (= VI 797 cf. XI 202)* axem umero torquet *(*Atlans*)* stellis ardentibus aptum. *Aethilwulfus XX 29* Ut caelum rutilat stellis fulgentibus 75 Quae = *calix et patena*: *Aethilwulfus XX 57* Munera quae nostrae servant medicamina vitae 77 *vide ad v. 70* 79 *sqq. Aethilwulfus XXII 69 sqq.* Omnibus his rutilo capitellis undique cinctum Turibulum pendet *(?)* fabricatum cominus auro, De quibus altithrono spirabant thura Tonanti 81 *Verg. I 416* centumque Sabaeo ture calent arae. *georg. I 57* molles sua tura Sabaei *(*mittunt*)* 83 *carm. rhythm. I 199 sq.* Doxa Deo ingenito Atque gnato progenito Simul cum sancto superna Flatu regente saecula. *Sedul. hymn. I 109* Gloria magna patri, semper tibi gloria nate, Cum sancto spiritu! Gloria magna patri! *Carmen a M. Hauptio opusc. I 296 editum v. 13 sqq.*

IV.
⟨IN DVODECIM APOSTOLORVM ARIS⟩.

I. IN SANCTI PETRI.

Hanc Petrus absidam sanctorum sorte coronat,
Claviger aethereus, qui portam pandit in aethra,
Ianitor aeternae recludens limina vitae;
Omnibus hic geminum digessit dogma per orbem,
Quod binis constat descriptum rite libellis,
Pectore qui patulo Christi praecepta capessunt.
Ut prius aequoreas captabat rete catervas
Linea squamigeris extendens vincula turmis,
Sic hominum cuneos mundi de gurgite raptos
Ducit ad aeternum caelesti remige regnum,
Ut sibi salvator vera cum voce spopondit,
Quando piscantem panda de puppe vocavit.
Qui ponti pedibus calcavit caerula glauci,
Sed mare mergentem tumidis non sorbuit undis,
Dextera dum Christi turgentia marmora pressit:
Cuius praestabat defunctis umbra medelam,
Dum sani rursus redeunt ad lumina vitae,
Quamvis ante nigrae lustrassent limina mortis.
Hic quoque poplitibus nec non et crure gemello
Claudum restaurat fretus virtute Tonantis
Et cito sanatis praecepit pergere plantis,

ITEM IN SCI PETRI *A (habet fol. 31v: 1—12. 33—36 et fol. 32r post 2, 30 versus 13—32.)* DE SCO PETRO PRINCIPE APOSTOLORU *S; versus 1—4. 35. 36 leguntur etiam in codice Remensi = Paris. 9347 saec. IX (R) et in codice Parisino 2773 saec. X cf. de Rossi Inscript. Christ. urbis Romae II 1, 257 et p. LII; cf. ad IV 1. In V adscriptum est:* Inter carmina Alcuini. A. Maius 1 *uncialibus scriptus in SV; item in ceteris carminibus;* Petrus porticum et hanc s. s. c. *Paris. R* 2 &herius — &hera *A*, aethereus (e *in* i m^2) *S*, aetherius . . in aethram *R*, &herus *s. l.* e *V* qui portam *codd.* portam qui *epist. ad Gerunt. p. 88, 5 G* in& ha *s. l.* r *V* 3 &erne *A*, &erna *V*, a&erna *P* 4 hoc *PV* gemina *Canis.* (limina *S*), lumina *Paris. R* geminęum *V* 6 capescunt *A*, capessant *Quercet.* 7 catabat rete *A*, raptabat *P*, recte *Quercet. Giles* 8 sunanigeris *A* 9 cuneus *A*, cuneo *V* 11 *sic* (sibi) *PV*, tibi *cett.* 12 piscante *A* vocabat *Quercet.* 14 hundis (h *delet.*) *A* 15 dexte dum *s. l.* ra m^1 *P* 16 medellam *APV*, medella *S* 17 Dum *s. l.* t m^2 *S* 18 ante *s. l.* m^1 *A* lumina *AV* quamuis iam nigrę (iam m^2 *inseruit*) *S* 19 nec noc gemello &crure *A* cruremello *s. l.* ge *V* 20 *et* 21 *una linea scripti P* 21 sanati.s. *S* plantas *V*

---

1 *vide ad c. I (Petri et Pauli bas.) 6* 3 *de virg. 108 sq.* pandit regnator Olimpi aulae caelestis valvas et limina vitae *571* Lucida perpetuae qui pandit limina vitae *1503* pulchraque perpetuae penetrantem limina vitae: *cf. Iuvencus IV 443* tetigisset limina vitae. *M.* 5 *Intelligendae sunt duae Petri epistolae* 7 *Matth. 4, 18 sqq. cf. IV, V 4* 8 *Sedul. IV 119* Linea claustra iacit 12 *Arator I 69* parva de puppe vocatus *M.* 13 *Matth. 14, 29 — cf. epist. ad Ehfridum:* caerula trans ponti glauca *et ibi adnotata; de virg. 423* Umida fluctivagi sacrantem caerula ponti *Sedul. II 222* vaga caerula ponti 16 *sq. act. apost. 5, 15. 9, 36 sqq.* 17 *prosa de virg. c. XLV* de inferni voragine reduxit ad lumina vitae; *de virg. 308* 18 *de virg. 2820 sq.* Quatenus ante diem, qui vitae lumina claudit, Nec non ante diem, qui mortis limina pandit 19 *act. apost. 4, 5. 10.* 20 *de virg. 1098* Merserat in pontum fretus virtute Tonantis

Quem prius ad templum gestabant forte propinqui.
Hic etiam binos multavit morte malignos,
Qui pretium fundi celarant fraude nefandum;
Insuper et magicum falsi fantasma Simonis
Funditus evacuans tetras detrusit in umbras
Romanum vulgus solvens errore vetusto,
Qui praecelsa rudis scandit fastigia turris
Atque coronatus lauri de fronde volavit,
Sed mox aethereas dimittens furcifer auras
Cernuus ad terram confractis ossibus ambro
Corruit, et Petro cessit victoria belli;
Qui cruce confixus gaudens tormenta luebat
Horrida crudelis passurus vulnera ferri;
Quem Deus aeternis ornatum iure triumphis
Arbiter omnipotens ad caeli culmina vexit.

II. IN SANCTI PAVLI.

Saulus, qui sanctas multavit carcere turbas,
Credulus efficitur mutato nomine Paulus,
Plurima frugiferis dispergens semina verbis.
De quo sacra seges mundi succrevit in occa;

. 22 gestabat — propinquus *Quercet.* 23 binus multauit *A*, mutauit *V*, mulctauit *Quercet.* 24 p̃ciũ celas̃ *A*, celarunt *PVQuercet.* 25 magi cum fanti *P*, fauti *V* 26 d&ruxit *A*, detrasit *s. l.* u *V* in *om. P* 29 Adque *A* coronati *s. l.* us *S* 30 &hereas demittens furcifera uras *A*, demittens *V*, ętheras (e *in* i m^2) dimittens furcifer *SP*, fructifer *Quercet. Giles* 31 ceruus *P* terrã *APV*, terras *S* confractib̨ ossibus ābro *A* ambo *Quercet. Giles* 32 bello *in mg.* rli m^2 *S* 33 cruci confixu (confixus) *A*, cruce confixus *S*, crucifixus *PV* 34 Orrida *V* 35 a&ernus *PV in P ante hoc verbum* omnipotes& *deletum.* 36 lumina *S*

[IV, II] ITEM IN SC̃I PAULI *A; habet versus hoc ordine 1—10. 31—33. 11—30. 34—36.* DE SC̃O PAULO APOSTOLO *S.* — *In codice Cantabrigiensi 1567 Gg 5, 35 saec. XI in monasterio S. Augustini Cantuariensi scripto (cf. praefat. carminis de virg.) post aenigmata Bonifatii (cf. PlaC I 15) leguntur versus hi:*

Saulus, qui sanctas conclusit carcere turbas,
Credulus efficitur mutato nomine Paulus.
Hic erat egregius doctor mundique magister = *de virg. 501*
Barbara conuertens doctrinis agmina sanctis, = *de virg. 502*
Plurima frugiferis dispergens semina uerbis;
De quo sacra seges mundi succreuit in occis [id est in satis],
Quem deus infidum caeli clamauit [uocauit] ab arce:
Quid me persequeris dura cum calce refragans [recalcitrans]?

Eidem versus Bonifatii aenigmata sequuntur etiam in Vaticano-Palatino 591 saec. XV cf. N. A. IV 99. 1 mulctauit *Quercet.* 3 plurimi *P* 4 sacre seges *A* succrescit in orbe *S*

---

25 *[act. apost. 8, 9 sqq.] Sulp. Sev. chron. II 28 s. f.* 27 *de virg. 1732* solvens errore vetusto *M.* 36 *de virg. 538* Secum felices *(Petrus)* ad caeli sidera vexit

[IV, II] 1 *prosa de virg. c. XXIV; vide ad c. I 13 et de virg. 487* quamvis iam dudum damnaret carcere taetro Membra catervarum servantum foedera Christi 3 *Alc. Avitus de virg. (c. VI) 401* Inde quater terni puris quod mentibus agni Egerunt toto spargentes semina mundo 4 *act. apost. 9, 4 sqq. 22, 7. 26, 14.* occa *ab Aldhelmo usurpatur simili sensu ac* 'terra arata, arvum', *cf. de virg. c. 38* fertilis coenobiorum seges et fecunda conversationis occa *XXXI* quatenus .. iugerum occa deperiret *carm. v. 225* qui segetum glumas et laeti caespitis occas Depopulare studet *cf. Napier Old engl. glosses n. 2359*

Quem Deus infidum caeli clamavit ab arce:
'Quid me persequeris dura cum calce refragans?'
Ergo diem ac noctem ponti sub gurgite mersus
Magna supernarum meruit spectacula rerum;
Tertia caelorum raptus fastigia scandit
Atque poli proceros vidit cum mente maniplos.
Quem pithonissa procax clamavit voce proterva:
Spiritus abscessit Paulo purgante puellam
In vacuasque procul fugiens evanuit auras.
Effebum puerum lustrantem tartara mortis
Suscitat in proprias anima penetrante medullas.
Nonne magum merito geminis fraudavit ocellis,
Cerneret ut numquam splendentem lumine Phoebum?
Cruribus atque suris claudum restaurat egrotum,
Quem fortuna prius gressu privavit egentem;
Sic patrem Pupli, quem febris torsit anhela,
(Torridus atque calor frigus brumale coquebat
Nec non extales multavit poena pudenda)
Curavit citius Domino tribuente medelam.
Dum sarmenta pius glomeraret Paulus ad ignem,
Torribus ut pellat brumosis frigora nimbis,
Vipera dira manum letali dente momordit;
Sed Paulus gelidum non sensit vulnere virus
Laedere nec sanctum valuit crudele venenum;
Denique squamosa contectum pelle celydrum
Protinus in flammas torrendum tradidit atras.

---

5 abarcae *P* 6 refragans *A*, calcere fragans *V*, calce fragans *P* 10 proceras *AP*, proceros *V*, proceres *S*, proceres — maniplas *Canis. cf. Corp. Gloss. IV 380, 24* procerus longus altus princeps. — cumente *V* 11 pithonissa *A (Amiatinus N. T:* puellam habentem spiritum pithonem*)*, phitonissa *PSV* 12 abscesit *A* purgante puella *P* 14 Effebum *ASVQuercet.*, ephebum *P*, Effoebum *S* m^2 *Canis.* 15 Suscitet *Quercet.* medullas *A* 16 *sic A* Non magnum *S (suprasc.* m^2 Voce*)*, Nonne magnum *PV (sed* n *eras., ut videtur)*, Nonne manum *Quercet.* 17 splendente *A* 18 ruris *A* clodum *AP* egrotum *(suppositis punctis deletum et suprasc.* egenum m^2*) S* 19 fortu///na *P* prius *Quercet.* gressu primauit *A*, priuauit amoena *S*, priuauat *P* 20 Sic patrē *APV*, Sicque *S* puplii — febri *A (Amiatinus N. T.:* Puplii*)*, pupli *PV*, publi *S*, populi *Quercet.Giles* anela *PV* 21 Torrd' adq. calor frig? bruma aquoqbat *A* frigus atque pbrumale *(sic* m^1*) P*, frigidus brumale *Quercet.* Torridus ut pellat *i. e. a versu* 21 *ad* 25 *propter* Torridus — Torribus *transitur;* atque calor *v.* 21 — Torribus *v.* 25 *excidit; in marg.* R m^2 *S* 22 multauit *APV*, multa poena *Quercet.Giles* pena *V* 23 medellam *P*, medella *V* 24 sar-menta pius *A* prius *Quercet.* 25 p///ellat brūmosis *A* brumisis frogora nimbis *(*b *ex* p*) V* nymbis *s. l.* i m^2 *S* 26 dura *A* lo&ali *AS*, la&ali *V* 29 celydrum *A*, cylidrum *S*, celidrum *PVQuercet.* 30 torrentū *S*

---

5 *de virg. 495* Quem pater ingeminans alta bis clamat ab arce 6 *act. apost. 9, 4 sq.* 7 *act. apost. 9, 8 sq.* 8 *Verg. georg. IV 3* admiranda tibi levium spectacula rerum; *de virg. 655* magna futurarum meruit spectacula rerum; *carm. eccles. IV 5, 14* rerum spectacula plura Crevit 9 *2 Corinth. 12, 2* 10 procĕros = egregios, supernos *cf. v. 35 et ad IX 9* 11 *act. apost. 16, 16 sqq.* 13 *Ovid. met. XIV 432* inque leves paulatim evanuit auras *M.* 14 *act. apost. 20, 9 sqq.* 16 *act. apost. 13, 8. 11* 18 *act. apost. 14, 7* 20 *act. apost. 28, 8* 21 *Sedul. III 33* Forte Petri validae torrebat lampadis aestu Febris anhela socrum ... Inmensusque calor frigus letale coquebat *M.; Lulli epist. (EM. I 384, 37)* dum me febris anhelae frigus et calor decoquerent *(Sedul. prosa III c. 4* gelidaeque mortis adventus nimia coquebatur flamma membrorum*)* 22 *versus hic circumscribit* dysenteriam: *acta apost. 28, 8* contigit autem patrem Publii febribus et dysenteria vexatum iacere 24 *sq. act. apost. 28, 3 sqq. Arator II 1156* pelleret ut Paulus crescentia frigora nimbis, contulerat sarmenta focis

Postquam complevit labentis tempora vitae,
Martirium rubro quaesivit sanguine sacrum
Purpureusque cruor venarum fonte cucurrit.
Ossa tegat tellus quamvis modo mole sepulcri,
Ast tamen in proceras conscendit spiritus arces
Coetibus angelicis nimbosa per aethera ductus.

III. IN SANCTI ANDREAE.

Hic simul Andreas templum tutabitur ara,
Petri germanus, qui quondam funera laetus
Horrida perpessus sancta cum carne pependit.
Quem Deus oceani lustrantem flustra phasello
Caelitus adscivit gradiens per litora ponti;
Protinus Andreas compunctus voce Tonantis
Credidit aeternum salvantem saecula regem
Pendula capturae contemnens retia spretae
Et dicto citius Christi praecepta facessit.
Quis numerare valet populosis oppida turbis,
Illius eloquio quae fana profana friabant
Credula pandentes regi praecordia Christo?
Nempe vicem Domino solvebat calce cruenta,

---

31 compleuit *PV* p̄sentis lauentis tempora *A* 32 Martirū *A*, martyrium *V* 34 tegat *bis in A (primum* te *per ligaturam)* molo *V* sepulchris *A*, sepulcheri *PS* 35 Ast — conscendit *A*, Ast tamen in *(suprasc. m²* hinc*)* p̧ceru̧s *(s. l.* e *m²)* conscendit *S*, Ast amen — conscendit *V*, Attamen — ascendit *PQuercet.* 36 caetibus *PS* nimbosa pera *s. l.* h *m¹ A* nymbosa *s. l.* o *S* ducit *Canis.*

[IV, III] IN SCI ANDREE *A*, DE SCO ANDREA *S; in R (cf. ad IV 1, 1) leguntur versus 1—3 et 14—16* 1 *sic A* templi — aram *PSV, sed cf. II 1; IV, IV 2. VI 2.* Andreas hic sanctus templi t. aram *R* 2 qo̊nda funera loetus *A*, loeti *RS*, funere lo&i *P*, funere loeti *S*, funera leti *ex aenigm. 67 (VI 7), 5*, funera lethi *Quercet.*, funera l&i *V* 3 sca /// carne *A*, sancta quoque carne *R*, sca carne *P*, sca cum carne *SV*, sacrata carne *Quercet. Giles* 4 ds a fani lustrante ocaeani *V* *frustra *APSV* phasellō *A*, phasella *P*, fasellum *V cf. tract. metr. p. 294, 5 G*, phasela *(o suprasc.) S* 5 littora *PV* pontis *V* 6 conpunctus *APV* 7 a&ernam *V* 8 contempnens *V* spr&a *P* 9 ticius *A* 10 numerosa *(suprasc.* are *m²) S* ualit *A* turmis *S* 11 qui *V* que, e *m² in ras. S* friabant *(sic) AV cf. de virg. 1541* Idola fracta frians; feriabant *P*, friabunt *(m²* fricabant*) S*, fricabant *Canis. et Quercet.* 12 credulas *V* 13 solebat *(u suprasc. m²) S*

---

31 *IV, VII 20* transacto praesentis tempore vitae 33 *Sedul. V 287* eque patenti Vulnere purpureus cruor et simul unda cucurrit *M.; de virg. 1750* Purpureusque cruor stellans de carne fluebat; *2778* Purpureusque cruor tenera de carne cucurrit *M.* 36 *vide ad c. III (ecclesia Buggae) 15. — de virg. 537* Coetibus angelicis *cf. v. 709. 1070. 1502*

[IV, III] 1 *IV, VIII 18* Cuius hoc templum sacrata tuebitur ara *et IX 14.* 2 *sq. IV, I 33* Qui cruce confixus gaudens tormenta luebat Horrida crudelis passurus vulnera ferri 4 *Matth. 4, 18; IV, XI 5* ponti flustra *de virg. 2336* cum vitreis . . flustris. 6 *Matth. 20. Marc. 18.* 7 *cf. ad c. II (in bas. Mariae) 14* 8 *Sedul. V 395* Pendula fluctivagam traxerunt retia praedam 9 *Verg. I 142* dicto citius *georg. IV 548* continuo matris praecepta facessit. *M. de virg. 1286* Interea iuvenis patris praecepta facessit 11 *cf. ad epist. ad Ehfrid init.* fanis colebantur . . in profanis *c. IV, IX 4 et Sedul. I 47* quid fana profana proderit . . damnare? *M. Alcuin de sanctis Eub. eccl. 192* ruit fani structura profani.

Dum crucis in patulo suspensus stipite martyr
Ultima mortalis clausit spiracula vitae
Purpureas sumens Christo regnante coronas.

IV. IN SANCTI IACOBI.

Hic quoque Iacobus cretus genitore vetusto
Dilubrum sancto defendit tegmine celsum;
Qui clamante pio ponti de margine Christo
Linquebat proprium panda cum puppe parentem.
Primitus Hispanas convertit dogmate gentes
Barbara divinis convertens agmina dictis,
Quae priscos dudum ritus et lurida fana
Daemonis horrendi decepta fraude colebant.
Plurima hic praesul patravit signa stupendus,
Quae nunc in cartis scribuntur rite quadratis.
Hunc trux Herodes, regni tetrarcha, tyrannus
Percussum machera crudeli morte necavit,
Sed pater excelsus, qui sanctos iure triumphat,
Vexit in aethereas meritis fulgentibus arces.

V. IN SANCTI IOHANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE.

Nec minus interea glomeretur virgo Iohannes,
Quem germana simul iunxit concordia Christo,
Dum pandam vetulo liquit cum patre carinam

---

14 patibula *(corr. m²* patulo*)* *S* suspenusti pite matyr *A* spstipite *P* 16 Purporeas *AV* xp̃i *P*, xp̄ω *S* coronax *(s suprasc. m²) A*

[IV, IV] ITEM IN SCI IACOBI *A*, DE SCO IACOBO FRATRE IOHANN̄ *S* 1 cr&as — u&ustŏ *A* *bis scripsit versum primum (maiusc. rusticis), semel in fine prioris, semel in initio insequentis paginae V* *v.* 2 *deest in A* dilubrum sc̃m *PV* 3 damante *V* xp̄ω *S* 4 proprum *(i suprasc. m¹) P* pando *PV* 5 Hyspanas — docmate gentis *A* 6 acmina *A* 7 Qui — uana *(suprasc.* fana *m²) S* 8 Demonis *AP*, Doemonis *V* 9 Plurima hic *(sic) APSV cf. de virg. 542,* Plurima sic *Giles* stupendus *APV*, stupendi *(a supra* i *m²) S*, stupenda *edd.* 10 Quas nunc — cartis *A* incartis *PV* 11 herodis .. tetharcha tyrannos *A* tetharca *V* 13 S& pater — que sc̃os rire truphat *A* Sed *PV* Quem *S* 14 aethereas *ult.* e *in* i *m² S* fulgeltib; *A*

[IV, V] IN SCI JOh Ap̃ ET EUG̃ *A; leguntur in A versus hoc ordine 1—4. 10—19. 5—9. etiam in PV: 1—4. 10—19, sed 5—9 desunt.* DE JOHANNE APOSTOLO ET EUANGELISTA *S* 1 glomeratur *PGiles* ioh̃s *A*, iohannis *P* 2 xp̄ω *S* 3 liquid *APV*

---

14 *Sedul. V 182* Protinus in patuli suspensus culmine ligni. *M. de virg. 1117* Tunc crucis in patulum coguntur scandere robur. *de virg. 452* Dum crucis in patulo suspensum stipite poenas Cogeret .. ferre. *1318* Dum pius in patulum dignatur scandere lignum. *aenigm. 76 (IV 15), 6* Stipite de patulo dum scanderet arbiter orbis 16 *de virg. 2904* Christo regnante per aethram *1244* rubras sumpserunt morte coronas *1121* Exin martirii sumpserunt serta cruenta

[IV, IV] 3 *Matth. 4, 21. 22* 4 *IV, I 12* piscantem panda de puppe vocavit *IV, V 3* 8 *IV, VIII 13* Idola quae dudum decepta fraude colebat 10 = *libris in pergamena scriptis cf. IV, V 16; de virg. 1627* quos nunc sacratis describit littera cartis 13 *de virg. 1960* Sed Deus, insontes qui semper iure triumphat *v. 2261* Sed Deus ex alto, qui sanctos iure triumphat *Alcuinus vita Wilibrordi c. XXXIV 49, 6 (PlaC I 219)* Sed Deus omnipotens, sanctos qui iure triumphat.

[IV, V] 1 *Verg. georg. II 429* nec minus interea *M.* = *Prudentius psychom. 467* 3 *cf. IV, IV 4. Matth. 4, 21. 22*

Retibus aequoreas claudentem marmore praedas;
Qui prius algosis verrebat caerula remis
Piscibus insidias nectens sub gurgite ponti;
Sed clamante Deo luctantes litore limphas
Retiferamque ratem caro cum fratre relinquit
Et Dominum sequitur, caeli qui regnat in arce.
Hic fuit egregius Christi regnantis alumnus,
Omnibus anterior, magno dilectus amore;
Quem rex extorrem, Romae qui regna regebat,
Trusit in exilium cumba trans caerula vectum,
Exul qua positus rerum spectacula plura
Crevit in extasi caelesti numine fretus,
Quae modo membranis per mundum scripta leguntur.
Pausat in Effeso praefatus corpore praesul
Praemia sumpturus, cum clanget classica salpix,
Ultima dum priscis labuntur tempora saeclis.

VI. IN SANCTI THOMAE APOSTOLI.

Hic Thomas, Didymus nomen sortitus Achivum,
Servat sacratum sarta testudine templum,
Vulnera qui tangens crudeli cuspide gesta

---

4 claudente *P* mormore *V* 5 p⁹ algosis *s. l.* o — remis *s. l.* o *S* post algosis — remis *Canis.* prius .. uerebat *Quercet.* 5—9 *om. VP* 7 S& — litore limphans *A* 8 relinquid *A* nauem *Quercet.* (ratem *AS*) 12 rome *AV* 13 Terrusit *V* cumba trans cerula nectu̇ *A* cymba *PV* turba *(corr.* cumba*)* per cerula *S* 14 Exsul *V* 15 extasin *del.* n *S* celesti — fletus *(*l *in* r *m²) A* munere fretus *S* 16 Quemodo *AP* 17 in effesum *A*, in epheso *PV*, in effeso *S*, pausatque effoeto *Quercet. (Giles)*, *Bertin:* pausatque epheso. 18 sumturus — claśica salpix *A* salpinx *P*, salpin *Canis.* (salpix *SV)*

[IV, VI] IN SCI THOMĘ APOSTOLI *A; desunt versus 22—25.* DE THOMA QUI DICITUR DIDIMUS *S* 1 dydimus — achium *A* dydymus *P* NOSTRUM *(s. l.* men *m²) S* 2 sacra *A* sarta *PV* templi *S* 3 cuspite *V corr. m² S* iesta *A*

---

5 *Verg. III 208* caerula verrunt *VI 320* remis vada livida verrunt *M.* 6 *Iuvenc. I 425 sq.* sinuosa volumina lini, Piscibus insidias, disponere marmoris undis *M.* 9 *de virg. 1587* Dominum, caeli qui regnat in arce, .. pulsemus. *cf. 1393. 2287* 10 *cf. de virg. 460 sqq.* 12 *de virg. 1123* qui Romae regna regebat *1779* qui mundi regna regebant = *2201. Notatur Domitianus cf. Euseb.-Rufinus h. e. III 18, 1* 14 *cf. ad IV, II 8* 15 *de virg. 2324* ambas trudebant divino numine fretas 17 *Eusebius-Rufinus hist. eccl. III 31, 3 (ex Polycratis epist. ad Victorem)* magna lumina in Asiae partibus dormierunt, quae resuscitabit dominus in novissimo die adventus sui, cum veniet in gloria et requiret omnes sanctos suos ... et Iohannes ille, qui supra pectus domini recumbebat .. apud Ephesum dormit *(ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται).* — in Effeso: *cf. de virg. 2051* in Roma = *2352* 18 *IV, VI 24 sq.* — *de virg. 1549* et salpix classica clangit *2459* et clangit classica salpix *280* Dum salpix crepat et clangit vox clara tubarum

[IV, VI] 1 *Iohannes ev. 20, 24 sqq. de virg. c. XXIV* Didymus, quondam dominicae resurrectionis incredulus negator, sed visis vulnerum cicatricibus credulus praedicator, qui Eoae tripertitas Indiae provincias sereno evangelicae praedicationis lumine illustravit et execranda sacellorum lustramenta et inepta pontificum flaminia funditus evacuavit ... *Nominativo nominis in hac constructione utitur Aldhelmus cf. IV, IX 6 sq. et de virg. 540* 2 *Acthilwulfus XIV 22* Plumbea sarta tegunt caesae .. culmina summae

Credidit extemplo salvantem saecla monarchum,
Quamvis ante foret sociis incredulus almis
Atque fidem dubio gestaret corde sinistram,
Dum chaos inferni surgens de morte redemptor
Linqueret abstrusum vasta comitante caterva;
Sed mox ambiguum convertit rubra cicatrix
Discipulo palpante trucis vulnuscula ferri,
Dum foribus clausis, trepidans qua turba latebat,
Pacifer intraret Christus salvator in aulam.
Hunc igitur soboles misit veneranda Tonantis
Eoas gentes almis convertere biblis
Plurima magnificis patrantem signa triumphis.
India tum sacris coluit simulacra nefandis
Doctrinis veterum stolidis instructa parentum,
Sed confessa fidem Thoma lucrante salutem
Credidit in Christum, caeli qui sceptra gubernat.
Denique transacto praesentis tempore vitae
Protinus aethereum Thomas lustravit Olimpum;
Quem fani flamen veteris cultorque sacelli
Sanguine rorantem rigido transverberat ense
Praemia sumpturum, cum tellus sponte dehiscet
Omnia de priscis et surgent corpora tumbis.

VII. IN SANCTI IACOBI APOSTOLI.

Nec non Iacobus Christi matertera cretus
Et consobrini felici nomine fretus

---

4 exemplo *V* saluante *A*, saluantē secula monarcham *(suprasc. v) V* monarcham *Canis.* 5 is credulus *S* alnis *A* 7 chaus *V* 8 abtrusum *(s suprasc. m²) S*, obstrusum *Quercet.* 10 crucis uulnuscula *om.* ferri *A;* palpanti trucis *Quercet.* 12 intrauit *S* $\overline{\text{XPC}}$ *S* 13 nunc *PV* sŏ̄boles *S* tonandtis *V* 14 Eas *V* billis *Quercet.* 15 magnifica — signat *P* patrante *A* 16 simulachra *Quercet.* 17 Docerinis *(sed* nis *lineis deletum) A* 18 confusa fide *Quercet.* fide — sal///utem *A* lucrantem *P* 19 Credid///it *A* in *supra lin. add. V* celique septra *V* 21 &hereū *A*, aetereum *(-ium m²) SP* thoma *PV* olimphū *A* 23 rigida *Quercet.* 24 deisc& *V* 25 turbis *(corr. m²) S*

[IV, VII] IN SC̃I IACOBI · APOSTOLI *A*, *in quo inter VI et VII leguntur versus* IN SC̃I MATHIE APOSTOLI. — DE IACOBO FILIO ALPHEI *S* 2 consobrinus *AV*, consobrini fretus nomine felici, *sed signis supra positis rectus ordo indicatur cf. IX 14 S*

---

4 *cf. ad c. II (bas. Mar.) 14* 5 *Iohannes ev. 20, 27* 8 *Verg. II 40* magna comitante caterva *Dracont. de laud. dei II 554* redit almus ab umbris Rex reducum vitae magna comitante caterva *Sedul. pasch. carm. IV 32* comitante caterva *ib. 236* magna stipante caterva = *Verg. I 497 cf. ad PlaC I 370, 15. II 16, 4. IV 405, 31. de virg. 1957* densa comitante caterva 11 *Iohannes ev. 20, 26.* — *Sedul. V 376* Cum foribus clausis resideret turba fidelis 13 *Iuvenc. IV 672* suboles veneranda Tonantis *M.* 14 *IV, VIII 12* Inde Asiam properat sanctis convertere biblis 19 *de virg. 1173* Credidit altithronum, caeli qui sceptra gubernat; *1588* mundi dum sceptra gubernat. — *Beda vita Cuthberti c. XXII 21* regni qui sceptra gubernat *M.* 20 *Paulin. Petricord. vita Martini V 474* praesentis tempore vitae *M.* 21 *Verg. VI 579* ad aetherium caeli — Olympum *M.* 23 *Verg. XI 8* rorantis sanguine cristas *XII 304* rigido latus ense ferit *M.* 24 *Verg. VI 24* tellus . . ima dehiscat *M.* 25 *de virg. 278* Omnia de nigris cum surgent corpora bustis Clausae per campos et tumbae sponte patescent. *1248* cum tellus sponte dehiscit Et genus humanum tumbis emerserit atris

Hanc aedem Domini de summo servat Olimpo;
Quem plebs Iudaea scaevo bachante tumultu
Pulsum de pinna fullonis sude necavit,
Quod Christum populis scandens fastigia templi
Concionaretur crebro sermone sacerdos.
In cuius genibus cutis callosa refertur,
Dum crebris vicibus oraret voce Tonantem
Poplitibus flexis tundens pavimenta sacelli.
Lanea villosi sprevit velamina pepli
Linea brumosis sumens mantilia flabris;
Sic quoque flagrantem contempnens corpore nardum
Thermarum penitus neglexit pectore pompas;
Non cirros capitis ferrata forfice dempsit
Nec culter malas vestis lanugine rasit.
Cuius virtutum tanta praeconia constant,
Ut vindicta necis, quam dira morte luebat,
Interitus fieret Solimae populique ruina,
Dum Titus Caesar densa comitante caterva
Cum genitore simul Romanis arcibus orto
Urbem ferriferis vallarent milibus amplam,
Donec dira fames consumpsit strage catervas
Moenibus obstructas et muri carcere saeptas.
Tempore quo tenerum mactavit femina natum,
Insuper assandum veribus transfixit acutis;
Quem coctum laribus crudelis mater edebat

---

3 ędem . . . seruato lympho *A* 4 sceuo *APV*, saeuo *S* bachante *ASV*, bacchante *P* tumulta *V* 5 *sic PV* rude *A* fuste *S. Quercet. (et Canis.)* 7 Gantionaretur — sacerdos[v2] *A* Continuar&ur *S*, Concinnar&ur *V* 8 *sic APV* cuius[pellis] *S*, pellis *Canis. Quercet.* 9 crebris uocibus *P*, vicibus crebris *S (iuxta v. 10 in S: ẓ; eadem nota iuxta v. 16 et v. 20)* 10 sacellis *A* 11 Linea *A* villosis — peplis *AP*, Lanea uillosis — plebis *V* 13 fragrantem *Canis. cf. L. Traube PlaC III 161* contenpnens *V* 14 poenitus *V* necglescit *A* pompam *Quercet.* 15 Nec cyrros *V*, cirpos *P* ferrata *om. A* forfice *APS*, forcipe *V* demsit *A* 16 Nec aliter *S (Canis. coni.* Non a.*)* uestes *A* malauestes *V*, malabestis *(u supra* b *m*[1]*?) P (*Nec culter malas vestis l. r. *recte Quercet.)* 17 constat *A* 18 nescis *V* qua *A* 19 solimi *A*, solymę *P*, solimę *V*, solimae *S* 20 comitate *suprasc.* n *V* 22 ferieris *suprasc. super* i *altero* e *A* vallarent *APV versus 22 ante 21 et v. 22* uallaret *S* = *Canis., sic etiam Quercet.* 23 dirafa consumpsit trage *A* dirifames *V* 24 abstructas *AV*, iam structas *P* septus *A*, septis *V* 25 quo *s. l. m*[2] *S* femina tum *P* 26 verubus *Canis. Quercet.*, veribus *codd.* 27 actum *suprasc.* co *V*

---

4 *de virg. 1414* vasto crepitante tumultu = *2243. 2389. Euseb. Ruf. h. e. II 23, 10* perturbatio erat Iudaeorum 5 *Eusebius-Rufinus h. e. II 23, 12* statuerunt *(Iacobum)* supra pinnam templi .. *§ 16* et praecipitaverunt .. *§ 18* et unus ex ipsis fullo arrepto fuste .. cerebro eius inlisit 8 *ibid. § 6* neque enim laneo utebatur indumento sed tantum sindone. solus ingrediebatur templum et iacebat super genua sua .. ita ut orando callos faceret in genibus .. *§ 5* ferrum in caput eius non ascendit, oleo non est perunctus, balneis non est usus 10 *epist. ad Acirc. p. 327, 1 G.* subnixis precibus satagens velut flexis genuum poplitibus suppliciter imploro; *Bonifat. Epist. Merov. I 234, 11* subnixis precibus et flexis poplitibus vestram fraternitatem adiurantes suppliciter efflagitamus *Alcuin de sanct. eccl. Eub. 252* deumque potentem Poplitibus flexis .. adorat 16 vestis barba *Corp. gloss. V 400, 44. 489, 23* 18 *Euseb.-Rufinus l. l. § 20* 20 *cf. ad IV, VI 8* 21 *Suet. vita Vesp. c. 2* Vespasianus natus est in Sabinis ultra Reate vico modico, cui nomen est Phalacrine *Suet. vita Titi c. 2 (Titus)* natus est .. prope Septizonium sordidis aedibus 27 laribus = *igne. — Hegesippus bell. Iud. V c. XL*

Humanae penitus naturae iura resolvens:
Horresco referens effebi funus acerbum.
Sic vindicta crucis multavit clade nefandos,
Sic quoque Iacobi multavit passio sontes!
Undecies centena simul cecidisse leguntur
Milia per miseram moribundis civibus urbem;
Insuper et centum venduntur milia passim,
Quos rigidus ferri neglectos mucro reliquit
Et famis exigua fugerunt funera stipe.

VIII. IN SANCTI PHILIPPI.

Hic quoque commemorat metrorum comma Philippum,
Quem pius aethrali ditavit gratia Christus;
Barbara qui docuit doctrinis agmina sacris
Credere per Scithiam salvantem saecula Christum,
Qui dudum tetra torpebant mortis in umbra
Auctorem lucis tenebroso corde negantes
Atque creaturae famulantes ordine verso,
Donec apostolicam hauserunt aure loquelam.
Limpida perpetui cernentes lumina Phoebi
Omnes certatim merguntur gurgite sacro
Flagitium sceleris purgantes fonte lavacri.
Inde Asiam properat sanctis convertere biblis,
Idola quae dudum decepta fraude colebat,
Credula sed citius pandit praecordia Christo,
Splendida discipuli dum fantis verba capessit.
Sic felix Asiae convertit dogmate regnum,

---

28 iuare soluens *V* 29 refferens *AV* ef/ebi *(f in* p, *supra ras.* h, *infra* o *m²) S* fumus *PV* aceruum *APV* 30 cum dicta *P* nefandus *A* claude *(u eras.) V* *versus* 31 *hic omissus in A legitur post v. 36*: iabi *(co suprasc. m¹)* mulcauit *A* *v.* 31 multauit *PSV; Quercet. v.* 30 mulctauit *v.* 31 multauit 31 sontis *V* 32 leguntur cecidisse *V* 33 misseram *A* 34 miljs̄ *A* 35 rigitus *(rigibus Quercet.)* — *negylectus *A*, neglectus *PSV* = *Canis. et Quercet.* muchro reliquid *V* reliquit t *ex* d *P* 36 famix — figerunt — stippe *A* fugerunt *PV* stirpe *P* fuerunt *(in marg. m²* perier̄*)* funera stipe *(suprasc.* r *m²) S* perierunt *Canis. Quercet.*

[IV, VIII] IN SC̄I PHILIPPI *A*, ITEM DE PHILIPPO APOSTOLO XP̄I *S* 1 comemorat — coma philiphū *A* coma *V* 2 prius *V* xp̄c *S* 3 sagris *A* 4 scitiam *V* scithiam saluante sęcula xp̄s *P* scithiam *m¹* schitiam *m²* *S*, scientiam *V* 5 tetras turpebant *A* 8 Donem *V* auserunt *APV* exhauserunt *Giles* loquella *A*, loquellam *S* 9 Limphida *V* 10 sagra *A* 11 Fastigium *A* purgante *V* lauacra *(a in* i *m²) S* 13 Idolaq; *A* 14 Sedula *(al.* Credula*) Quercet.* cicius *A*, citius *PV*, potius *S* x̄p̄ī *S* 15 discipulo *P*, discipulidum: *m¹* discipulis, *sed* s *in* d *mut. m¹ A* capescit *A* 16 asia — docmate *A*

---

28 *Verg. IV 27* aut tua iura resolvo *M.*; *de virg. 1238 = 1920* naturae iura resolvens, *aenigm. 44 (V 10) 6* penitus n. i. resolvam 29 *Verg. II 204* Horresco referens *M.*; *Hegesipp. l. l.* Quid adoriar dicere factum Mariae, quod cuiusvis barbari atque impii mens perhorreat. 33 *Hieronymus chronicon s. a. Abr. 2086* Iosephus vero scribit undecies centena milia fame et gladio perisse et alia C milia captivorum publice venundata

[IV, VIII] 4 *cf. ad II (basil. Mar.) 14* 5 *psalm. 87, 7* in tenebrosis et in umbra mortis *cf. 106, 10. 14* 6 *de virg. v. 851* dominum lucis tenebroso corde negabant. *Prudent. apoth. 127* corde tenebroso *M.* 10 *III 28* Dum mergi meruit baptisme gurgite 12 *IV, VI 14* 13 *IV, IX 3.*

In qua post obitum fatali sorte quiescit;
Cuius hoc templum sacrata tuebitur ara.

IX. IN SANCTI BARTHOLOMEI.

Ultima terrarum praepollens India constat,
Quas tres in partes librorum scripta sequestrant.
Idola quae coluit paganis dedita sacris;
Sed Bartholomeus destruxit fana profana
Effigies veterum confringens iure deorum;
Ebrea quem clamat peregrinis lingua loquelis
'Proles suspendentis aquas in nubibus atris,'
Quod signat procerum 'caelestis' dogma 'profundi,'
Umida nimbosis dum stillant aethera guttis,
Ut quondam cecinit psalmorum carmine vates:
'Ecce, latex rorat tenebrosus nubibus aeris.'
Post haec martirii mercatur serta cruenta
Et sequitur Dominum pictus cum stigmate Christi;
Cuius hoc templum veneranda tuebitur ara.

X. IN SANCTI MATHEI.

Matheus egregium describens dogma salutis
Ebrea per simplum digessit dicta libellum
Plurima sanctificis narrans miracula scedis,

---

17 fatalis forte *A* abitum fatali forte *Canis.* 18 arca *S*, ara *(al.* arca*) Quercet.*

[IV, IX] IN SCI BARTHOLOMEI *A*, DE BARTHOLOMEO APOSTOLO *S* 1 ꝑpolens *(add. 1 m²) A* 2 *Quam *codd.* Quam in tres *Quercet.* sequestran *A* 3 paginis *AP* dedit asacris *A* 4 distrůxit fana profana *A* lurida fana *PSV ex IV, IV 7* 5 confringes *suprasc.* n *V* 6 ębrea *P*, Hebrea *S* loquellis *A*, loquellis *S* 7 Prolesuspendentis *V* 8 Umidanim bosisoum *A* Humida nymbosis *S* 9. 8: *hoc ordine A;* 8. 9 *PSV* 9 Quod *APV*, Quem *S*, Quot *coni. Quercet. (*Quem *Bertin.)* precerum *V* celesti *A* dona *Quercet.* 10 quondatcecinit *V* salmorum *A* 11 *roratenebrosis *A*, tenebrosis *codd.* tenebrosus *legendum propter ps. 17, 12* tenebrosa aqua rotat *V* 12 martirii — festa *A* martyrii *V* mercatu sarta *P* 13 constigmate *A* pictis cumstigmate xp̄i *P* pictis, *supra* i m^2 u *S* pictus in stigmate *Canis.* cum *al.* in *Quercet.* 14 Cuius hoc ueneranda templum tuebitur ara *S, sed notis suprapositis rectus ordo indicatur, ut VII, 2;* arca *coni. Canis.*

[IV, X] IN AULA SCI MATHEI *A*, DE MATHEO APŁO ET EUANGELISTA *S* 1 Matheus *AP* MATEUS *V* togma *(*t *in* d m^2*) A* 2 aebrea *P* degessit *Quercet.* 3 mirificis *S*, sanctificis *cett.* mirificis *Quercet.* saedis *AP*, scedis *SV (*schedis *voluit Canis.)*, saeclis *Quercet.*

---

18 *IV, III 1. IX 14. Verg. II 523* haec ara tuebitur omnes *M.*

[IV, IX] 2 *circumscribit hic versus quod et IV, X 4 et alibi Aldhelmo est* mundus, orbis triquadrus *vel* tripertitus *cf. ad IV, X 4* 3 *IV, VIII 13* 4 *cf. ad IV, III 11* 6 *sq. Hieronymus interpret. nom. hebr. (ed. Lagarde p. 60, 20 = III p. 883, 4 M):* Bartholomaeus filius suspendentis aquas vel me; Syrum est *(Aldh.* peregrinis loquelis*),* non Hebraeum 7 *Verg. IV 248* nubibus atris 9 procerum dogma = egregium dogma *carm. insequ. v. 1 vel* dogma supernum *cf. IV, II 10* 11 *psalm. 17, 12* tenebrosa aqua in nubibus aeris: *hic locus ad solum versum 8 referendus est.* 12 *de virg. 1121* Exin martirii sumpserunt serta cruenta *1444* Post haec martirii mercantur serta cruenta *1766* Post haec martirii mercatur sanguine sertam *2341* Ambae martirii mercantes serta cruenti 13 *IV, VIII 18.*

[IV, X] 2 *Hieron. de viris illustr. III:* Matthaeus . . euangelium Christi hebraeis litteris verbisque composuit *cf. praefat. in evang. Matthaei (VII 18 M)*

Quae modo per mundum divulgant scripta triquadrum;
Quem Fison fluvius paradisi fonte redundans
Mire portendit pandens misteria rerum:
Fontis designat salvator iure figuram,
De quo quadrifluis decurrunt flumina rivis:
Quattuor ut quondam nascentis origine saecli
Limpida per latum fluxerunt flumina mundum,
Quae rubros flores et prata virentia glebis
Gurgitibus puris et glauco rore rigabant,
Sic doctrina Dei fluxit de fonte quaterno
Arida divinis irrorans corda scatebris.
Hanc scriptor verax expressit Matheus olim
Quemque profeta Dei sacro spiramine plenus
Humana specie vidit signarier olim,
Quod Christi patres et avos numeraret avorum,
E quis salvator nostrae cunabula sarcis
Sumpserat in mundo scelerata piacula demens.

---

4 deuulgant *A* 5 fyson *A*, phison *PV*, fison *S* paradysi, *in marg.* ℔ *S* 6 Mire *APV* Tropica *S Quercet.* misteria *APV* protendit *V* 8 quadriflui *A*, quadrifuis *V* 9 Quatuor *V* saeclis *S*, sedi *V* 11 pirata *P* 12 Puris gurgitis & rore rigabant i *supra* g; *om.* glauco *A* rigabant *P* *sed praecedit initium litterae* 13 examine quaterno *A* de fonte *PSV Quercet.* inrorans *PV* 15 matheus *APS* *in marg.* proh&a *A* mattheus *V* 16 Queque ꝑf&a dī *A* 17 speciae . . signamer *A* 18 patris *V* 19 E queis *Quercet.* nostrā cunabula sacri *A* nostrae — sarci *PV* nostrae — sarcis *in marg.* carnis *S* Saluator noster — sacri *Quercet. Giles* 20 clemens *S* sacrata *(al.* scelerata*)* piacula clemens *Quercet.*

---

4 mundum triquadrum *Aldhelmus dixit ut Orosius et Auctor incertus faminum Hispericorum (ed. Stowasser Vindob. 1887 cf. ed. Jenkinson p. 93) 4, 6 cf. ad prosam de virg. c. XVIII. — de virg. 1632* Quae nunc per mundum scribuntur rite quadratum; *Alcuin. de sanctis Eub. eccl. 288* quae modo per mundum chartis inscripta leguntur 5 *Secundum eandem interpretationem typicam Iohannes prosa de virg. c. VII* quartus paradisi gurges *dicitur* 6 *de virg. 1630* Dicta rependebat pandens misteria rerum; *Iuvenc. I 8* aeternae pandens mysteria vitae. *M.* 7 *sqq. Ambrosius liber de paradiso c. III cf. etiam Sedul. III 170 sqq.* 9 *de virg. 744* mundi nascentis origo = *aenigm. 76 (IV 15), 1* 16 *Ezech. 1, 10. — Sedul. II 176* sacro spiramine plenum *M.; de virg. praef. 25* quem clamant sacro spiramine vates; *v. 396* Iohannes . . sacro spiramine plenus. *M.* 17 *Hieronymus in Ezech. I p. 10 V. (V 22 M.)* Quidam quatuor Euangelia, quos nos quoque in prooemio commentariorum Matthaei *(= comm. in ev. Matth. prol. = VII 19 M:* Prima hominis facies Matthaeum significat, qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis *et q. s.)* secuti sumus, horum animalium putant nominibus designari: Matthaei, quod quasi hominem descripserit: Liber generationis, filii David, filii Abraham. *cf. Hieron. adv. Iovin. I 26 et prosa de virg. c. XXII et XXIIII. Sedulius III 173 sqq.* Qualiter ex uno paradisi fonte leguntur Quatuor insignes procedere cursibus amnes, Ex quibus in totum sparguntur flumina mundum. *Florus II 13 sqq. (PlaC II 516)* Quattuor haec uno cecinerunt ore beati *(sc.* euangelistae*)*, Quattuor ut surgunt paradisi flumina fonte, Quae cunctum largo fecundant gurgite mundum 18 *Verg. georg. IV 209* et avi numerantur avorum = *Sedul. I 311. M. cf. carm. de virg. 650* 19 *sq. Sedul. I 353* humanam dignatus sumere formam; *II 43* verbum caro factum = *Ioh. ev. 1, 14. — de virg. 507* et nostrae sumpsit cunabula sarcis. *1636 sq.* Ex quo Salvator nostrae cunabula carnis Sumpserat in terris emundans crimina saecli. *1709* crucifixus scelerata piacula dempsit

XI. IN SANCTI SIMONIS ZELOTAE.

Simon Zelotes necnon Cananeus idem,
Inter apostolicos Petri cognomine functus;
Coetus qui docuit gentiles dogma supernum,
Ut celsum peterent caelesti tramite regnum;
Cuius in hac aula sacra conservabitur ara,
Dum polus et tellus ac ponti flustra fatescant,
Donec supremis scintillent saecla favillis
Et mundi moles montes collesque liquescant
Atque creaturae cerarum fluxus adinstar
Machina succumbat flamma crepitante per orbem.

XII. IN SANCTI THADDEI.

Supremus numerum concludat Thaddeus almum,
Cui cognomen erat praedictum Libbeus olim;
Quem duxisse ferunt Christi cum grammate scedam
Abgaro, quondam qui regni sceptra regebat,
Postquam Tartareum damnavit morte tyrannum
Et tetris herebi gaudens emersit ab antris,
Exin sidereum Christus conscendit Olimpum.
Dicitur hic etiam vulgato nomine Iudas;
Cuius praesenti laudes celebrantur in aula.
Qui nobis unum facundo famine biblum
Edidit antiquas promulgans ore loquelas,
Quas Enoch prisco descripsit tempore vates,
Ante rapax mundum quam pontus plecteret undis,

[IV, XI] IN SCI SYMONIS · ZELOTES *A* DE SYMONE ZELOTE APŁO *S* 1 Symon *PS* Chananeus *P* zelotis *PV* 2 functus *APV*, fretus *S ex VII 2*, functus *al.* fretus *Quercet.* 3 Coetos *(suprasc.* v *m²) S* 5 *sic PV* sacre conseruatur ara *A* seruabitur *S Quercet.* *6 Cum *codd. et edd.* fatiscunt *A*, fatescunt *PV*, fatescunt *(*e *in* i *mut. m²) S*, fatiscant *Quercet.* 7 supp̄mi scentilent sacla nauillis *A* secla *supra lin. V* suppremis *PV* 8 liquescunt *AV*, liquescunt *(suprasc.* a *m²) S* 9 cerarum *S* 10 Succumb& *AV*, succumbit///// *(suprasc.* a *m²) S*, subcumbat *Quercet.*

[IV, XII] IN SCI ··· TATDEI *ante 1—7; sed praecedunt versus 8—26 (versus 27 hic deest cf. ad v. 25) hoc titulo* IN SCI IUDE APOSTOLI *A;* DE IUDA APŁO QVI ET LEBBEUS CVI NOMEN EST TATHEUS *S* 1 Suppremus *P* nūmerum — tatdeus *A*, thatheus *P*, TATHEUS *S*, THADEUS *V*, conclaudat tatdeus *Quercet.* 2 p̄dictū libbeus *(*eu *ex* &*) A* cuius — predictus *P*, Cui — predictus *V* erat. libeus *suprasc.* prę̄clarū *et supra* libeus *add.* b *m² S*, praeclarum *Canis.*, praeclarum Bibleus *(*Libbeus *Bert.) Quercet.*, ibbeus *V* 3 ferant *A*, fertur[vnt²] *S* xp̄i cū grammate scedam *P* seclū *(*scedam *Bert.) Quercet.* 4 Abagaro *Canis.*, Ab Argo *Quercet.* ··· quodam *V* sceptram *P*, septra *V* 5 dampnauit *P* 6 herebi — temersit ab antri *A* erebi *cett. cf. carm. de virg. 455* 7 concessit olimpū *A*, consendit *V* xp̄c *S* *Hunc versum sequitur nullo intervallo epilogus A pro versibus* 8. 9 *hi in A leguntur (vide supra)*

8 Hic quoque confessor romano nomine iudas
9 Discipulus dn̄i · sc̄a ueneratur in aula
10 Qui nobis unum *e. q. s.*

10 binum *Canis. Quercet. (Giles);* unus biblus *est epistola Iudae.* 11 Ededit *A* antiquo — loquelas *PV*, loquelas *S* 12 Quas in hoc *A* enoc *V* 13 Anteapax *V* pontius *P* pontū *V* flecteret vndis *S*

[IV, XI] 10 *de virg. v. 2271* flamma crepitante cremari

[IV, XII] 4 *Euseb. hist. eccles. I 13. Alcuin. de sanctis Eub. eccl. 23* reges sustinuit merito, qui sceptra regebant 12 *Epist. Iud. v. 14.*

Dicens: 'Ecce, venit Dominus cum milibus almis
Ponere iudicium cunctis habitantibus orbem!'
Quos nubes appellat aqua stillante carentes,
Frigida quas rapidis dispergunt flamina ventis,
Nec non arboribus sterili de stipite natis
Comparat, autumni quae fructum tempore perdunt;
Sic quoque spumiferis undarum fluctibus aequat
Errabunda vocans caelorum sidera sontes,
Quis servata restat tenebrosis poena procellis.
Nempe feras gentes et Ponti barbara regna
Iudas ad Dominum doctrinis flexerat almis;
Cuius in Armenia sopitum morte cadaver
Exsurrecturum fatali fine quiescit,
Sed tamen aethereas lustravit spiritus arces.

XIII.

Iam bis sena simul digessi nomina patrum,
E quibus altithrono conversus credidit orbis.
Hos precibus verna crebris et pectore pulso,
Ut mihi clementer noxarum pondera laxent
Et veniam dantes commissa piacula solvant,
Quatenus in requiem divina gratia fretus
Ultimus ingrediar Christo regnante per aethram.

---

15 iuditium *A* 17 rabidis *A* 18 stereli *A* natus *P* 19 Conparat *APV* autūni que *A*, autumnique *V*, autumni quem *(quę m²) S* 20 Sicq, *S* 21 ////erabunda *(in ras. fuit* h*) P* celorum sydera *A* fontes *S* 22 restat' vocat tenebrosis *A*, Qui seruata *Quercet. (Giles)* 23 Nympheferas *(supra* e *prius* i *m²) S*, Nymphiferas *Canis.* 24 fluxera *V* 25 in Armeniam *A*, armenia iam *P*. — *In A post v. 7 (vide supra de initio carminis) nullo intervallo epilogus, post hunc v. 27 legitur:* lustrar& — arceps, *in marg.* uitias *m² (= vitiosus?) A.* — 27 a&herias *P*, athereas *V* lustrarat *V* Sed ęthereas *(*e *in* i *m²)* lustrat sps, *supra lin.* tam̄ *post* Sed *et* nunc *post* lustrat *add. m² S* lustrat nunc *Canis.*

[IV, XIII] *Hos septem versus in fine habet post c. XII A; item in fine, sed praecedente de Mathia carmine versus habent PV, post c. XII et sequente carmine de Mathia S et Bertinianus Quercetani. Nihil inscribit A, in quo nullum intervallum est inter hos versus et IV, XII 7 cf. ad IV 12 init. et v. 25;* HIC FORTUNATUS : XII APŁOS PRO PECCATIS SUIS ORAT *S* 1 sic *APV*, *om.* simul, *sed post* Iam *alterum* iam *supra lineam adscripsit m² S Maiusc. rusticis versus scriptus est in V et S.* Iam iam bis sena digessi *Canis. Post v. 2 intervallum quatuor linearum vacat, post quod alia manus, sed, ut videtur, aequalis versus addidit 3—7 P* 3 berna *P* crebris & pectore fuluo *Quercet. (= Giles), qui pro* uerna *legendum esse suspicatus est* venera 3 *sq.* pectora pulso: ut mihi || clementer *P* 5 commissa pia clare soluant *P* piacla resolvant *V* 6 diuina *(supra* a *m²* o*)* gratia *(suprasc.* munere *m²) S* freta *P* diuino munere fretus *Canis.* diuina gratia *sed adscr.* diuino munere *Quercet.* 7 Ultima — ꝑ a&hera. am̄ *P, in quo post lineam vacuam a manu eadem, quae ultimos versus scripsit, additum legitur* EXPŁ opuscula al dhe l. mi. *Reliquae quatuor schematis lineae vacant. In A post v. 7 legitur (cf. IV, XII 25 et init.) IV, XII 27 et post hunc* Explicit. — per aethra *S = Canis.*, a&ra *V. In V nullo intervallo sequitur* DE DUODECIM VIRTUTIBUS HERCULIS.

---

14 *Epist. Iud. v. 14 sq.* 16 *ibid. v. 12* 19 *ibid. v. 12* 20 *ibid. v. 13.*

[IV, XIII] 3 *de virg. v. 31* precibus pulsare Tonantem *cf. v. 1524. 2814. cf. ad carm. rhythm. 1 3* 4 *sq. de virg. v. 2871* Ut mihi cum precibus peccati vincla resolvant *v. 2819* noxarum solvere vincla *v. 2822* cuncta piaclorum solvantur gesta meorum 5 *Prudent. apoth. 544* commissa piacula solvis 6 *sq. de virg. 2903 sq.* Ultimus in requiem divino munere fretus Adduci merear Christo regnante per aethram. — *v. 797* eximia virtutum gratia fretus

V.

IN SANCTI MATHIAE APOSTOLI ⟨ECCLESIA⟩.

Hoc sacer observat dilubrum Mathias almum,
Unus qui fertur de septuaginta fuisse
Discipulis Domini, sacrum qui dogma docebant;
Quem Deus electum signavit sorte superna,
Dum Iudas Scarioth strofa deceptus iniqua
Culmen apostolici celsum perdebat honoris
Atque fibras olidas tetro cum viscere fudit,
Cum crepuit medius laqueo suspensus ab alto,
Qui Dominum lucis redimentem sanguine saecla
Vendidit, ut cupidus fulvum nomisma capessat.
Mathias idcirco spreto latrone nefando
In Domino fretus numerum supplevit eundem:
Iunctus apostolicis gratatur iure triumphis.

[V] *Carmen hoc in A post IV, VI (IX, VII) legitur asterisco in margine impresso, in PV post IV, XII (IX, XIII) ante IV, XIII (IX, XIV 14—20), in S et in Bertiniano post IV, XIII (IX, XIV 14—20) in fine carminum omnium. Ad carmina praecedentia non pertinere docet IV, XII 1* Supremus numerum concludat Thaddeus almum *et IV, XIII 1* Iam bis sena simul digessi nomina patrum. IN SCI MATHIE APOSTOLI *A* ITEM DE MATHIA APŁO QUE DS ELEGIT SORTE PRO IUDA *P* 1 Hoc *ASQuercet.*, Hic *PV* delubrum *PS* matyas *(i supra y) A* 2 *in marg.* pubescere *i.* crescere *A (?)* 3 Discipulus *A* sagrum qui *A* qui sacrum *Giles* 4 Quam *V* etectum — superne *A* 5 i///udas cariosth strofi *A* iuda scarioth *P* iuda scariot *V* iudas sarioth stropha *S* strofa *P* stropha *V* 6 apostolice *A* 7 fibra solidas *AP* r&ro *(suprasc.* te *supra* r *V* fudit *PV* fundit *AP* *versus 8—10 desunt APV* 10 nomisma *S* numisma *Quercet.* 11 sp&o *A* spr&co *V* nefande *A* 12 In dnm̃ *(corr. m¹) S* subpleuit *A* *13* triumphis FINIT. *S*

[V] 4 *act. apost. 1, 24 sqq.* 6 *Beda hymn. II 248* Culmen apostolici duodenum signat honoris *M.* 8 *Matthaeus 28, 5 Verg. V 489* malo suspendit ab alto. *Sedul. V 131* laqueo suspendit ab alto *M.* 9 *Iuvenc. I V 813* Per dominum lucis Christum *cf. de virg. 851* qui dominum lucis tenebroso corde negabant *v. 2588 (138) M.* 10 *Matthaeus 26, 15 de virg. 2593* Qui regem caeli redimentem saecla cruore Vendidit argenti caecatus munere demens.

ALDHELMVS

DE METRIS ET ENIGMATIBVS AC PEDVM REGVLIS.

PRAEFATIO.

I.

Quotquot Aldhelmi prodiderunt tractatum metricum codices, eos omnes ad communem unum redire fontem, qui non ab Aldhelmo ipso sit patefactus, probari potest certissime. Nam quae in capite de epitrito quarto eo loco leguntur, ubi de praepositione in *agitur, ea non corrupta esse non possunt. Scribit enim Aldhelmus, qui certo ordine illic de praepositionum in compositione vicissitudine disserit, codices si sequimur, deinceps (p. 321 G) de praepositionibus* ob, in, con, *eis, quae de praepositione* con *exponit, sub fine (post* coarto*) haec inserens secundum Maium Gilesiumque (p. 322, 26 sqq. G):* occipio, Terentius in Adelphis: Recte, ædepol, spero modo dolores meatu occipiunt; caput occiput sinciput, ex duobus corruptis, id est semis caput. In praepositio corrumpit uerba, ut facio inficio, capio incipio, gradior congredior; partior impertior. Ut Tullius Cicero Lucanus libro decimo: Atque opifex rerum certo sub iure coercet, *i. e. denuo ea, quae iam absoluta erant, redintegrans post* con *de* ob *et* in *denuo affert exempla et postremo de praepositione* con, *quae antea attulerat, denuo dicens, ita ut, quae una dicenda erant de praepositionibus* ob in con, *plane temere divellantur et ea componantur, quae nihil commune habent. Qua in compositione in eis, quos Maius et Giles sequuntur, codicibus postremo etiam monstrosum illud existit* Tullius Cicero Lucanus, *quod nomen non vitio traditionis, sed errore scriptoris natum esse M. Manitius coniecit. At si haec omnia usque ad* Tullius Cicero — *et hoc sunt codices qui confirment — transponantur in paginam antecedentem post* occalluit, *omnia recte inter se conexa optime fluunt, ita ut mihi dubium non sit, quin olim omnia sic fuerint posita et nunc iterum sic sint ponenda. Nam quod* facio — impertior *infra denuo leguntur, id hoc loco nil facit, quoniam priore loco allata sunt, ut probent* in *praepositione corrumpi* uerba, *loco inferiore id agit Aldhelmus, ut* ipsa praepositione integra cohaerentia corrumpi *doceat. Redeunt igitur codices nostri — nam non unius classis sunt codices, qui in hac corruptela consentiunt — ad unum codicem librarii alicuius peccato depravatum, qui quae in archetypo suo ad marginem adscripta invenerat, in locum parum idoneum inseruit; nam Aldhelmum talia deliquisse nemo opinabitur, quoniam in dispositione singularum partium nullo in loco sibi reique suae deest.*

Sed ex loco eodem illo etiam ea possunt erui, quibus ad codices ipsos secernendos ducamur. Nam in Augiensi codice K et in Parisino = Lemovicensi P^1 locus ille ita terminatur impertior ut tullius cicero inuectiuarum lib. III ait 'atque etiam uiro forti colligę meo laus impertitur' fateor infiteor quaero inquiro arceo coerceo *(*carceo *P^1)* Lucanus libro X, *cum in ceteris legatur, ut cum Maio Nazarianum N sequente Giles Lemovicensem nil curans edidit:* 'impertior ut tullius cicero lucanus libro X'. *Duae igitur constituuntur codicum classes, quarum altera Augiensem et Lemovicensem complectitur, ad alteram reliqui codices sunt relegandi. At hac distributione simul alterum aliquid efficitur:*

nam K codex et tractatum continet et aenigmata, in P^1 *haec in tractatu desunt relicto tamen epilogo, cum aenigmata separatim legantur. Apparet igitur etiam eos codices, quibus aenigmata nunc desunt, ad exemplaria redire, in quibus olim illa quoque sint lecta, nec illorum defectu constitui posse codicum auctoritatem et cognationem, ita ut omissa ea esse perspiciatur nullam aliam ob causam, quam quod aliena esse videbantur in opusculo metrico, unde rursus hoc, quod per se ipsum probabile est, concludere licet, aenigmata ipsa iam mature sola esse tradita, quod laetitiam, quam afferebant, doctrina grammatica disturbari librarii nolebant et illa per se corpus faciebant satis conspicuum. Aenignatum autem traditionem ad Aldhelmum ipsum posse referri infra probabitur.*

His constitutis de singulis codicibus dicendum est ac primum de vetustissimo omnium codice **K**. *Hunc autem codicem Caroliruhensem n. LXXXV olim fuisse Augiensem docet, quod fol.* 1^r *in margine inferiore infra notas tironianas scriptum est lib'* moñ augie maioris, *infra quod legitur* FUЄſTICOR. *Iam anno p. Ch. 822 hic codex fuit in bibliotheca Augiensi: nam commemoratur in illius anni catalogo cf. G. Becker Catal. bibl. ant. p. 11 = 6 n. 356 et Th. Gottlieb Mittelalt. Bibl. p. 349. 351. Descripsit codicem in catalogo praeclarissimo Die Reichenauer Handschriften p. 234 A. Holder; de ligatura conferendus est W. Brambach Die Handschriften der Grossh. Badischen Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe I 21; cf. etiam Mone, Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit VIII 217 sq. Maleyn, Aenigm. Aldh. p. 55—61; Festschr. f. Alb. v. Bamberg p. 10. Codex quadraginta duo habet folia (33 × 23 ctm.) sex conficientia quaterniones, quorum quinque (ã—ẽ) pleni sunt, sexti duo tantum servata sunt folia; in fine mutilus est, cum desinat (p. 327, 15 G)* in huiuscemodi negotio ante nām mediocritatem; *in tegmine legitur* De metris et enigmatibus ac pedum regulis, *infra manu alia* B. Aldhelmi Epic, *supra* $\frac{32}{+}$. *Paginae duabus columnis scriptae vicenas senas lineas stilo ductas habent; numeri capitulorum rubri viridesque viridibus rubrisque punctis cincti inter duplices schematis lineas positi sunt; etiam initiales litterae similiter positae vario colore sunt conspicuae itemque eae, quae incipiunt et claudunt praefationis aenigmatum versus. Nitidissime codex exaratus est saeculo VIII/IX scriptura Carolingica vocalium ligaturis insigni continetque fol.* $1—2^r$ *capitulorum enumerationem, fol.* $2^v—15^r$ *col. 2 priorem partem tractatus metrici, fol.* 15^r *col.* $2—23^r$ *col. 1 med. praefationem aenigmatum et aenigmata, inde usque ad finem partem tractatus posteriorem. E codice Gallico esse descriptum ideo mihi verisimile est, quod totum fere per textum consentit cum Lemovicensi* P^1, *quocum, quod gravissimum est, solus servavit ea quae exposuit Aldhelmus p. 242—243, 36 G; quae tamen ex textu avolsa etiam in aliis codicibus Aldhelmianis fuisse lecta eo probatur, quod prior eorum pars post finem tractatus legitur in Nazariano; quam arte autem K et* P^1 *inter se sint coniuncti, quae adscripsi ad 292, 34 G satis ostendunt.*

De $\boldsymbol{P^1}$ *= codice Parisino 2339 olim Lemovicensi in prolegomenis ad carmen de virginitate scripsi: leguntur in eo et aenigmata sine prologo tractatusque metricus cum aenigmatum prologo et ipsum carmen de virginitate, ita ut codex praeter finem totus Aldhelmianis operibus sit expletus; quod Giles dicit opus de metris cum aenigmatibus totum eo contineri, hoc cavendum est ne sic accipiatur, ut aenigmata in tractatu metrico legi putemus. Maxime autem* P^1 *cum K cognatio in eis eminet, quae ad exempla in capitulis de singulis pedibus congesta pertinent, quaeque hoc in genere a K et* P^1 *novantur et augentur, talia sunt, ut fere omnia in textum sint recipienda. Quae vero de eius cum aliis codicibus necessitudine in Festschrift für A. v. Bamberg p. 11 dixi, antequam codices ipsos inspexi aliorum testimoniis fretus, ea omnia, postquam illos novi, parum recte posita esse intellexi. Nam quae Maius ex codice suo Nazariano p. 220, 7 G* Septimo nihil minus — idem secrevisse contestantur *edidit, ea nullus alius codex habet nec sunt textus Aldhelmiani, sed in N ipso manus altera in margine adiecit; nec omisit* P^1 *Parisinus, quae omisisse eum dicit Giles p. 391,* CCCCLXXV — calculationem *p. 233, 21 G, nec desunt in N, quae Maius*

nimirum supra lineam scripta non respexerat, qui mysticis — depingitur *p. 223, 33 G. Nonnulla ex Lemovicensi iam in Gilesii, qui priorem eius partem contulit, textum sunt illata.*

Et forma textus et indole cum Augiensi componenda sunt fragmenta codicis Sangallensis ***S*** *saec. IX, quem eundem esse atque eum, qui in vetere catalogo Sangallensi describitur* Althelmi de metris et enigmatibus ac pedum regulis vol. I *in praefatione ad carmen de virginitate notavi; codicis enim Sangallensis 1394 paginae 122|123. 127|128. 125|126 continent tractatum metricum 237, 12 — 239, 19, aenigmata 24, 2 — 36, 6, tractatum metricum 315, 2—316, 32 G. Scriptura insulari duabus columnis linearum vicenarum exaratus in aenigmatibus cum Augiensi concordat (cf. praef. ad aenigm.) itemque in tractatu metrico ita cum Augiensi et Lemovicensi, ut eum ex eodem fonte atque illos derivatum esse videatur constare cf. 237, 12 G* ut *P^1S, 237, 14 G* fato *KS, 19* palata *s. l.* p *K* plata, *in marg.* pa *(=* palata*) S, 32* pendens mala mundi *KS, 238, 9* quod scemata *KS, 10* ueterum auctoritates *KP^1S, 238, 19 G* harenas *KP^1S, in marg.* in undas *KS 315, 2 G* est *om. KP^1S, 10* regulam *KP^1S, 315, 12* domuerunt fricuerunt *KP^1S, 13* ionicum maiorem *KS, 31* beaturi — negaturi *KP^1S, 316, 5* editores *KP^1S, 6* fundibularum *KP^1S, 8* cancerosi *om. KP^1S, 316, 11 G* qui singulari numero *$K(P^1)S$, 13* adnectuntur *KP^1S, 14* eodem *KP^1S.*

Ad Augiensem et Sangallensem tertius, qui tractatum praebet aenigmatibus ornatum i. e. ita ut Aldhelmus eum edidit, codex accedit Nazarianus saec. IX (= ***N****), qui ideo haud exiguam acquisivit auctoritatem, quod primo ex eo editus est tractatus omissis tamen aenigmatibus a Maio 1833. Hic codex Vaticano-Palatinus 1753 in catalogo Laureshamensi saeculi decimi (cf. G. Becker Catal. bibl. ant. n. 37, 417 = 38, 71; A. Wilmanns Mus. Rhen. XXIII 390) ita commemoratur:* ars marci uictorini grammat. et althelmi. de regula metrorum et enigmata simphosii in uno cod. *Descripsit codicem A. Reifferscheid Bibl. Patr. Lat. ital. I 307—310, A. Wilmanns l. l. p. 401 sqq., H. Keil Grammat. Lat. VI p. VII; ex eodem E. Duemmler edidit ZfdA XXII 258 sqq. PlaC I 20 sqq. aenigmata ea, in quibus certa Aldhelmi deprehenditur imitatio; cf. de codice etiam proll. ad carmen de virg., Duemmler PlaC I 3, Maleyn aenigm. Aldh. p. 186 sqq.; mihi per Fr. Ehrlii benevolentiam contigit, ut photographico eius uterer exemplari. Legitur Aldhelmus scriptura Carolingica simillima ei, quae exstat in Parisino 16688 (cf. proll. ad carm. de virg.), exaratus fol. 78^v—109^v, antecedit capitulorum index, sequitur (cf. supra p. 36) pars eorum, quae omisit in textu ipso (*△ Enumeratis ergo XXII scematum ordinibus — Aut leues ocreas lento ducunt argento *= p. 242, 1—17 G) et adnotatiunculae de aenigmate (*Enigma ē obscura sententia per occultam similitudinem rerum. Ut mater me genuit eadem mox gignitur ex me — *cf. Aldh. p. 230, 9 G* — cum significat aquam in glaciem conuertere et ex eodem rursus effluere *cf. Gr. L. VI 19) et de allegoria (*Alligoria est tropus, quod *(l.* quo*)* aliud significatur quam dicitur ut etiam *(l.* Et iam*)* tempus equum fumantia soluere colla *(= Verg. georg. II 542)* hoc est carmen finiri *cf. G. L. VI 641); fol. 110^r tituli sequuntur aenigmatum Simfosii. Aenigmata Aldhelmi leguntur fol. 87^r usque ad 92^v; ad prooemium A. Maius adscripsit* ed. *i. e.* edita *et propterea in editione omissa. Sed ut similis est Nazarianus Augiensi argumenti amplitudine et legebantur in eo quamvis non suo loco sed extra textum addita, quae nunc in KP^1 solis exstant, ita textus, quem praebet, ex alio fonte manavit atque is, qui in K et P^1 invenitur: cf. 217, 22 G* narrantur *KP^1* narratur *N, 35* exsanguinibus *KP^1* et exsanguinibus *N, 218, 16* Baal *KP^1* Bahal *N, 19* signat *KP^1* significat *N, 219, 31* columnas eius *KP^1* columnas *N; post 220, 16 solus in marg. addidit:* septimo — contestantur, *220, 10* romphea *KP^1* rumphea *N, 220, 37* ructuasse *KP^1* ructasse *N, 221, 5* explandarum *KP^1* explanandarum *N, 221, 9* quattuor *KP^1 om. N, 230, 25* credimus *KP^1* crediddimus *N, 232, 2* explodit *KP^1* exprodit *N, 235, 4* minimus est *K* minus est *P^1* imus est *N, 238, 10* ueterum auctoritates *KP^1* ueteres auctores *N; alterius autem classis codicem a Nazariani*

librario collatum esse huiusque adnotationes in codices cum ipso consentientes transisse optime declarat 297, 32 G, ubi KP[1] discretionis *legunt, in N* divisionis *exstat, sed* discretionis *adscriptum est, in AFF*[3] divisionis discretionis *in textu legitur. Sed haec sufficiant; longe gravius est, quod cum N ei, quos nondum enumeravi, codices conspirant omnes.*

Atque ex his primum affero codices duos St. Amandinos, quibus codicibus in eam ducimur regionem, unde primum in continentem transiere Aldhelmi libri et ubi egregius aenigmatum codex Petropolitanus ortus est. Sed cum hoc ipso num sint Amandini coniuncti, non potest demonstrari, quoniam ipsi aenigmata non retinuerunt, nec verisimile est, quoniam in tractatu ipso aliud secuti sunt textus exemplar. Sunt hi St. Amandini nunc codices Valentiniani 378 (A[1]*) et 376 (A) saeculo scripti nono vergente aut decimo incipiente; conferendi sunt de eis Mangeart, Catalogue de Valenciennes p. 365 sqq. et 368 sqq., Molinier, Catalogue général des manuscrits des bibl. publ. de France. Départements t. XXV p. 362, J. Desilve, De schola Elnonensi Sancti Amandi a saeculo IX ad XII (Liovanii 1890) p. 154 sqq., de n. 378 H. Keil, Gr. L. VI p. VIII: hi omnes eos nono saeculo scriptos esse putant. In indice maiore Elnonensi (cf. Desilve p. 168; hic index compositus a. 1154—1169 cf. L. Delisle, Cabinet des manuscr. I 318. II 449 ita inscribitur* Annotatio librorum Sancti Amandi. Nomina fratrum, quorum cura et providentia scripti sunt libri, quae scire potuimus, desuper adnotauimus*) n. 378 notatur:* n. CLXXXIX Marius Victorinus de grammatica et varietate metrorum cum versibus de Virgilio sumptis concordantibus veteri et novo testamento. Hucbaldus. *Hucbaldus autem hic, monachus Elnonensis clarissimus, obiit a. 930 cf. Wattenbach, Deutsche Geschichtsquellen I*[7] *336; in indice minore (Desilve p. 151—153; scriptus est 1123—1136) est* n. XVIII. *Veterem signationem M 255 prae se ferens et saec. XVI inscriptus* Liber monasterii Santi Amandi In Pabula ordinis diui Benedicti *(in tegmine posteriore manus recens scripsit* liber Sancti Amandi in pabula*) folia habet 101 (25 × 17 ctm.; sunt quaterniones undecim, seniones duo, duo folia) linearum undetriginta scriptura Carolingica satis eleganti et firma exarata. Post Marium Victorinum cum Aelio Festo Aphthonio de metris omnibus (in fine legitur:* utere Stephane scriptor et lector *uti in Nazariano cf. H. Keil, Gr. L. VI p. VIII) et Probam Faltoniam ac Sergium foll. 89—101*[r] *(pagina 101*[v] *vacua est) continet tractatus Aldhelmiani indicem capitulorum et textum ipsum usque ad* sicut poeta promisit dicens = *247, 16 G i. e. eadem in eo habentur atque in Nazariano, ex quo altera manu correcto H. Keil, Gr. L. VI p. VIII. XII, eum descriptum esse iudicavit; rectius iudicare is mihi videtur, qui tres codices Nazarianum et St. Amandinum 378 et Bruxellensem 4433 ex eodem codice derivatos esse arbitrabitur. Satis prope ad Nazarianum Amandinus accedit cf. 217, 18 G* ext&it *A*[1]*N, 34* internicionem *A*[1]*N, 218, 33* quadrupicato *A*[1]*(F*[2]*)N, 219, 27* scribsisse *A*[1]*N, 220, 1* nemo cludit et nemo aperit *A*[1]*N, 222, 24* protuplaustum *A*[1]*N, 25* geniseos *A*[1]*N, 224, 32* amoenam *A*[1]*N, 225, 7* desonam *A*[1]*(K)N, 226, 24* et *om. A*[1]*N, 229, 4* nihil homin*p A*[1]*N, 5* facunda fultus *A*[1]*N, 240, 30* calubri *A*[1]*N, 241, 3* canora *A*[1]*N, 241, 14* aepeidos *A*[1]*N; sed plura sunt, in quibus cum omnibus huius classis consentit codicibus. Sed etiam hoc notandum est, 222, 32 G in N legi notam, qua deesse aliquid significatur, in A*[1] *eodem loco duarum linearum spatium vacuum esse relictum; sed longe maioris momenti est 228, 30—35 G, ubi in A*[1] *verba* aliquantula — defloravi *non suo loco leguntur sed transposita sunt post* aenigmatum *228, 37; in N, in quo verba leguntur, uti recte conveniant, transpositio ita indicata est, ut ante* aliquantula *et post* defloravi *et* aenigmatum *tria puncta recto ordine posita legantur; in Bruxellensi F, in quo omnia suo habentur loco, tamen in margine inferiore* aliquantula — defloravi *paene erasa exstant: apparet igitur huius loci ita tantum recte constare rationem, si hi tres codices omnes ex codice eodem manaverunt, in quo* aliquantula — defloravi *in textu omissa erant et in margine adscripta. Nec quod pars tantum tractatus in codice Amandino legitur, contra hanc sententiam potest afferri. Nam cum capitula omnia I—CXLI praemittantur tractatusque*

inscribatur INcp̄t DE METRIS ET ENIGMATIBVS AC PEDUM REGVLIS, *hunc codicem ex codice, qui totum complexus erat tractatum, descriptum esse apparet.*

Codex autem Valentinianus 376 (A) — signatura vetus J 128 fol. 1^{r} exstat — haec continet 1) 1—77^{r} Albinum in Priscianum; additae sunt sententiae Hieronymi aliorumque de artis grammaticae utilitate 2) 77^{v}—123^{r} Donatum de partibus orationis; 112—123 habentur pauca de barbarismis collecta de multis*: etiam in Nazariano f. 113 est fragmentum Pompei de barbarismo. Tertio loco in A leguntur* Glosę de libris grammaticorum de littera et syllaba et accentu et posituris, *quarto 142^{v}—151^{v}* Retractatio reciprocę. interrogatio et responsio de pedum regulis Aldhelmi *i. e. tractatus metrici pars altera inde ab* Expositis enigmatum propositionibus = *273, 19 G usque ad* Itē coīn. Aduena. uerna. unde uernaculus = *308, 22 G; sequitur disputatiuncula de* Geometri puncto totius terrae. *152^{v}—155^{r} scripta est* conlatio de generibus metrorum, *155^{r}—157* ars Maur̄ Servii graīnat. de centimetr̄. *158^{r} cernitur imago viri benedicentis, supra quam scriptum est* O crucifer bone lucis sator o mi parens pie, *158^{v} bis scriptum est* Tu dec^{s} omne tuis o suīne & nobilis odo. *Coniunctus igitur etiam in hoc codice Aldhelmus cum grammaticis libris metricisque, ex quibus qui dialogi forma sunt compositi, in eis personae colloquentium, ut primus in hoc litterarum genere instituerat Aldhelmus, per* Δ *et* ⋊ *introducuntur. Notatur codex in catalogo maiore:* n. XCVIII Albini exceptiones super Priscianum maiorem tres *(i. e. cod. St. Amandini 374. 375. 376),* Gillebertus unum *(sc. comparavit); cum Gillebertus (cf. Desilve p. 129) mortuus sit a. p. Ch. n. MXCV, in bibliothecam St. Amandi hic codex multo post codicem 378 inlatus est. Scriptus est (21 × 13,5 ctm.) a compluribus librariis scriptura, quae codici 378 fere aequalis est — Mangeart eam notam codicis ipsius secutus, quia 'volumen totius bibliothecae antiquissimum scriptum circa annum domini 760' vocatur, falso eum saeculo VIII exaratum dicit — sed longe minor atque nitidior; lineae sunt in paginis trigenae binae; licet non ab eodem librario scriptus sit, tamen codicem A^{1} videtur continuasse. Ipsum quoque ex N seu potius fonte codicis illius possis conicere esse descriptum; nam sunt quae cum illo solo communia habet ut 277, 11 G* lauo neutrum *AN^{1}, 286, 13* congesto *AN, 288, 26* atritu *AN, 299, 25* ephitheton *AN; sed longe plura sunt, in quibus cum totius alterius classis textu consentit e. g. 276, 38 G cum bFF^{3}N omittit* adde uerborum exempla*; 283, 1 G legitur* collecta *AFF^{3}N, 285, 35* populor — medicor *AFN, 288, 1* unde aliter *AFF^{3}N, 3* tessera gleba fistula *AFF^{3}N, 9* alia *AFF^{3}N, 292, 25* panthe *AFN, 295, 20* exautoria *AFF^{3}N, 299, 2* tertii ordinis *AFN; loco maxime ad discernendas classes idoneo 292, 34 sqq. eadem atque FF^{3}N habet. Sed ut multa in eo solo leguntur (cf. e. g. 294, 24* necticorax*, 294, 25 in fine* partitur*, 294, 29* antxps*, 33* bauscauda*, 300, 11* fungitur; figuratur *cett.), ita non solum multa, quae KP^{1} habent, cum aliis omittit (cf. e. g. 292, 30), sed etiam nonnulla solus iubet exulare velut 295, 1—2* aerugo — caligo*, 295, 3* regina — auleum*, 8* frontosus — exosus*, 22* contundo inpendo*, 32* haud facile*, 297, 16* arieto*, 298, 22* insultatrix*, 299, 24* formicinus *(propter vitium metricum?), 299, 29* id est paludamento indutus, sicut togatus toga uestitus dicitur*, 300, 20* vel capillosus*, 21* sic *et* paludatus id est paludamento togatus*, in quibus tam inertia quam emendandi studium potest deprehendi.*

De codice Bruxellensi 4433 (= F) saec. X, quem ex eodem archetypo atque N et A^{1} fluxisse eis probatur, quae de 228, 30—35 p. 38 scripsi, egi in prolegomenis ad aenigmata et ad carmen de virginitate cf. etiam Festschr. für A. v. Bamberg p. 12 sq. Maleyn, De aenigmatibus Aldhelmi p. 163—169, Mone, Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit VII 32 sq. In prima eius parte (f. 1—54), quae quinque quaternionibus, uno quinione (n. 2), cui unum folium additum est, et folio duplici constat, Aldhelmi tractatus continetur praemisso capitulorum indice et sequente (50—54) ut in St. Amandino 376 Mauri Servii opusculo de centum metris*, omissis tamen aenigmatibus, quae iterum additis capitulorum numeris (XII—CXI) in altera parte f. 55—72^{r} sequuntur. Plures manus in*

codice hoc distinguuntur: fol. 37ª propter scriptorum vicissitudinem p. 304, 15 G (Ad duplam) *— 25* (subducitur) *exciderunt. Hic autem codex artissime cum codice b et cum* F^3 *coniunctus est.*

Codex **b** *est codex Leidensis 490: XVIII Perizonii Q. 85, chartaceus, scriptus saeculo XVIII; inscribitur* Ex Msto S. Bertini Vetustissimo Aldhelmus de metris. *In Sancti Bertini monasterio plures adservatos fuisse Aldhelmi codices Catalogus bibliothecae a G. Beckero, Cat. bibl. antiq. p. 182 editus docet; sed num hic is fuerit, qui in eo notatur: 37* Aldhelmi liber de metris *conici potest, sed non probari; nam nec in bibliotheca Sancti Audomari, quo codicum Bertinianorum (cf. P. Lehmann, Franc. Modius p. 112 sq.) pars maxima delata est, nec alibi invenitur. In folio codicis 72 legitur:* Petrus Bondam descripsi Zutphaniae D. XV Iulii 1760. Ex apographo, cuius usum liberaliter concesserat Elegantissimus P. Burmannus Secundus. Plura Apographum *(desinit p. 277, 31 G:* procul dubio pyrrichius generatur*)* illud non agnoscebat, forte tamen plura desiderantur. Nullum enim indicium adscriptum erat, ex quo constaret Codicem non plura continuisse *et in margine adscriptum est:* Coniecturae quae his marginibus adscriptae sunt, debentur ei, qui Aldhelmum manu sua ex MS descripserat et cuius Apographum descripsimus. *Sunt igitur non Burmanni, ut primo putaveram, sed anonymi; in eo defuerunt et quae 241—242 G leguntur et aenigmata. Codicem autem Bertinianum cum F, si non ex eodem codice descriptus fuerit, attamen ex fonte fere pari deductum esse vel titulus et initium partis alterius p. 273 docent: nam inscribitur b* Orditur prooemium Aldelmi de metris et aenigmatibus ac pedum regulis bono scholastico, *quemadmodum in F concluditur — verbis partim paene evanidis;* scholastico *fere totum extinctum est — subscriptio capitulorum et initio partis alterius nullo aenigmatum suppressorum indicio facto in b et F legitur* Discipulus. magistro. *Itemque in textu mirum quantum consortes sunt hi duo codices, ut 233, 37 in utroque omittitur* an producatur, *237, 22* eorundem, *228, 34* naturam*; in utroque legitur: 216, 20* me memini, *21* vocabulo *(bFm²), 217, 17* huc, *24* beatae, *218, 14* conquirenti, *22* scroforum, *219, 36* natiuitatis eius, *220, 12* candalabrum, *225, 8* merecissimo, *227, 36* propinquantem, *229, 19* comata, *(232, 4* uero *om.), 29* eligiaco, *234, 37* mus *(pro* imus*), 238, 10* ueterum auctores, *241, 22* ut, *244, 14* ipercatalecticus, *245, 38* bocolico*; nec pauci sunt loci, in quibus etiam in* F^3 *eadem habentur atque in Fb veluti 220, 6* splenticus, *223, 3* laboris, *234, 27* et ueluti, *qui tamen consensus etiam clarior est inter F et* F^3 *solos.*

F^3 *= Bruxellensem 1372 = 9581—95 saec. X, de quo conferendus est J. van den Gheyn in Catalogue des Manuscrits de la bibl. Royale de Belgique II 303 sq. (vide etiam Archiv f. ält. d. Gesch. VIII 530, J. Klein, Eine Handschrift des Nicolaus von Cues Berol. 1866 p. 3, E. Duemmler, Epist. Karolini aevi II 552, qui codicem saeculo IX scriptum esse putat, A. Kiessling, Senecae oratorum et rhetorum sententiae p. V (H. J. Müller, Senecae . . sent. p. X) olim fuisse Nicolai Cusani declarat, quod legitur in apographo saeculi XVI codici adiuncto* Interrogatio domini Caroli ex manuscripto Cusano vetustissimo*: nam hoc descriptum esse ex codice ipso fol. 51—53 docet varia lectio l. 2, ubi codex vetus habet* dirimus*, librarius scripsit* diximus*, sed recte correxit* dirigimus *cf. Festschr. für Alb. v. Bamberg p. 12. In hoc codice (folia 167; 31 × 23 ctm.; 168—70 folia sunt chartacea, in quibus legitur quod modo commemoravi apographon) scriptura Carolina exarato praecedunt Cassiodorus de orthographia, Augustini ars (cf. Gr. L. V 490) et regula, deinde* versi duo de mensa: Quisquis amat dictis absentum rodere vitam, Hanc mensam indignam noverit esse sibi. Explc̄ eius ūs in mensa. ‖ Augustine conus(?) divino fulmine lingue Impia demonicae ludibria (tollere) sectę Atque loquellosi confundens dogmata ritus Pandis iter verum quo cives tendere monstras Urbis in occidua aequa *(l.* qua*)* vita perennis habetur Disce libens inuenis palentem sumere fabam Nutricem vocum monachorum semper amicam*; sequuntur moralia, religiosa, ecclesiastica, in his inserta*

Cicero de senectute et Senecae suasoriae; scriptus est igitur codex ad usum scholasticum et clericalem. Ipse Aldhelmus fol. 21^{v}—44^{r} legitur sic inscriptus: incipit de metrica ratione ac pedum regulis Almthelmi *(sic!)* Anglorum archiēpi*; praemissis capitulorum I—XI titulis (*Incipiunt capitula sequentis libri*); concluditur tractatus, quasi liber per se scriptus et conclusus, his versibus, quos etiam N in fine tractatus posuit,*

Ora pro me sepissime Dñi caeli carissimę,
uti mea innumera xp̃s remittat crimina.

F^{3} *cum F quantopere consentiat, ut omittam 241—242 et 292, 24 G, pauca haec ex primis foliis desumpta demonstrent, 216, 15 G* spiritalis *FF*^{3}*, 217, 15* ordinibus nostrae necessitudinis primordia et necdum matura *Fm*^{2} *in marg., om. F*^{3}*; ibid.* tr̃a tr̃a *(pro* matura*) F* terra *F*^{3}*, 219, 26* umbraculis *(corr.* umbrarum*)* latibulis *F* umbraculis latibulis *F*^{3}*, 219, 31* fetulenta *FF*^{3}*, 228, 30* opuscula *(pro* munuscula*) F* opuscule *F*^{3}*. Nonne, qui talia inter se communia habent, tam prope inter se absunt, ut alterum (credo F*^{3}*) ex altero (F) descriptum esse maxime verisimile fiat?*

Hi sunt codices quos ut reperirem mihi contigit: praeter Nazarianum et Parisinum ad textum Aldhelmi constituendum adhuc nullus est usurpatus. Ex Nazariano, ut supra commemoravi, Aldhelmum publici iuris fecit Angelus Maius in Classicorum Auctorum e Vaticanis codicibus editorum tomo V (Romae 1833) p. 501—589; omisit quae in Nazariano scripta sunt aenigmata utpote iam in Bibliothecam maximam inserta. Repetivit hanc Maii editionem J. A. Giles (Oxonii 1844) ita, ut eam inmutatam fere relinqueret, pauca tamen e Parisino adhiberet, ex quo maxime, quae in ipsius editione p. 249 sq. primum leguntur, inseruit. Sed si in edendo libro non multum profecit, hoc tamen optime fecit, quod aenigmata primum cum tractatu coniunxit, ita ut plenum Aldhelmi opus ab eo primum sit editum. Mignii textus is est, quem Giles ediderat.

II.

Aenigmata Aldhelmi, si modo auctori ipsi fides habenda est, prima eius carmina fuisse testimonio eius constare videtur: nimirum ipse in epistula ad Acircium (p. 229, 9 G) centum enigmata sese composuisse prima ingenioli rudimenta exercitari cupientem *dicit; quod ad prooemii aenigmatum versum septimum quadrat, quo Deum precatur, ut* dictanti sibi metrorum munera largiatur, rudis quo pandere rerum versibus enigmata queat. *Scripserat autem aenigmata Aldhelmus, priusquam tractatum metricum inciperet, quem pro* praefatiuncula *(cf. p. 228, 29 G) illis addebat; et ut metricam eorum rationem explanaret, capitulum de tripertita syllabarum differentia praemisit et ea, quae de penthemimeri atque hephthemimeri ad versuum compositionem perspiciendam respicienda esse putabat. Atque recte sic tantum, si ad absolutum iam aenigmatum corpus refertur, intelligi potest, quod scripsit* nostrae exercitationis sollicitudo . . decies denas (vel vicies) quinas id est centenas enigmatum propositiones conponere nitebatur. *Sed iam in prosaica praefatione et in metrico prooemio id sese agere dicit, ut aenigmatibus addat maius opus (p. 229, 10 G* ut venire possit *(sc.* exercitationis sollicitudo*)* ad praestantiorem operis materiam *et prooem. v. 25 sqq.* verum si fuerint . . haec enigmata . . recte decursa . . , incipiam potiora*), quod propter sententiarum contextum nullum aliud potest esse nisi tractatus ipsius pars altera amplior. Etsi igitur iam ad finem perduxerat aenigmata, tamen separatim ea edidisse non videtur, quamquam in plurimis codicibus sine tractatu feruntur suntque non pauci codices, in quibus etiam prooemio careant. Hoc recte sic poni ipsa probat dedicatio, quae, nisi novum opus nondum publici iuris factum dedicabatur, non consentanea erat, et quod in ipso vetustissimo et fidissimo codice Petro-*

politano aenigmata cum prooemio, in quo tamen simul et ipsorum aenigmatum et operis maioris mentio fit, sunt coniuncta.

*Universus vero tractatus quo tempore sit editus, satis distincte definiri vix potest. Nam etsi versus de virginitate 530 (*Petrus apostolicae qui culmen praesidet aedis*) in tractatu citari videtur (p. 245, 18 G:* et alibi poeta dicit: Petrus apostolicae qui culmina praesidet arcis *cf. Festschrift für A. von Bamberg p. 2) totusque carminis versus 158 (cf. v. 1679) in aenigmate centesimo v. 78 (cf. etiam 88, 3 et carm. de virg. 2500; alia multa in adnotationibus adscripsi) repetitur, tamen ille propter verborum differentiam quamvis levem ex carmine alio, quod periit, sumptus esse videtur, hic nihil valet ad tempus determinandum, cum tam ex carmine in aenigmata quam ex aenigmatibus in carmen tralatus esse possit. Nec certiora inde adsequimur, quod ad Acircium missus est tractatus; qui ut inde ab anno 685 ad annum 705 Northanhumbrorum rex fuit, ita nihil affertur, quo ad certum eius annum ducamur, neque inde, quod initio tractatus se* ante viginti annos inextricabile conglutinati foederis pignus pepigisse *(sed confer etiam praefationem) Aldhelmus scribit, neque inde, quod sub fine tractatus (p. 327 G) gloriatur se primum inter homines Germanicae nationis* in huiuscemodi negotio . . tantopere desudasse, *quoniam haec non ad universum scribendi studium, sed ad ipsum librum de re metrica compositum sunt referenda. Attamen quoniam* prima ingenioli rudimenta *in aenigmatibus posuisse se profitetur Aldhelmus, etiam tractatum ipsum, in quo illa inclusa sunt, ante cetera maiora eius opera i. e. ante libros de virginitate scriptum esse poterimus conicere; nec tamen nimis verba eius prememus, ut nihil omnino prius scripsisse eum arbitremur: nam carmina nonnulla minora (cf. p. 7) et epistulae nonnullae, in his ea, quae ad Geruntium misit, procul dubio prius orta sunt.*

Priusquam autem de textu aenigmatum disputem, de ordine eorum ipsorum absolvendum est, qui pessime ab editoribus est perturbatus, quamvis Aldhelmus ipse eum clare indicaverit. Dicit enim p. 229, 14 G enigmatum capitula primitus quaternis versiculorum lineis degesta, sequentia vero, iuxta quod se occasio componendarum rerum exhibuerit, quinis aut senis vel etiam septenis metrorum uersibus et eo amplius carminari: *non dicit igitur secundum versuum numerum se degessisse aenigmata sed post aenigmata tetrasticha in initio posita versuum variare numerum: et talem ordinem agnoscunt codices, quotquot innotuerunt, omnes. At aliter locum intellexit Delrio, qui primum edens aenigmata, quaecumque parem versuum numerum exhibebant, suo arbitrio tacitus una ponebat, distinguens* tetrasticha, pentasticha, hexasticha, septenis versibus comprehensa, novenis versibus contexta, denis et pluribus inclusa. *Hanc autem dispositionem, quam rectius confusionem dicas, inde ab eo, qui primus editionem repetivit, Reusnero usque ad ultimum eorum editorem Thomam Wrightium omnes repetiverunt prae illius auctoritate codicum, si quos adhibuerunt, testimonium spernentes, atque tantopere omnibus Delrio imposuerat, ut ipse L. Traubius (Perrona Scottorum p. 493), litterarum Latinarum medii aevi iudex ut doctissimus ita acerrimus, ordinem in Petropolitano codice exstantem* singularem quendam *nominaret. Unus Monius (Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit VII (1838) p. 34 suo iure dubitans de Delrii auctoritate codices F (Bruxellensis 4433) et F² (Bruxellensis 9799) secutus in eis, quae pro specimine typis expressit, aenigmatibus codicum suorum ordinem servavit; sed in edendis aenigmatibus ad genuinum eorum ordinem, qui coniuncto auctoris et codicum testimonio constat, quin redeundum sit dubium non esse etiam A. Maleyn in libro de Aldhelmi aenigmatibus edito vidisse iam videtur. Attamen melius, quam editores, Aldhelmi consilium — sed ne is quidem non errans, cum n. 8 pentastichon inter tetrasticha exstans neglexit — librarius is perspexit, cuius notae in codicibus Augiensi, Einsidlensi, Britannico altero, Rawlinsoniano in titulo ipso et in pluribus ad n. 20 et n. 29 leguntur, qui haec adscripsit:* Incipiunt enigmata quaternis versibus contexta, quae Graecorum lingua tetrastica dicuntur *et (ad n. 20)* Hec enigmata

quinque versibus decurrent *et (ad n. 29)* Item senis vel septenis versibus seu pluribus. *Adde, quod etiam et Tatuinus et Eusebius mixtam Aldhelmi dispositionem retinuerunt, quod fusius explicavi in Festschrift für A. v. Bamberg p. 7 sqq.*

Neque vero de ordine tantum, sed etiam de ambitu aenigmatum controversia est orta: cum in acrostichicae et telestichicae praefationis versu legatur, cecinisse Aldhelmum millenis versibus odas, *aenigmata autem non plus quam 764 versus contineant, inde ab eo, qui notam in fine addidit codicis Cantabrigiensis, quam in adnotatione critica ad finem aenigmatum adscripsi, sat multi partem aenigmatum intercidisse contenderunt: quid, quod iam Willelmus Malmesberiensis (Gesta pontif. Angl. V 196 p. 343 ed. Ham.) scripserat* Extat et codex eius non ignobilis 'De Enigmatibus', poetae Symphosii emulus, .C. titulis et versibus mille distinctus. *At cum nec in aenigmatum numero, qui Simfosiani corporis et coniunctae Tatuini Eusebiique collectionis numerum = C aequat, quicquam desit nec in aenigmatibus ipsis lacunae ullae aut defectus ullus, dummodo codices sequamur, possint inveniri, millenarium versuum numerum non sensu proprio intelligendum esse apparet, sed pro quovis magno esse positum ut in multis aliis Aldhelmi locis cf. prosa de virg. c. VII* millena testimoniorum congerie, *carm. de virg. 71* maxima millenis auscultans organa flabris, *366* tetrica contemnens millenis damna periclis *aenigm. 32, 7. 50, 7, tractat. metr. p. 278, 10 G. Quae cum ita sint, tam in ordine aenigmatum quam in versuum numero constet oportet codicum fides.*

Sed ut in hisce omnes conspirant libri manuscripti, ita textus, quem exhibent, forma non unam eandemque demonstrat originem. Nimirum etiam in aenigmatibus duae discernendae sunt recensiones, quamquam non item atque in prosa et carmine de virginitate diversi sunt temporis ratione, sed breviore inter se distant temporis spatio. Atque alteram recensionem prae se ferunt Petropolitanus Q V I 15 olim Corbeiensis (A) et Bruxellensis 10615 olim Cusanus (F^1) et qui eius apographon est, Bruxellensis 9799 ipse quoque olim Cusanus (F^2), alteram ceteri omnes, sive aenigmata cum tractatu continent sive sola aenigmata tradunt. Sed singula videamus!

Pro eis, quae 82, 1 leguntur in AF^1F^2 de mustela: in curuis conversor quadripes arvis *(l.* antris*), in ceteris exstat:* in curvas deflecto membra cavernas*; 54, 1 in AF^1F^2 legitur:* Credere quis poterit tantis spectacula causis Temperet et fatis rerum contraria fata, *in ceteris:* Credere quis poterit tantarum foedera rerum Temperet et fatis morum contraria fata*; 74, 3 AF^1F^2 — sed hoc etiam alii — exhibent:* Bina mihi constant torto retinacula filo, *alii multi* Bina mihi constant torto nam bracchia loro. *Quodsi in his versibus id consilium apparet, ut oratio clarior fiat et voces eligantur magis propriae et aptiores, longe plura ad orationem corrigendam vel ad vitia metrica emendanda sunt mutata, quae tamen mutationes vitia talia tollunt, qualia Aldhelmi et genere dicendi et metrica incuria excusantur atque confirmantur, ita ut in Aldhelmo sint toleranda eorumque mutatio, sive ab Aldhelmo ipso sive ab alio quodam facta est, mutatio putanda est genuini textus formaeque pristinae; omnes autem hi loci ita comparati sunt, ut lectio difficilior et offensionis aliquid habens in $AF^1(F^2)$ extet, lectio quae videri possit emendatior, in ceteris codicibus sive omnibus sive pluribus: cf. 4, 4* rēdundans *AEF^1F^2N* cumulatus *cett., cf. ad h. l., 14, 1* Sum namque *AF^1* Pulcher et excellens *cett.: sed nil mutandum esse docet 86, 1, quod aenigma item incipit a* Sum namque *tenendumque in his aenigmatibus coniunctioni* nam, namque *nullam iam apud posteriores inesse notionem causalem cf. W. Meyer ad aenigm. Bern. (Abh. d. I. Cl. der Bayr. Akad. der Wiss. XVII, II p. 416), 18, 4* rēsistere *A alii* rescindere *B^1OR alii, 19, 4* nītet *AF^1F^2 alii,* constat *cett.* fulget *t* nitet *e, 30, 1* dēcem *AF^1F^2 alii,* deni (denae) *cett., 42, 3* Summa dum exiguis *AF^1F^2* Nam summa exiguis *cett., 44, 8* Postmodum et fato *AF^1F^2* Post haec et fato *cett., 52, 7* rēpello *$Am^1F^1F^2$* extinguo *cett., 53, 8* Pars cuius *AF^1 alii,* Cui pars *N cett., 53, 9* mănibus .. nigris *AP^1L* fundo — nigro *cett. (etiam F^1F^2), 58, 4* rēlabens *$AF^1F^2Lm^2$*

descendens *vel* discendens *cett., 58, 5* rēcondens *AF¹F² alii*, abscondens *Am² cett., 60, 3* arcister *AF¹F² alii (*arcister *legitur etiam in epistula ad Ehfridum)* arciferi *CELPP⁴, 100, 37* et tarda tĕstudo *A alii*, testudo tarda *omisso* et *F¹F² cett; sed* st *et* sc *non necessario producunt syllabam apud Aldhelmum cf. 29, 3* mox tanta gĕstamina *A alii (Progr. Goth. 1904 p. 9), 4, 3* nĕsciat. *Nolo plura congerere, unum addo, quod instar sit multorum: 95, 5 legitur* fēmora cum crŭribus, pulpas cum poplite bino *AF¹F² (NS²)* — Cruraque cum coxis, suras cum poplite bino *Am² cett.*

Aldhelmi autem ipsius manum ostendere ea, quae in AF¹F² leguntur, non modo elocutio Aldhelmiana docet, sed idem verisimile fit origine eius codicis, qui omnium vetustissimus est, Petropolitani ***A****. Hunc enim, qui olim fuit Corbeiensis, L. Traube coniectura sane palmari scriptum esse suspicatus est Perronae, in monasterio eo Franciae septentrionalis, quo Cellanus, Aldhelmi — ut epistularum reliquiae probant — admirator deditissimus, libros Aldhelmi ab ipso auctore, ut sibi ille ipse mitteret, petivit (cf. ad epist. 9. 10). Quamquam in eo, quod servatum est, epistulae frustulo Cellanus non de aenigmatibus, sed de sermunculis Aldhelmum implorat, tamen etiam alia Aldhelmi scripta se iam legisse in eodem fragmento testatur atque operum Aldhelmianorum utique se esse studiosum; eis autem, quae respondit Aldhelmus, tanta similitudo intercedit cum loco epistulae ad Acircium datae, ut responsionis illius et epistulae Acircianae haud multum distare tempus videatur. Sed hoc utut est, de Cellani Aldhelmique commercio non est dubitandum codicisque Petropolitani ea est scriptura, ut eum a monacho Hibernico Perronae scriptum esse probabile fiat: quid igitur magis verisimile quam codicem illum redire ad exemplar aliquod ab Aldhelmo ad Cellanum transmissum? De codice autem ipso fusius hic agere non oportet, quoniam accurate omnia de eo exposuit K. Gillert in Novo archivo V (1880) p. 250 sq. et L. Traube Perrona Scott. p. 492 et A. Maleyn in libro de Aldhelmi aenigmatibus (Petropoli 1905) p. 1 sqq.; sufficit igitur commemorare contineri aenigmata cum prologo metrico in foliis eius 72—79 saec. VIII scriptis.*

Codicem autem Petropolitanum alterum (F XIV 1 = ***R*** *saec. VIII|IX), quamquam in eo ut in A carmen* Iohannis celsi rimans misteria celi *(cf. Festschrift p. 23 sq.) legitur, non fluxisse ex A, quod Traubius coniecerat, in praefatione ad carmen de virginitate demonstrasse mihi videor; ibidem ea collegi, quae a viris doctis de eo sunt disputata.*

*Consentit cum A unus ex ceteris codicibus codex Bruxellensis 10615—10729 saeculi XII (****F¹****), ex quo descriptus est codex Bruxellensis 9799—9809 (****F²****) ipse quoque saeculi XII, non ut dixit van den Gheyn, apud quem accurata eius legitur descriptio in Catalogo manuscriptorum Bruxellensium II 277, saeculi XI. Utrumque codicem olim hospitalis Nicolai Cusani, deinde bibliothecae Bollandistarum fuisse (F¹ = † 120, F² = † MS. 105) notae inscriptae docent; saeculo XV. eos in monasterio S. Iacobi Leodiensis fuisse, ex notis in codice Darmstadiensi fol. 756 — quocum propter scripturae genus cohaeret F¹ — conclusit G. Hellmann, Sedulius Scottus p. 93 sq. Codex F¹ habens folia 231 (28 × 19 ctm.) litteris parvulis a compluribus librariis duabus columnis linearum plerumque septuagenarum est exaratus; folia 191ᵛ col. 2 — 194ʳ col. 2 continent aenigmata; ex verbis fol. 71ᵇ exstantibus, quae ipse primum recte legit* (quod in virgilio sancti eucherii deest in libro cirris (Ciris) hic est), *L. Traubius conclusit eum scriptum esse in Trevirorum vicinitate; recte ab eodem 'medii aevi florilegium longe pretiosissimum' appellatur. In F² (= 204 folia; folia 125—204 duabus columnis scripta) aenigmata leguntur foliis 137ᵛ col. 1 usque ad 140ᵛ med.; hunc codicem ex codice Bruxellensi 10615, quod in egregia utriusque Bruxellensis descriptione (PlaC III 152 sq.) L. Traubius posuit, descripta habere aenigmata, ut probem, ex plurimis, quae praesto sunt, affero haec: praecedit in utroque idem carmen* (Ecbasis captivi) *versusque sequuntur eidem* Linea xp̃e tuos prima est quae continet annos)*; desunt in utroque aenigmata 33, 4—41, 1 (= 2 × 28 versus i. e. folium unum) in utroque post aenigma 76 tria aenigmata (77* Ficulnea, *78* Cupa vinaria, *79* Sol

et Luna = *28 versus = pagina una) exciderunt, in utroque haec tria in fine post n. 100 sunt adscripta; in* F^1 *49, 1 legitur* fabricata patulis metallis *signis transpositionis suprascriptis, in* F^2 patulis fabricata metallis, *item 69, 5* fata reorum fecerunt F^1 fecerunt fata reorum F^2; *n. 62* famaluca *s. l.* f F^1 famfaluca F^2, *v. 1* madidis *s. l.* o *F* madido F^2, *3* udo de gurgite F^1F^2, *66, 3* ambarum *s. l.* o F^1 amborum F^2, *67, 1* Sic capruin *(s. l.* osam*)* crebris *(*capruin *et* osam *atramento magis nigro postea additum)* F^1 Sic ..... crebris F^2 *lacuna inter* Sic *et* crebris *relicta (legendum erat* Sicca pruinosis crebris*), 67, 3* quam vissit F^1F^2 *(*quamvis sit*), 91, 1* nutu *om.* F^1F^2, *92, 7 om.* F^1F^2, *100, 67* qui vibrat at hõ F^1F^2 *(=* qui vibrat athomo*).*

Nec tamen, quamquam eiusdem stirpis sunt A et F^1, *quod vel titulorum forma evidentissime probatur, effici posse puto* F^1 *ex ipso A manavisse; at manavit ex codice illi simillimo, qui tamen iam glossis, quales etiam in A irrepserunt (e. g. 35, 6* libris *pro* biblis*), erat instructus, propter quas facile accidebat, ut hae pro genuina lectione reciperentur velut 53, 5, ubi solus A* gaza *(cett.* dono = *Am*^{2}*) servavit, et iam corruptelas, quae in A nondum inveniuntur, inseruerat ut 53, 2* Sed de famoso *pro* Esseda famoso *A.*

Cum autem ad eundem codicem archetypum redeant A et F^1, *nil mirum, quod etiam in eo consentiunt, quod uterque cum aenigmatibus coniunxit prooemium metricum, quod alii (cf. adnotat. ad prologum v. 1) quasi nihil ad aenigmata pertinens omiserunt, cum alii (*B^1 *et codex Leodiensis Delrii) etiam partem tractatus ipsius, qui de aenigmatibus est, addant. In tractatu inserta ea habent soli K et N et codex Sangallensis S, cuius fragmenta tantum extant; St. Amandinus, quamvis in capitulorum tabula aenigmata enumerat, in textu ea omisit, ut F, qui ea extra textum tractatus habet, sed adscriptis numeris, qui numerum capitulorum tractatus excipiunt. Cum solis Aldhelmianis carminibus coniuncta leguntur in Lemovicensi* P^1, *sed absque tractatu, seu potius cum tractatu, qui est in* P^1, *non conexa, cum aliis aliorum auctorum carminibus in plurimis, ut etiam in Petropolitano et Bruxellensi. Hoc autem maxime mirum, quod in patria poetae non solum nullus extat codex aenigmatum, qui genuinam illam cum tractatu coniunctionem servaverit, sed ne unus quidem, in quo tractatus vel solus sive totus sive pars eius legatur. Mature igitur eius in Anglia oblitterata esse videtur memoria atque ex continenti demum remigrasse videntur aenigmata sola (et pars tractatus prior). Videlicet Beda in historiae ecclesiasticae loco eo (V 18), quo Aldhelmi libros laudat, neque tractatum nominatim affert (*scripsit et alia nonnulla*) neque aenigmata, Willelmus autem Malmesberiensis (similiterque Faricius) aenigmata cum prooemio pro peculiari opere commemorat et tractatus argumentum describens prioris tantum epistulae ad Acircium missae capitula, ut sunt in St. Amandino 378, enumerat omissis aenigmatibus. Quid, quod etiam in continenti aenigmata ad alium quendam auctorem tralata esse videntur, cum Sigebertus Gemblacensis, qui quo loco secundum aetatis seriem Aldhelmum inter aequales Bedam secutus nominat (ut anonymus Mellicensis), aenigmata omisit (de scriptoribus eccles. c. 66 ed. Fabricius), inter decimi saeculi scriptores Adelmum quendam episcopum laudet (c. 132),* qui imitatus Symphrosium . . exprimens et ipse qualitates rerum scripsit Aenigmatum librum & mille uersibus consummavit illum: sicut in capitalibus litteris prologi sui praemonstrat: Adelmus cecinit millenis versibus odas.

Inter eos autem aenigmatum codices, qui ab A et F^1 *discedunt, quamquam nonnulli artiore quadam familiaritate inter se attingunt, nullus est, qui omnes huius classis ita superet, ut pro optimo eius duce possit haberi.*

Eadem aenigmata numerandi ratione praeter ceteros coniunguntur Augiensis (K) Nazarianus (Palatino-Vaticanus 1753 = N) Bruxellensis 4433 (= F; in apparatu critico carminis de virginitate signum eius est B), quorum duo primi aenigmata in tractactu ipso, tertius una cum tractatu sed extra eius textum post capitulorum enumerationem habet: de K et N supra p. 36. 37, de F in prolegomenis ad carmen actum est; hic pauca,

quae ad aenigmata pertinent, addam. Qui in KN primo aenigmati adscriptus est numerus XII, praecedentem capitulorum numerationem (XI = De metrica prefatione et precatione enigmatibus congruente*) excipit, ita ut inde a XII (*Terra*) singula aenigmata pro capitulis singulis numerentur ad CXI (*Creatura*); F et ante tractatum (fol. 1^{rv}), in quo omisit aenigmata, inter capitulorum tractatus enumerationem sub numeris XII—CXII aenigmatum titulos habet, et ante aenigmata fol. 55^{r}—57^{r}: hunc indicem alterum correctum esse priorem inprimis docet n. CIII (= 91), ubi in inferiore margine — in textu* De palma — *adscribitur m^{1} (?) ex illo* De palma quae fecundita frondescit. *Fol. 55^{r} sq. inde a LI usque ad CXII numeri una lineola erasa sunt emendati; quamvis ut in priore indice titulus capitis XI (*De metrica praefatione et praecatione *(&* p̄catione *in priore s. l. additum est)* enigmatibus congruente*) ita in altero legitur, tamen praefatio metrica ante aenigmata deest, ut deest in tractatu; aenigmata duabus manibus sunt scripta, quarum altera incipit a f. 66^{v}. Quemadmodum autem in numeris, ita etiam in eo consentiunt codices KNF, quod nullus eorum titulos aenigmatum adscripsit; attamen hi tres non eiusdem sunt recensionis, cum K cum P^{1}, de quo iam acturus sum, consentiat, N et F conspirent.*

*Sequuntur inter se artissime conexi Parisinus 2339 (P^{1}) saeculo X et Leidensis Is. Vossii = codex Latinus 8° 15 XII saeculi XI initio scriptus (L). Ille commemoratus est in prolegomenis ad carmen de virginitate: leguntur in eo aenigmata fol. 47^{r}—58^{v}; sequitur epistula ad Acircium, in qua fol. 74^{r} nullo spatio intermisso finem prioris partis (*nisi scrupulose introgationes tuae anticipantes festinationē meā vi quidam *(sic)* p̄occuparent*) excipit praefatio aenigmatum metrica, quae ut ante aenigmata fol. 47^{r} omissa est, ita hic nulla explicatione addita sine aenigmatibus legitur sequente continuo* Δ Expositis igitur. *Parisinum hunc olim fuisse Lemovicensem in prolegomenis ad carmen demonstravi; ex eo descriptus est codex, ipse quoque olim Lemovicensis, sed illo multo celebrior, Vossianus, quem, antequam in bibliothecam monasterii St. Martialis veniret, fuisse Ademari grammatici, cultoris St. Martialis Lemovicensis studiosissimi, ex eis comperimus, quae leguntur fol. 141^{v}:* Hic est liber sanctissimi domini nostri Martialis lemovicensis ex libris bonae memoriae ademari grammatici; Nam postquam idem *(eras.)* multos annos peregit in domini servicio ac simul in monachico ordine in eiusdem patris coenobio: profecturus hierlm ad sepulc(h)rum domini nec inde reversurus multos libros in quibus sudaverat eidem suo pastori ac nutritori reliquid ex quibus hic est unus. *De Ademaro, qui obiit anno 1034, conferendi sunt L. Mueller Mus. Rhen. XX (1867) 635 sq. V. Rose Catal. codicum latinorum Berolinensium I 202 sqq. L. Delisle Notices et extraits XXXVI 301—320, qui egregie et de codicis auctore atque argumento egit et in tabula tertia imaginem eius dedit, G. Thiele, Der illustrierte Lateinische Aesop. Lugd. Bat. 1905, cf. etiam R. Stettiner, Die illustrierten Prudentiushandsch. p. 11—14 et tabb. praef. p. 18, 2. Partem codicis ipse scripsit Ademarus, partem transcribendam curavit: ea folia (= fol. 147—154, 21 × 15 ctm.), quae Aldhelmiana continent, non ipsius manu litteris minutis sunt exarata. Quantum autem tribuerit Aldhelmo Ademarus et quam prudenti iudicio eius in propagandis studiis grammaticis auctoritatem perspexerit, optime ex brevi grammaticae latinae per prima medii aevi saecula historia potest intelligi, quae codicis foliis 147^{v}—148^{r} inserta exstat. Edidit gravissimam hanc enarrationem primus L. Delisle l. l.; initium eius, utpote quod maximi sit ad Aldhelmi litteras momenti (cf. L. Traube Vorlesungen II 164 sq.), hic repetam:* Theodorus monacus quidam a tharso ciliciae atque adrianus abbas scolae grecorum romae quondam positi · simulque grecis ac latinis litteris, liberalibus quoque artibus instituti a papa Romano brit(t)aniarum insulae sunt directi ac eandem tam salubribus fidei documentis quam secularis philosofiae inlustrarunt disciplinis. Quorum discipulatu Aldelmus quidam vir venerandus inhaerens Bedam dinoscitur habuisse successorem. Ex cuius fonte quidam cuius nomen excidit fluenta hauriens doctrinae Rhabanum cognomento

Maurum eruditorem propriae reliquit successorem *e. q. s.; in fine legitur*: Recapitulatio nominum: T(h)eodorus monacus et abbas adrianus. Aldelmo instituerunt grammaticam artem, Aldelmus Bedam, Beda Rhabanum, Rhabanus Alcuinum, Alcuinus Smaragdum, Smaragdus Theodulfum, Theodulfus Iohannem et (H)eliam reliquit *e. q. s. Excipiunt hanc enumerationem omissa praefatione aenigmata, quae ut in* P^1 *inscribuntur* epygrammata althelmi *(in margine quoque additum est* epigr̃ altelmi*), quo titulo quod utique notandum est, etiam is liber insignitus erat (*Adhelelmi epigrammatum opera*), quem Eulogium ex* Pampilonensium territoriis *Cordubam medio saeculo nono asportasse Albarus testis est (cf. L. Traube PlaC III p. 124). In singulis Vossiani lineis bini versus leguntur, interdum ita tertii initium, ut reliqua versus verba in vacuis priorum linearum finibus sint posita. Ex Lemovicensi priore =* P^1 *Ademari voluntate L esse transcriptum, non est, quod fusius demonstrem, cum per totum librum appareat; eum, postquam manu secunda* P^1 *correctus est, ex* P^1 *esse descriptum, ut e plurimis pauca afferam, hi versus doceant: tit. n. 38* tippula ł appula ł capra aquosa ·|· vermis *L* Tippula vel appula idem vermis: *add.* m^2 *in marg.* capra aquatica P^1*; 48, 9* ni tantum sidera tricent *L* nittu *suprasc.* v P^1 *(voluit librarius* VII = *septem); 51, 2* fulmina *L* flumina l *in* c *et s. l.* l m^2 *(voluit* culmina *sed eradere* f *oblitus est librarius)* P^1*, 53, 2* mergo ł uergo *L* non ergo *s. l.* m *et supra hoc* ł uergo m^2 P^1*, 88* aspis ł basiliscus *L* aspis m^2 *add.* basiliscus P^1*, 93, 9* scinifes *in marg.* scifis *L* scinifes *in m.* m^2 scifis P^1*, 95, 10* palmula que varemis LP^1*, 100, 41* cedit cui stippula *L* cedit cui tippula *s. l.* s P^1*. Post aenigmata in L (*EXPŁ ENIGMATA DE VARIIS REB*;* Adelmi epī = P^1*) leguntur (*Inciṗ de metrica arte*) excerpta ex tractatu ad Oswaldum, quae edidi post tractatum metricum ipsum.*

Cognatum autem cum eo libro archetypo, qui librario codicis P^1 *(L) praesto fuerat, eum codicem fuisse, qui adhibitus est in* PP^4OE*, docet versuum 100, 61—67 in his codicibus post v. 43 positio. Ac Parisinus quidem 16700 (=* P*), de quo videnda sunt, quae in prolegomenis ad carmen de virginitate dixi, aenigmata (= fol. 99—114) postea demum cum praecedente codicis parte (= fol. 56—98 = carm. de virg.), quae ne ipsa quidem ab initio cum priore parte cohaerebat, coniuncta habuit. Scripta sunt haec folia (fol. 99*^{r} INCIPIUNT ENIGMATA ALDHELMI*) a novo librario et incipiunt a prooemio, cuius primus versus rubris maiusculis rusticis exaratus est nec singulari titulo ab illo separantur. Tituli autem aenigmatum in duobus ultimis praecedentis ternionis foliis (= 96*^{r}*—98*^{r}*; folium 98*^{v} *vacuum mansit ut f. 114*^{v}*) sunt addita, quo tempore aenigmatum folia cum eis, in quibus carmen de virginitate legitur, in unius codicis corpus erant coniuncta. Communia hic plurima habet cum codice Parisino 8440 saec. X/XI (*P^4 = *A Gilesii) olim Colbertino 6309 = Regio 6609, de quo conferendus est Catalogus bibliothecae Regiae III 4, 459 A. Riese Anth. Lat. II*^{1}*, XXV sq. Malcynii liber de aenigmat. Aldhelmi p. 23.: folia (19* × *12, 8 ctm. linearum vicenarum) sunt quadraginta = quatuor quaterniones et unus quinio, cuius folia duo sunt excisa, in fine per I, K, L, M, N notati, unde partem tantum codicis eos esse apparet. Fol. 1*^{r} *leguntur* Versus cuiusdam poetae ad quendam puellam *et* Responsio puellae ad poetam *(= Anth. Lat. R 728. 729), fol. 1*^{v}*—11*^{v} *aenigmata Simfosii I—XCVII (desunt LI. LXI. LXXI; LXI (*de ancora*) in fine additum est) 11*^{v}*—13*^{r} *tituli aenigmatum Aldhelmi numeris I—C additis (*INCIPIUNT CAPITULA DE ENIGMATIBVS ALDHELMI*; nonnullis titulis adscriptae sunt notae tironianae) fol. 14*^{r}*—36*^{v} *aenigmata, post quorum finem leguntur versus, quos quamvis ad Aldhelmum non pertinentes post aenigmata edidit Giles. Fol. 37*^{r} *legitur carmen anonymum versuum septendecim manu recentiore scriptum:* Unde tuos sodes volvisti tendere gressus, *quod edidit A. Riese in anthologia sua (ed. I) II p. XXV sq.: in quo notanda sunt haec:* sodes = sodales *(cf. carm. rhythm. 5, 5),* lector = doctus, fasti = libri *(cf. L. Traube Perrona Scott. p. 478),* pompiferum nomen, filoxiniae*: Hibernica haec sunt et Aldhelmiana, unde coniectura facienda de carminis origine. 37*^{v} *sq. leguntur* Uersus

contra aebrietatem *Eugenii Toletani (carm. VI ed. Vollmer p. 236) et* disticon in filomela *(Anth. Lat. 658 R) 38*^{v} De voce hominis *(Anth. Lat. 730 R)* Ĩt aurea concordi q*: (Anth. Lat. 390 R) 39*^{v} Ver(sus) de triclinio papae urb̃ romã translat̃ *(ed. Maleyn p. 28 sq.) 40*^{rv} versus de mensibus (Ianuarius—November: *cf. Riese l. l. p. XXVI). In fine igitur ut initio codex mutilus est: habemus partem anthologiae initio medii aevi collectam, in quam recepta erant Aldhelmi aenigmata.*

Primum anthologiae alterius circa Ludowici Pii tempora collectae locum aenigmata Aldhelmi obtinent in codice Lipsiensi (Bibl. urbanae Rep. I 74 = O saec. IX|X), ut L. Traubius censuit, in Francogallia in pago Aurelianensi scripto atque, praeter vetera carmina et tunc ipsum composita, etiam aenigmata Bernensia q. d. continente; cuius codicis accuratior debetur notitia M. Hauptio (opusc. I 287 sqq.) cf. etiam W. Meyer Ges. Abh. II 155. A. Riese Anth. Lat.^{2} *I, XXXVII. S. Tafel, Die Überlieferungsgesch. von Ovids carm. am. Tübingen 1910 p. 8. Leguntur Aldhelmi aenigmata in foliis 1—13*^{r}*; tituli praeter n. 7 in margine sine numeris adscripti sunt, singula aenigmata initiali tantum rubra divisa. Duo versus rubro colore carmini praefixi paene toti evanuerunt; in fine legitur* EXPL ENIGMATA ALDHELMI POE: *Inter folia 8 et 9 (singulae paginae, 20 × 13,5 ctm, versus habent vicenos) desiderantur versus 52,8—92,7 = 322 versus: excidit igitur quaternio totus (in marg. fol. 8 legitur Q I); praefatio in O exstat, in qua maxime notandum, quod pro v. 25 in textu legitur* Ullaque mundo candida miro sidera nutu, *qui versus in P et B in margine legitur. In solo Lipsiensi causa patet, cur fieri potuerit, ut hic versus inreperet: sequitur in eo aenigmata carmen versibus Adoniis compositum (*Nunc tibi, Christe, | carmina laeta | laude canemus*) in fine mutilum. Textus Aldhelmi multa cum P et assecla eius P*^{4} *habet, quae concordent: item atque isti duo — sed in hoc consentire etiam P*^{1}*L et E iam monui — versus 100,61—67 habet post 100,43; legit cum PP*^{4} *3,1* nec in parte *omisso* et *et* nullum *3,4* faciam madidis mundum *4,4* Et frontemque meam — luxum quam *23,2* recte *27,2* duritiam *28,3* gnossia *30,1* dene *92,7 omissus 96,10* serpit *100,39* dictu *42* funditque; *etiam hinc Gallica codicis Lipsiensis probatur origo.*

Varium et multiplex est argumentum codicis Parisini 2773 = P^{3} *saec. XI = Colbertini 4246 Regii 4328 cf. Catal. biblioth. Regiae III 4,330 A. Maleyn p. 108 sqq. A. Riese Anth. Lat. I*^{1}*, LVIII. Post Prosperi epigrammata habet 1. duo carmina satis corrupta de Iesu (quae eisdem fere corruptelis depravata, sed ordine inverso leguntur in R cf. praefat. ad carm. de virg.), 2. versus Silvii de cognomento salvatoris (*Spes ratio via vita salus sapientia lumen *e. q. s.). 3. De Andrea, de Petro, de Ioanne baptista, de Iustino, inscriptio arae, de Adriano papa. 4. Versus sybillae (sunt 27 hexametri, quorum initium* Iudiciis signum*(?)* tellus sudore madescit, *finis* Recedet e caelo ignisque et sulphur et amnis: *acrostichon esse oportet* Iesus C(h)reistos *τεου υιος* soter, *sed versuum ordo est perturbatus; simile est carmen cod. Lipsiensis (cf. Haupt l. l. p. 289), quod inscribitur* Incipit versus Sybillę de iudicio dei. *5. Item versus Sibillae magae (est sermo prosaicus), 6. fol. 24—67 Arator cum praefatione, 7. 68—83 Serenus Samonicus, 8. 83—84*^{r} *Versus de filomela (ed. Riese in adnotatione ad Anth. Lat. II*^{2} *p. 131) et de calvo (versus sex omisso titulo; ed. Riese in adnot. ad Anth. Lat. II*^{2} *p. 150), 9. 83*^{v}*—85 Epistola ad papam aliquem (sic secundum catalogum;* Inc.: Domino clementissimo cunctorumque sub caelo degentium reverentissimo, *expl.:* et post multorum curricula annorum vos adgreget consortio sc̄orum*). 10. Ad zonam (hexametri et versus adonii: inc.* Lumbos cinge tuos manibus ter lumina clara, *expl.:* Haec volo zona cingat amicum Vivat ut ipse sospes ubique*). Ad stolam (*Haec humeros cum stola sacrisque altaribus astans Ad dominum puro pectore funde preces*). Ad fanonem (distichon cum duobus versibus adoniis:* Per me tergatur blande quod sorde videtur In labiis oculis in naribusue tuis. Me rogo prende lector honeste; Monstro *(l.* Monstra*)* vidento ceca legenda*).*

*11. 85^{v}—90^{v} Praecepta moralia et Catonis disticha (*Eiusdem versus*; in fine* Explicit liber Catonis IIII. In nomine dei summi incipit praefatio Simphosii*). 12. 90^{v}—93 Simfosius: praef. 3 sqq. et aenigmata 40—100; desunt 59. 78 (sed hoc in fine suppletum). 94^{r} numeri titulique (I—XCVII) aenigmatum Simfosii tribus columnis: in fine* XCVI De monumento | XCVII De ancora*) 94^{v} iterum praefatio Simfosii 1 sqq. et (alia manu) carmen de diebus aegyptiacis (in marg.* Isti sunt dies egyptialis*; Anth. Lat. 736 R = 680^{a} ed. 2) 1. 2. 7—19. 21. 13. Aldhelmi aenigmata: 95^{r} praefatio metrica sine titulo, 95^{v}—107^{r} aenigmata 1—100, 36 (tituli sine numeris plerumque in margine); sequuntur columnis duabus ut in Simfosio tituli aenigmatum cum numeris (*I De precatione enigmatibus congruente . . XCVIII De creatura retractatio reciproca*: ad n. 85 (*De ceco nato*) numerus deest; ad 91 (*De palma*) et 92 (*De faro editissima*) bis idem numerus XCI est adscriptus). 14. Versus rei metricae causa collecti et glossae; Carmen de alphabeto = Versus cuiusdam Scotti de alphabeto = Baehrens Plm V 375 sqq.; saepius haec in codicibus cum aenigmatibus Aldhelmianis coniuncta leguntur ut in $B^{1}CEF^{1}F^{2}$, cf. Traube PlaC III 153 n. 19; notandum tamen in P^{3} pro versibus 64—66 legi versus Maximi de Y littera (= Baehrens Plm V 148; sed in P^{3} primus versus incipit:* Littera sum parii*) et quinque versus:* I quoque maiorum quondam servata vetustas *e. q. s.; pro versibus 67—69 versus octo:* Sumpsit ab artigraphis Augusti tempore grecis *e. q. s.; edidit haec J. Klein Mus. Rhen. XXX 468 sq.;* mei topo*, quod in versu de littera Z quarto legitur, est pro* mei loco *vel* pro me*; hoc, ut verba, quae leguntur graeca in litt. Y v. 16, originem demonstrare videntur Hibernicam); sequuntur versus varii ut Hilarii, Ambrosii, Augustini (Anth. Lat. 721 et 738^{a} R), Tetrasticon Ovidii Nasonis carmen (Anth. Lat. ed. R. I^{2} p. 16 : 2, 1—4), Martialis. 15. f. 111—123 manu alia scriptus est Comes q. d.:* Incp̃t capitulare euanglr̃ de circulo anni. *Etiam hunc codicem ab initio mutilum esse docet, quod in margine folii 107 legitur XXIV; uno loco mirum in modum consentit cum F; nam 94, 9 in textu legitur 96, 10, qui adscriptus post hunc versum in F in margine legitur.*

Cum carminibus minoribus (f. 5 Disticon de filomela = *Anth. Lat. 658 R, Eugenius Toletanus c. 30—33; idem in P et C; 5^{v}—8* opusculum Beati Eugenii*: continet Eugenii praefationem et carm. 1—3. 4. 6. 7. 38. 37. 28. 42. 70; versus, qui intercedunt inter haec et priora Eugenii, ediderunt Maleyn et Vollmer; 58^{v}—59^{v} (*Alcuini*)* conflictus veris et hiemis = *PlaC I 270 carm. LVIII: idem est in P et fuit in C; 59^{v}—60^{r}* Nomina nouem musarum*) et cum tractatibus grammaticis (1—4 Servius Honoratus; 60^{r}—68^{v} Dialogus grammaticus, cuius finis est:* Sunt et aliae plurimae interiectionum significationes, quae tamen ex his quattuor veluti quibusdam perturbationum fontibus dimanare dicuntur; explicit discipulus*; personae significantur per* Δ *et* ✕*) coniuncta leguntur aenigmata sine titulo et praefatione in Parisino 7540 = P^{2}, fol. 69—74 (Colbert. 5530 Reg. 6069) cf. Catal. bibl. Reg. III 4, 371, J. Klein Mus. Rhen. XXII 299, F. Vollmer editionis Merobaudis, Dracontii, Eugenii praef. p. XLI, A. Maleyn De aen. Aldh. p. 97 sq. Scriptus is codex variis saeculi decimi manibus septuaginta quinque folia habet (18, 5 × 14, 2 ctm.); singula folia versus habent initio vicenos singulos, sub finem vicenos senos. Versus aenigmatum non sunt distincti; aenigmata tituli maiusculis rusticis sine numeris concepti separant; versus ultimus est 63, 10* Littera tolletur *e. q. s. Folium ultimum vacuum est; suo iure Maleynius hunc codicem ex libro Anglosaxonicis litteris exarato transscriptum esse coniecit. Ut in eis, quae continet, ita in textu Aldhelmi similia plurima habet codici Vaticano-Reginensi Alexandrino 2078 (= V) saec. X, ut 5, 1* Camnantis*, 10, 2* troculentos*, 19, 1* Squamosa *Vm^{1} = P^{2}, 3* Torrida *om. $P^{2}m^{2}$ in marg. V, 4* qui *$P^{2}Vm^{1}$, 22, 2* umquam *$P^{2}Vm^{1}$, 26, 2* veteres*, 33, 3* ne garrula *($P^{2}Vm^{1}$), 43, 6* curram *($P^{2}Vm^{1}$), 44, 7* sum claris*, 47, 2* curram*, 6* tullerunt*, 48, 7* neo *(=* neu*) . .* cerura*, 49, 2* profundum*, 50, 1* viride *52, 2* candescunt*, 6 (*ut de*), 55, 9* trabs *Vm^{1}, 60, 8* pandit *s. l.* e *P^{2}* pendit *Vm^{1}; etiam saepius in titulis e. g. 11. 12. 13. 16. 17. 23. 54. 63 P^{2} et V consentiunt.*

Hunc ipsum Vaticanum 2078, olim Petavianum saec. IX/X = V descripserunt post Reifferscheidium Bibliotheca patr. lat. ital. I 319 sq. E. Duemmler Neues Archiv IV 142—145 (cf. PlaC I 393 sq.), Peiper, Alcimus Avitus praef. p. LXVII, Vollmer l. l. p. XLI, Maleyn p. 78 sqq. Continet codex anthologiam aevi Carolini (= Hibernicum exulem et Bernowinum = Angilbertum, cf. Traube Karoling. Dichtungen p. 52 sqq.) et cum poetis maxime tum probatis ut Avito, Prudentio, Eugenio Toletano (etiam Catonis versus in codice exstant) Aldhelmum, cuius carmen de virginitate ab initio et a fine mutilum (i. e. versus 153—2700) legitur fol. 81—113, et post Authelmi *monachi epitaphium (ediderunt Duemmler PlaC I 407, Maleyn p. 79), fol. 123—135^{r} Aldhelmi aenigmata* (Incipiunt enigmata aldelmi — Expliciunt enigmata de variis reb; aldelmi *(s. l.* h*)* epī*) sequente Simfosio. Initio aenigmatum adscriptum legitur manu Angeli Maii:* ed. hinc usque ad p. 135 A. Maius. *Codex nitide scriptura Carolingica scriptus aenigmata singula (*De terra, De vento *e. q. s.) additis numeris (I—V praescripto* R*) separat, primi versus maiusculis sunt scripti; manus secunda et textum correxit et glossas adspersit sat amplas, sed inde a n. 37 rariores, sub finem fere deficiunt. Plurima temere ipse librarius mutavit e. g. 7, 2* quod punit et quod ira vorat, *8, 1* athlante natas *m*^{1}, *8, 3* ara poli, *11, 4* capitaliter. *Ad n. 23 additum m*^{2} *legitur* in aliis inveni huiusmodi titulum id̄ Binę*; qui titulus cum in nullo codicum nostrorum legatur, codices in V adhibitos esse apparet tales, quales nunc non iam exstant; ad 95, 5 recte adscriptum est:* iste plus hic versus habetur.

Item cum aliis aliorum carminibus Aldhelmi feruntur aenigmata in Anglicis codicibus, quorum in duobus poetarum aenigmaticorum, si non omnium, attamen laude maxime florentium quasi corpus nobis traditum est. Ex quibus primo loco affero codicem Musei Britannici Regium 15 A XVI = B saec. IX, quem ex monasterio Sancti Augustini Cantuariensis oriundum esse nota fol. 1^{a} exstans indicat Di. XL g̃. II *(infra scriptum est* C. Iuvencus c. a. liƀ Scī Aug̃ Cant. | z̄ enigmata Adelmi | Scolica glossarum*) cf. M. R. James The ancient libraries of Canterbury and Dover p. 364 n. 1438 p. 521 (= Mss. Angliae n. 8611). Descriptus est codex in [Thompson] Catalogue of Ancient MSS. in the Brit. Mus. II 74, ubi folii alterius (ex Iuvenco) addita est imago cf. etiam A. Maleyn p. 190 sqq. et A. Napier The old Engl. glosses p. XVIII n. 25: hic codicem saeculo XI adscribit, cum C. Zangemeister (Sitzungsber. der Wiener Akad. 1876 (84) p. 514 n. 1 et 2) eum saeculo VIII scriptum esse dicat. Hic quoque codex, si Thompson recte iudicat, in Francia scriptus saeculo IX et saeculo X (fol. 1. 7 et 67 = aenigm. 66, 3—73, 6) suppletus, in Anglia saec. XI cum extrema parte coniunctus continet folia 84 (21 × 14, 5 ctm.; in singulis paginis sunt lineae vicenae octonae) i. e. 1. 1—59^{r} Iuvencum cf. I. Huemer ed. Vindob. p. XXVII. 2. 59^{v} sine titulo praefationem Aldhelmi aenigmatum v. 1—28 (errat igitur cum Casleio C. Zangemeister, deesse eam dicens) et f. 60 (*Incipiunt enigmata Althelmi grāmatī*) — 73^{v} (*Expliciunt aenigmata Althelmi aegregii grammatici*) Aldhelmi aenigmata; fol. 60—66 altera manus scripsit. Non numerata sunt singula aenigmata, sed dena fere complexa (X. XX. XXX. LXXX. XC); tituli litteris uncialibus in margine leguntur; in fine 73^{v} initium Bedae libri de arte metrica capitis XXV pars prior (*incipiunt de poematibus: Poematos autem genera sunt tria — quo apud nos genera cantica can . . *[59^{v} et 60^{r} manu recenti (Patricii Youngii) lectores ad cod. Reg. 12 C XXIII = B*^{1} *relegantur]. 3. 74^{v} (74^{r} vacuum est) — 83^{v} scripta sunt manu saeculi XI* Scolica glosarum *cf. G. Goetz Corp. Gl. V 583; fol. 84^{a} delineatio ecclesiae tribus turribus ornatae, 84^{v} ornamenta Anglosaxonica cernuntur: haec in codice, postquam in Angliam tralatus est, sunt addita. Ut in forma titulorum cum B*^{1} *et C consentit, ita in textu ab his codicibus saepissime dissentit; quod in margine eius, ut in Parisino 16700, legitur versus ille mirus praef. 25, qui in textu est Lipsiensis, nec tamen artior ei cum illis codicibus intercedit cognatio, non mirum est, quoniam praefatio non ab initio cum textu eius fuit conexa.*

Sequitur codex B^1 = *codex Musei Britannici Regius 12 C XXIII, quem primus ad Aldhelmi textum adhibuit nota A insignitum Thomas Wrightius in The anglo-latin satirical poets and epigrammatists of the twelfth century vol. II (London 1872) p. 535 sqq. cf. etiam p. 525; ex eodem codice ille Tatuinum edidit; cur Eusebium ex eo edere noluerit, item latet atque cur codice optimo usus nec in aenigmatum ordine nec in textu constituendo codicem sequi voluerit, sed in utroque secutus sit Gilesium. Scriptus est codex saeculo decimo, non nono, ut Wrightius et Miss Thompson, quae codicem in Maleymii usum contulit, nec undecimo, ut A. Napier statuit. Codex centum duodequadraginta foliorum (24,5* × *15 ctm.), in quibus vicenae binae sunt lineae, pulcherrime scriptus et decoratus viridibus rubrisque inscriptionibus litterisque initialibus egregie in mirarum beluarum capita desinentibus, olim codex Arundelii, continet post Iuliani prognostica (= Patrolog. Latin. XCVI 453 sqq.) fol. 84ª—103ᵇ Aldhelmi aenigmata, quibus f. 79ᵛ—82ᵛ praemissa sunt (*Incipit prologus Aldhelmi super enigmata*) ea, quae leguntur in tractatu metrico p. 228, 36 G—229, 36 (*Simphosius versificus poeta metricae artis peritia preditus — profari perhibentur*), deinde p. 230, 6—233, 3 (*Et psalmista—lucem scandentis confundant; finit aīn.*): has tractatus partes, sed post* primum prologum *i. e. praefationem metricam, aenigmatibus praemisit etiam Delrio ex codice Leodiensi; sed utrum in hoc ordine Delrio codicem suum secutus sit, an suo arbitratu ordinem ut in aenigmatibus mutaverit, solo codicum aliorum consensu potest discerni. Sequitur in* B^1 *f. 83 praefatio metrica (*Incipiunt enigmata Aldhelmi poetae anglisaxonis*); in fine legitur* Incipiunt enigmata aedita ab Aldhelmo archiepō *(corrigere voluit Wrightius Biogr. Brit. Lit. I 210 adnot.* archiepiscopi, *sed licet re vera falsum sit, tamen genuinum esse docent cod. Rawlinsonianus et Bruxellensis 9583 et Cantabrig. Corp. Christi)* Theodori rethoris discipulo dactilico carmine *(84ʳ)* Quaternis quoque versibus contexta quae greca lingua tetrastica dicuntur | De terra incipiunt; *inde aenigmata leguntur usque ad f. 103ᵛ; in fine* Expliciunt enigmata Aldhelmi. *Aldhelmum excipit Simfosius (104ʳ—113ᵛ), hunc Eusebius (—121ᵛ) hunc Tautunus (sic!) 121ᵛ—127ʳ. In ultimo codicis folio (137) leguntur, ut in* P^3 *(cf. supra p. 49)* Versus cuiusdam Scotti de alphabeto. *Habemus igitur in* B^1 *primam aenigmatum Anglosaxonicorum una cum Simfosianis collectionem, quae etiam aliis aenigmaticis aucta repetita est in codice longe celeberrimo Cantabrigiensi* **C**, *qui ut* B^1, *olim fuit bibliothecae St. Augustini Cantuariensis cf. proll. ad carm. de virg.*

Leguntur in hoc inde a folio 370ᵛ post laudes de philomela *aenigmata Eusebii et Tautuini (374ᵛ), deinde post* dogmata Albini ad Carolum imperatorem *et* Versus cuiusdam Scoti de alphabeto *(381ʳ)* Bonifatii *aenigmata, tum post minora quaedam, quorum ultimum est epitaphium Alcuini,* enigmata Simphosii *et* Althelmi enigmata mille versibus decurrentia *cum praefatione metrica (394ʳ—407ʳ) et post Catonem Columbanus de bonis moribus observandis, Beda de die iudicii, duodecim versus paradoxa vel aenigmatica continentes*). Post haec, interiectis eis, quae F. Ienkinson, Hisperica famina p. XXXVII enumerat — graecanica pleraque sunt —, leguntur iterum*

---

*) Nil herebo melius, celo sic (nil?) peius habetur.
Vilius aut potius (peius?), quam quod pretio caret, est quid?
Bis titivicilium plumbum numerat trutinando. *In marg.* titivicilium si in statera
Ter sese cedit (caedit?) prope peiori meliusque. (?) [mittitur, parum valde trahit.
Plus honeris hoc est, quod iam minus aggravat orcam (*l.* arcam?).
Littera quae mutata saporem mutat acerbum? F M MEL
Quae sensum vertit monosillaba grammata servans, OS
Vel quae pars urbem dissillaba versa parabit? AMOR
Nemo supinum non amat omnipotens nec amantes? NEMO, OMEN
Quid dat hac illacque meanti pabula panis? SEGES
Gramma pedem sine sanguine quod tollit copulatum? A | PES
Quae res sola est recta sodalibus uncis? I

versus octo, qui sub aenigmatis forma nomina corporis partium et disposionum graeca afferunt, adiecta eorum interpretatione, quam littera super singula verba scripta indicat (edidit haec Ienkinson l. l.), deinde post Strabonis versus super Tedeum Bibliotheca magnifica *(fol. 423^v—425^v), quo titulo iterum aenigmata comprehenduntur, quae edidit Giles in Anecdotis Bedae (London 1851) p. 50—53. Habetur igitur in hoc saeculi undecimi codice plane singulari aenigmatum collectio tam aliunde repetita quam tum demum instituta, quali nulla usquam extat uberior interpositis multis, quae ipsa quoque ad delicias usumque hominis clerici eiusdemque litterati optime quadrabant. Addo in C singulare hoc exstare, quod aenigmatis ultimi versibus nonnullis (100, 9. 10. 17. 20. 21. 28. 29. 34. 35. 70. 73) cryptographice verba litteris uncialibus adscripta sunt, quae ita constant, si pro litteris singulis antecedentes ponuntur.*

Codicum autem B^1 et C affinitatem in Aldhelmi aenigmatibus non solum titulorum congruentia probat et quod in utroque codice n. 23 ante n. 50 et pars aenigmatis n. 97 pro aenigmate singulari legitur, sed etiam textus conformatio cf. praef. v. 6 Limphida *aen. 3, 1* terramque profundam, *2* nec in parte, *8, 2* choors, *19, 4* constat, *21, 3* suesco *25, 3* calibis, *33, 6* atque tamen vestis, *74, 3* retinacula filo, *4* tyrannum, *5* ingentes, *93, 7* pinniferosque, *94, 1* botris, *95, 5* Femora cum coxis surras, *96, 10* serpit, *97, 11* Virgilium, *100, 4* valebo, *60* pannum*; nec tamen simpliciter exemplar suum, quo etiam B^1 usus erat, C transcripsit, sed suo iudicio nonnulla eum mutasse constat e. g. 53, 2, ubi B^1* Famosum gesto nomen, *C* Sed famosum gesto nomen *legit: pro eo, quod esse oportuit* Esseda famoso gesto cognomina*; corruptionem omissa prima voce et mutato eo, quod est* cognomina, *inceptam C quocumque modo emendare studuit.*

*Sequitur codex Oxoniensis Rawlinsonianus **E**: etiam de hoc dictum est in prolegomenis ad carmen de virginitate. Hunc cum B^1 eiusdem originis esse vel ipsa declarat inscriptio:* Incipiunt enigmata ab Aldhelmo archiepo Theodori rethoris discipulo dactilico carmine quaternis quoque versibus contexta *e. q. s. cf. supra p. 51; cf. etiam 21, 3* suesco = B^1C, *33, 6* nec duro = B^1, *64, 3* iura = B^1, *20, 2* nigrescens = B^1, *74, 3* retinacula filo = B^1C, *74, 5* ingentes = B^1C, *74, 9* tenues extendere = BB^1C, *94, 7* clades = B^1, *100, 4* valebo $B^1m^1Cm^1$*; sed ut hic, etiam alibi (cf. e. g. 100, 82* inficiens E = B^1C, *sed* fici Em^2 *in ras.) consensus iste manui demum alteri debetur. Correcturis enim rasurisque plurimis, ut in carmine de virginitate, textus in E mutatus est; sed iam manum primam ex fonte, in quem duae recensiones confluxerunt, sua hausisse inde concludendum est, quod 100, 61—67 post v. 43 leguntur et in aliis quoque E cum P^1 consentit cf. e. g. 100, 47. 49. 50. Etiam hoc memorabile est, quod ut in B^1C (et P^3), ita etiam in E legitur carmen de alphabeto, sed E hoc habet singulare, quod hi versus (fol. 13^v:* C·VERS DE NOMIÑ·LITTERARŪ. ‖ A. Principium vocis veterumque inventio mira*; desinit:* Per me saepe patet numerus de lege sacratus*; desunt igitur versus de V et Z) in aenigmata ipsa sunt recepti; nam post 98, 6, cui praefixus est numerus XCVIII, hoc carmen legitur praefixo numero XCVIIII sequiturque sine numero* De camelo *et postremo n. CI* De creatura*: carmen autem illud ut tam saepe in codicibus aenigmatum legatur, factum esse videtur propter aenigma n. 30.*

*Ex Sangallensibus, quos in praefatione ad carmen de virginitate enumeravi, tres tradiderunt aenigmata: is, cuius fragmenta tantum exstant in codice Sangallensi 1394 = **S** et Sangallensis 242 = S^1 et Bremensis = S^2; de fragmentis in prooemio ad tractatum metricum p. 37 dixi, de S^1 et S^2 hic paucis absolvam. Quamquam ex codicis S reliquiis unum solum folium servatum est aenigmata continens, hoc tamen potest demonstrari, eam, quae codici S subest, textus recensionem eandem esse atque archetypi codicis Augiensis (legitur in KS* Item senis vel septenis versibus seu pluribus, *in utroque 32, 4 ante 32, 3; 25, 3* metallo, *32, 6* segiti*), qui, ut ipse quoque olim Sangallensis, aenigmata in ipso tractatu inclusa habet, et consentire ita cum codice Bremensi =*

S^2, ut hunc ex S manasse verisimile fiat: nam et ea, quae modo attuli, fere omnia (32, 6 in S^2 legitur segeti*) communia habent S et S^2 et contra S^1 una consentiunt, 34, 6* celebris spolians *(*spolians celebris *S^1), 35, 5* raucisono *(*raucisonans *S^1), 36, 1* acervis *(*acerbis *S^1). Bremensis autem = Bremensis 651, quem strictim iam loco supra memorato tetigi (cf. etiam E. Steinmeyer, Die althochdeutschen Glossen IV 395 et progr. Gothanum 1904 p. 2 sq.) scriptus saec. IX|X, re vera parvus (12, 7 × 15 ctm.), ut in catalogo Sangallensi saec. IX|X dicitur, foliorum est triginta quatuor; paginae lineas habent denas quaternas, ultimae denas ternas; ab initio et a fine mutilus est; a Bartholomeo Schobingero pervenit ad B. Goldastium, cuius cum libris Bremam translatus est. Qui nunc codici inscriptus est titulus* Bedanus Monachus glossae, *ex eo ortus esse videtur, quod in margine folii superiore legitur:* a catalogo tribuitur Bedae de metrica arte*; hoc autem aliquo modo referendum esse suspicatus sum ad catalogi Sangallensis indicem* Item althelmi de enigmatibus et bede de metrica arte. *Nunc codex continet 1. fol. 1—6 glossas ad Aldhelmi carmen de virginitate a versu 238 ad 1163. 2. fol. 7—34 Aldhelmi aenigmata cum praefatione metrica; ultimus aenigmatum versus recenti manu suppletus est; nimirum hic cum sequentibus abscissus perierat.*

Tertius codex S^1, de quo dixi in prolegomenis ad carmen de virg. (cf. etiam A. Maleyn p. 100 sqq.), primo eius partis, quae ex communi fonte saeculi IX|X desumpta est Aldhelmum et Sedulium coniungens, loco (p. 21—48) habet aenigmata cum prologo; ultimus versus est 96, 7; reliqua iam a librario sunt omissa. Nam p. 49 vacua est relicta; deinde incipit carmen de virginitate. Vel ea, quae in prologo singularia habet (v. 17 nam *omisit, ut* Mōÿses *vulgari quantitate constaret; v. 32* laticem — amnis *pro* laticum *(*laticis*)* amnis*), interpolationem mutandique libidinem ostendunt, quae per totum deprehenditur librum cf. e. g. 3, 2* non mihi tellure locus est, *14, 1* specieque decorus *(*specie mirandus*), 32, 6* segetis *(*segeti*), 71, 2* conderet *(*pangeret*), 72, 1* formavit *(*plasmavit*), 75, 8* quercus *(*querno*); in eis, quae adnotata in S^1 ad textum leguntur, concordat cum Parisino tertio cf. 23, 3* quia non plus regi pensant quam pastori *et 32, 3* sicut videtur in tabulis Scottorum.

Codex Einsidlensis (= e), de quo restat ut agam, non uno nomine dignus est, qui paulo accuratius consideretur. Descripsit eum post alios ita, ut priorum descriptiones omnes religiose colligeret, Gabriel Meyer in Catalogo codicum manuscriptorum qui in bibliotheca monasterii Einsidlensis O. S. B. servantur I 275 sqq. *cf. etiam A. Maleyn p. 62—77. Codex duabus partibus compositus in parte altera (= pag. 27—144) anthologiam poetarum christianorum continet, quae similis est Cantabrigiensi: leguntur enim in ea Arator, Boethius, Prosper, Prudentius, Bonifatius, Aldhelmus; ac primum leguntur aenigmata 4—18, 2 folio 125, sequuntur (fol. 126—131) carmina* 'De virtutibus *(*et vitiis*)*' *= Bonifatii aenigmata, deinde sine prologo cuncta Aldhelmi aenigmata (fol. 131—144) (extant in eodem quaternione ac priora, sed alia manu sunt scripta) subscriptis glossis aliquot partim evanidis et* Sit nomen dñi benedictum*; additum est* enoienuem*(?). Codex (28 × 21 ctm.) nitide duabus columnis, ut Augiensis et Sangallensis S, plerumque tricenas ternas lineas habentibus exaratus est saeculo X; tituli rubri plerumque in margine, rarius in textu positi; quamquam nec prosaica nec metrica praefatio in eo legitur, tamen simillimus fuerit oportet codici Leodiensi Sti. Laurentii, ex quo Delrio edidit aenigmata, qua cum editione mira quaedam Einsidlensi intercedit necessitudo; unde fit ut etiam apud Gilesium, qui numquam vidit Einsidlensem a Maleynio demum ad Aldhelmi textum adhibitum, saepissime eius lectiones inveniantur cf. e. g. 1, 2* quae, *13, 4* meque strepente, *14, 2* et rubro, *19, 4* fulget, *29, 5* Olim ex me sumpserunt, *37, 5* et bisseno, *46, 5 (omisit Delrius, supplevit Giles)* larem *(om.* que*), 53, 5* Ditur, *64, 3* iura parenti, *65, 2* tenebras, *67, 2* vertice, *72, 8* fraudor, *76, 1* fui, *80, 2* frangunt, *81, 4* admodum, *10* biblis, *82, 6* Cum, *84, 5* sinzias, *9* numerosa, *89, 3* at non, *96, 5* Saeva *(= S^2), 96, 16 om. Delrio,*

100, 54 vellere, *81* diffidens *(= S²). Librarium codicis attentum fuisse ad metricos Aldhelmi errores inde apparet, quod saepissime ad versus, in quibus contra metricam artem ille peccavit, adscripsit* vitium *cf. ad 53, 6.*

*Etiam inter aenigmatum codices unus est saeculi decimi quinti: nam codex Vaticano-Palatinus 591 scriptus anno 1472 foliis 139ᵛ—141ᵛ continet prologum et aenigmata 1—14. 23. 30 (*Abecedarium*). 32 (*pugillaris*). 81. 90 ultimumque versum aenigmatis 100; cui adscriptum est* V'gil'. *De codice quicunque scripserunt, nominati inveniuntur apud S. Hellmann, Sedulius Scottus p. 14. Prologum descriptum mihi misit L. Traube, cuius ex lectione varia cum comperissem nil inde ad textus emendationem posse peti, aenigmata ipsa conferre omisi.*

Excerpta ex aenigmatibus, quae ipsa quoque, quantopere placuerint illa, indicant, ut hic codicem R omittam (cf. praef. ad carmen de virg.), qui partem eorum fere dimidiam continet, leguntur in codice Guelferbytano-Gudiano 331 cf. A. Ebert, Bibl. Guelferbyt. codd. Graeci et Latini classici p. 73, 357; 74, 359 et Zur Handschriftenkunde p. 137. cf. etiam Bibliotheca a Marquardo Gudio . . congesta (Kiloniae 1706) p. 557, 172. Codex, saeculo X/XI scriptus, est undeseptuaginta foliorum (13,75 × 11,2 ctm.), paginae habent lineas stilo ductas vicenas; continet foliis 1—63 Fulgentii mythologicarum fabularum librum et allegoriam Virgilianam, quam excipit carmen Ut belli sonuere tubae *e. q. s. = Anth. Lat. n. 392 R (v. 3 post v. 6, subscriptum* De Virgilio*); fol. 63ᵇ incipit* Disputatio regalis et nobilissimi iuvènis Pippini cū Albino scolastico *(= Patrol. Lat. CI 975—980), cuius personae non ut in cod. Vindobonensi 808 sacc. IX (cf. W. Wilmanns ZfdA. XIV (n. s. II) 530 sqq. per* A*(lcuinus) et* P*(ippinus), sed, ut personae in tractatu Aldhelmi, per* Δ *et* ϰ *sunt notatae. Post disputationem, in qua multa sunt cum Simfosio concordantia (de Simfosianis Aldhelmianisque cf. J. Klein, Mus. Rhen. XXIII 528 sq.), librarius inseruit nullo spatio, sed tantum per lineam seiuncta novem Simfosii aenigmata (1. 4. 13—18. 21; textus disputationis respicit 76. 30. 14. 98. 12. 99. 65) et septendecim Aldhelmi: neque his neque illis auctoris nomen adscriptum est. Tituli primi tantum vocabulorum litteris indicati sunt ut* T̄ = terra, V̄ = ventus *etc.; aenigmata continuo scripta lineis inter se segregantur. Exstant fol. 67ᵃ Aldhelmi aenigmata 1—4. 10, 1, cui versui eadem appicta est nota, per quam fol. 68ᵃ continuatio significatur a 10, 2 incipiens; sequuntur aenigmata 14. 15. 19. 20. 22. 26; in eadem autem pagina legitur adnotatio grammatica varias* Vesper, Vespere, Vesperum, Vespera *formas declarans et haud scio an ad Aldhelmi aenigma n. 58 pertinens. fol. 69ᵇ leguntur aenigmata 29. 5. 59. 30 insequente novo aenigmate [= Saturnus]:* 'Si caput abstuleris, apparet fortis in armis; | Panditur et sanus, medium si subtrahis intus | Et fit homo plenus, fuerit si calce minutus *(cf. Alcuin. p. 979 A sub fin.). Folio autem 67ᵇ post hymnum, cuius initium est* Dominus cęli rex et conditor, maris et terre fomes et auctor *(= Repert. hymnol. n. 4823) inserta sunt aenigmata 32. 11: omnia haec aenigmata, si excipis 5. 59 et 32. 11 vulgatum codicum servant ordinem; ut fol. 67ᵛ, ita etiam fol. 68ᵛ et 69ʳ aenigmatum series interrumpitur: his enim paginis in obliquum sumptis Plotini doctrina de quatuor virtutum ordinibus et virtutum ipsarum discriptio quadripertita invenitur. Ad textum Aldhelmi nihil Guelferbytanus valet; aenigmata eius Aldhelmiana recensionem sequuntur ad grammaticae regulas emendatam.*

In Collectaneo, quod Bedae fertur nomine (Patrologia Lat. XCIV 539 sqq.), Aldhelmi aenigmata, partim cum Simfosianis coniuncta, recepta sunt haecce: 3. 90. 2. 4. 9.; Thomas Cantipratensis nonnulla ex Aldhelmi aenigmatibus suis inmiscuit, quae Adhelmo cuidam philosopho 'Ioannis Scoti, ut videtur, fratri' Pitra in Spicilegio Solesmensi III 425 sqq. attribuit. Quae de Onocentauro, Onagro, Harpya, Sirenis ibi leguntur, falso A(l)dhelmi nomine sunt notata; cetera, quae revera ex Aldhelmo sunt sumpta, ea ad singula Aldhelmi aenigmata (39. 10. 47. 35. 16. 17. 95. 24. 15. 34) adscripsi.

Editionem aenigmatum Aldhelmi principem q. d. — Basileensem quandam anni 1557, quam J. A. Fabricius, Bibl. Latina, Patavii 1754, I 55 nominat (inde Wright Biogr. lit. Brit. I 222) nusquam exploravi — Martinus Delrio curavit Moguntiae anno 1601: S. Aldhelmi prisci Occidentalium Saxonum episcopi poetica nonnulla. E vetere manu scripto codice per R. P. Martinum Delrio societatis Iesu Presbyterum exscripta. Cum nonnullis eiusdem notulis. Moguntiae Ex Officina Typographica Ioannis Albini Anno MDCI. 12°. *78 pagg. Narrat in praefatione Delrio in membranaceo codice Abbatiae D. Laurentii siti ad moenia Leodiensia se carmen monostichum, quod, cum* 'octo vitia castitati noxia' *recenseret, propter hunc numeri consensum Aldhelmo adscripsit, et carmen* de laude virginum et octeno calculo vitiorum *et* ut uno loco praefert, Aldelmi, ut alio Althelmi (quae verior scriptura) *aenigmata invenisse: edidit ex eo monosticha et aenigmata; carmen de virginitate numquam edidit, quamquam Giles p. VI editionem hanc nominat. Codicem, quo usus est Delrio, periisse iam E. Duemmler (PlaC I 165) doluit, qui tamen mentionem eius non ex Delrii, sed ex Daumii editione monostichorum (1672) desumpsit. Atque monosticha (= pagg. 17—30) quidem revera Alcuini sunt (exstant nunc PlaC I 275 sqq.), non Aldhelmi; aenigmatibus vero prologum metricum, cuius artificiosam per acrostichon et telestichon compositionem non perspexit, et prologum prosaicum (= epist. ad Acirc. 228, 26 G.* Symphosius poeta metricae artis peritia praeditus *— 229, 36* profari perhibentur *+ 230, 6* Et psalmista *— 233, 3* lucem scandentis confundat *omissis 230, 28* Neque enim in tam densa *— 230, 33* carentibus *et 232, 31. 32* Et Andreas orator — est hominis*) praemisit: num hic codicis ordo fuerit, ignorari iam supra monui; certe alius est in codice B^1, qui solus eadem cum aenigmatibus coniunxit. Quam rationem in edendo secutus sit, Delrio non prodidit; hoc tantum ex editionis adornatione elucet, verba textus codicem ipsum repraesentare, in margine per* corr(i) *significari eas, quae etiam in codice legebantur correctiones, per* f (for. fort.) *Delrii coniecturas; quae praeterea in margine adiecta leguntur, Delrii sunt notae. Ut in eis, quae praemisit, cum B^1, ita in verbis textus cum e eum consentire iam supra notavi nec non notavi cum horum neutro atque cum nullo omnino codice manuscripto ordinem concordare, quo aenigmata edidit Delrio, qui suo plane arbitrio temere et contra Aldhelmi codicumque auctoritatem omnia ita immutavit, ut mutationem hanc gravissimam ne verbo quidem indicaret. Exhibet editio eius hoc ordine aenigmata: viginti tetrasticha (n. IX est* de urtica*), quatuordecim pentasticha, tredecim hexasticha, duodeviginti heptasticha (Delrio numerat undeviginti, sed falso aenigmati sexto numerum VII (pro VI) adscripsit etc.), decem octosticha, undecim enneasticha, tredecim* 'denis et pluribus (versibus) inclusa'. *Sunt igitur in Delrii editione non centum, quot Aldhelmus edidisse se professus est (*decies denas .. aenigmatum propositiones: *at defuerunt haec verba in Leodiensi!), sed nonaginta novem aenigmata. Si vero quis dixerit, singularem istum ordinem invenisse in codice suo Delrium, unum hoc satis sententiam eam refutare puto, quod aenigma* de urtica *apud eum inter tetrasticha legitur, quod etsi versus excidisset unus, legi oportuerit inter pentasticha, et quod nr. 91 (hendecastichon) ante 92 (decastichon) legitur non observata scilicet numeri differentia.*

Delrii editionem nulla editoris editionisve mentione facta tacite primus recudit in Aenigmatographiae sive Sylloges aenigmatum et griphorum convivalium *editione secunda (prodiit Francofurti e collegio Musarum Paltheniano MDCII; editio prior, quae Francofurti impensis M. Georgii Drandii et Philippi Angeli MDIC prodiit, Aldhelmi aenigmata nondum habuerat) Nicolaus Reusnerus Leorinus, foedo plagio omnia vera falsa a Delrio sumens ne numerandi quidem errore in heptastichis correcto: haec editio ut furtiva, ita inutilis est. Utrum ex hac, an ex ipsa Delrii sumpta sint tetrasticha quinque et hexastichon unum, quae Carolus Boscardus,* 'typographus iuratus' *in libro, qui inscribitur* aenigmata et griphi veterum et recentium cum notis Iosephi Castalionis I. C. in Symposium: Ad hęc Pythagorae Symbola *e. q. s., Duaci 1604 typis expressit, et ambiguum est nec refert; hoc*

unum ex editione illa commemorandum, in titulis aenigmatum Boscardum cryptographia quadam ei, quae in Cantabrigiensi deprehenditur, simili usum pro vocali littera consonantem insequentem (e. g. SBL pro SAL) posuisse 'ne statim Lector quivis divinare queat aenigmatum solutionem'. *Maioris momenti est, quod Delrii editio transsumpta est in Bibliothecam Maximam patrum (in Lugdunensi anni 1687 leguntur vol. XIII 23 sqq.) et in editionem Gilesii: hic, praeterquam quod aenigma* de urtica *inter pentasticha relegavit, heptastichis unum (n. 19* De aspide vel basilisco*) addidit, in octostichis ea, quae apud Delrium erant I (*De pugillaribus*) et II (*De igne*) ad finem huius partis (n. 9. 10) et n. 92 ante n. 91 collocavit, denique quod in versuum ordine textusque verbis pauca quaedam — plerumque ex codicibus Parisinis cf. editionis Gilesianae p. 390 sqq. — mutavit, integram fere Delrii editionem repetivit. Quod dicit p. 391 ad heptast. 12 (n. 66), 5. 6 addere se hos duos versus, immo multos alios, quos nunc primum ipse evulgarit, hoc comparatio cum textu Delriano instituta refutat; sed si quis viderit, quot quanta in textu cum Delrio Giles deliquerit, vix premet, quod aenigma 96 pro pentecaidecasticho ipse venditavit, cum tamen ut insequens sedecim sit versuum. Hoc autem optime fecit Giles, quod primus aenigmata, id quod codices iusserunt, una cum tractatu metrico primus edidit, ita ut tandem 'hoc opus integrum vulgaretur'. Hanc editionem ut in ceteris, ita etiam in aenigmatibus secutus est Migne in Patrologiae Latinae tomo nonagesimo nono (Parisiis 1863) col. 183 — 199, nil mutans vel addens, nisi quod, quae Giles p. 391 collegit, uncinis inclusa in textum Gilesianum inseruit.*

Separatim iterum aenigmata exstant in ultima, quae adhuc facta est, eorum editione, quam Londini 1872 curavit Thomas Wrightius in altero volumine libri qui inscribitur The Anglo-Latin satirical poets and epigrammatists of the twelfth century *p. 535—573; is totus Gilesio addictus, quamvis codicis B^1 (ipse eum notavit A) collatio ei praesto fuerit, per totum paene textum (nonnulla enim ex A correxit) in Gilesii textu acquievit ne id quidem commemorans, ordinem Gilesianum ab eo, quem codex suus praebeat, plane esse diversum.*

Quo facilius inter se comparari et deprehendi possit Gilesiani, qui solus adhuc vulgatus est, et codicum ordinis concordantia, utrumque ordinem composui.

COMPONVNTVR AENIGMATA HVIVS EDITIONIS ET GILESIANAE:

Numeri Gilesii	*huius editionis*
Tetrasticha	
1 *De terra*	1 *Terra*
2 *De vento*	2 *Ventus*
3 *De nube*	3 *Nubes*
4 *De natura*	4 *Natura*
5 *De Iride vel arcu coelesti*	5 *Iris*
6 *De Luna*	6 *Luna*
7 *De Fato vel Genesi*	7 *Fatum*
8 *De Sale*	19 *Salis*
9 *De Heliotropia sive Solissequa*	51 *Eliotropus*
10 *De puerpera geminos enixa*	90 *Puerpera geminas enixa*
11 *De adamante lapide*	9 *Adamas*
12 *De Molosso*	10 *Molosus*
13 *De Poliadis id est follibus fabrorum*	11 *Poalum*
(Tetrasticha)	
14 *De Bombycibus*	12 *Bombix*
15 *De barbito sive Organo*	15 *Barbita*
16 *De Pavone*	14 *Pavo*
17 *De Salamandra*	15 *Salamandra*
18 *De loligine*	16 *Luligo*
19 *De perna*	17 *Perna*
Pentasticha	
1 *De Pleiadibus*	8 *Pliades*
2 *De mirmicoleonte*	18 *Myrmicoleon*
3 *De Ape*	20 *Apis*
4 *De Lima*	21 *Lima*
5 *De Luscinia*	22 *Acalantida*
6 *De Trutina, quae Momentana dicitur*	23 *Trutina*
7 *De Natrice*	24 *Dracontia*
8 *De Magnete ferrifero*	25 *Magnes ferrifer*

Numeri Gilesii	*huius editionis*
(Pentasticha)	
9 De Gallinaceo	*26 Gallus*
10 De Coticulo	*27 Coticula*
11 De Minotauro	*28 Minotaurus*
12 De Cacabo sive Lebete	*49 Lebes*
13 De Myriophyllo	*50 Myrifyllon*
14 De arca libraria	*89 Arca libraria*
15 De Urtica	*46 Urtica*
Hexasticha	
1 De aqua	*29 Aqua*
2 De Cancro qui Nepa vocatur	*37 Cancer*
3 De Tippula	*38 Tippula*
4 De Leone	*39 Leo*
5 De Pipere	*40 Piper*
6 De Pulvillo	*41 Pulvillus*
7 De Struthione	*42 Strutio*
8 De Sanguisuga	*43 Sanguisuga*
9 De Columba	*64 Columba*
10 De Pisce	*71 Piscis*
11 De Bove sive de Iuvenco	*83 Iuvencus*
12 Caecus natus	*85 Caecus natus*
13 Clypeus	*87 Clipeus*
Heptasticha	
1 De elementis sive Abecedario	*30 Elementum*
2 De Ciconia	*31 Ciconia*
3 De lorica	*33 Lorica*
4 De locusta	*34 Locusta*
5 De Nyctocorace	*35 Nycticorax*
6 De Cinyphe	*36 Scnifes*
7 De fusis	*45 Fusum*
8 De cucuma	*54 Cocuma duplex*
9 De Hespero sive Vespero	*58 Vesper sidus*
10 De pugione vel Spatica	*61 Pugio*
11 De Famfaluca sive Bulla Aquatica	*62 Famfaluca*
12 De Mola	*66 Mola*
13 De Spelta (sive Tortella)	*70 Tortela*
14 De fonte	*73 Fons*
15 De malo arbore vel Melario	*76 Melarius*
16 De ficulnea	*77 Ficulnea*
17 De Helleboro	*98 Elleborus*
18 De Camelo	*99 Camellus*
19 De aspide vel Basilisco	*88 Basiliscus*

Numeri Gilesii	*huius editionis*
Octosticha	
1 De Candela vel linamento	*52 Candela*
2 De Aquila	*57 Aquila*
3 De penna Scriptoria	*59 Penna*
4 De Salpinge	*68 Salpix*
5 De taxo	*69 Taxus*
6 De Colosso	*72 Colosus*
7 De Mustela	*82 Mustela*
8 De Ariete	*86 Aries*
9 De pugillaribus	*32 Pugillares*
10 De igne	*44 Ignis*
Enneasticha	
1 De hirundine	*47 Hirundo*
2 De Vertigine Poli	*48 Vertigo poli*
3 De Arcturo	*53 Arcturus*
4 De Crismale sive Crismario	*55 Crismal*
5 De Castore qui Latine fiber dicitur	*56 Castor*
6 De Catta vel Muricipe vel Pilace	*65 Muriceps*
7 De Cribello	*67 Cribellus*
8 De Fundibulo	*74 Fundibulum*
9 De Calice vitreo	*80 Calix vitreus*
10 De Scrofa praegnante	*84 Scrofa prae-*
11 De ebulo	*94 Ebulus [gnans*
Decasticha	
1 De corvo	*63 Corbus*
2 De cuppa vinaria	*78 Cupa vinaria*
3 De Lucifero	*81 Lucifer*
4 De Pharo	*92 Farus editissima*
Hendecasticha	
1 De Palma arbore quae dactylo foecundata frondescit	*91 Palma quae dactilo fecundata frondescit*
2 De Monocero sive Unicorni	*60 Monocerus*
3 De Sole et Luna	*79 Sol et luna*
4 De Scintilla	*93 Scintilla*
Dodecastichon De Crabrone	*75 Crabro*
Triscaidecastichon De Scylla marina	*95 Scilla*
Pentecaidecastichon De Elephanto	*96 Elefans*
Heccaidecastichon De nocte	*97 Nox*
Polystichon De Creatura	*100 Creatura.*

CODICES TRACTATVS.

Caroliruhensis n. LXXXV olim Augiensis	*saec. VIII/IX*	*K*
Parisinus 2339, olim Lemovicensis	*saec. X init.*	P^1
Fragmenta Sangallensia 1394	*saec. IX*	*S*
Vaticano-Palatinus 1753 olim Nazarianus	*saec. IX*	*N*
Valentinianus 378 olim St. Amandinus	*saec. IX/X*	A^1
Valentinianus 376 olim St. Amandinus	*saec. IX/X*	*A*
Bruxellensis 4433—4438	*saec. X*	*F*
Bruxellensis 9581—9595 olim Cusanus	*saec. X*	F^3
Leodiensis Delrii	—	*D*

CODICES AENIGMATVM.

Petropolitanus Q I 15 olim Corbeiensis	*saec. VIII*	*A*
Petropolitanus F XIV 1 olim Corbeiensis	*saec. VIII/IX*	*R*
Caroliruhensis n. LXXXV olim Augiensis	*saec. VIII/IX*	*K*
Vaticano-Palatinus 1753 olim Nazarianus	*saec. IX*	*N*
Britannicus Regius 15 A XVI olim Cantuariensis	*saec. IX*	*B*
Britannicus Regius 12 CXXIII	*saec. X init.*	B^1
Fragmenta Sangallensia 1394	*saec. IX*	*S*
Sangallensis 242	*saec. IX*	S^1
Parisinus 16700	*saec. IX/X*	*P*
Lipsiensis 74	*saec. IX/X*	*O*
Oxoniensis Rawlinson C 697 olim Bury St. Edmunds	*saec. IX/X*	*E*
Parisinus 2339 olim Lemovicensis	*saec. X init.*	P^1
Vossianus 8° 15, XII olim Lemovicensis	*saec. X/XI*	*L*
Bremensis 52 olim Sangallensis	*saec. X*	S^2
Vaticano-Reginensis 2078	*saec. X*	*V*
Parisinus 7540	*saec. X*	P^2
Parisinus 8440	*saec. X*	P^4
Einsidlensis 302	*saec. X*	*e*
Cantabrigiensis Gg V 35 olim Cantuariensis	*saec. XI*	*C*
Parisinus 2773	*saec. XI*	P^3
Bruxellensis 4433—4438	*saec. X*	*F*
Bruxellensis 10615 olim Cusanus	*saec. XII*	F^1
Bruxellensis 9799 olim Cusanus	*saec. XII*	F^2
Gudianus 331	*saec. X/XI*	*G*
Leodiensis Delrii et corrector eius	—	D, D^1
Vaticano-Palatinus 591 (prologus; aenigm. I—XV. XXIII. XXX (Abecedarium). XXXII. LXXXI. XC)	*saec. XV*	*p*

ALDHELMVS DE METRIS ET ENIGMATIBVS AC PEDVM REGVLIS.

[INCIPIVNT CAPITVLA SEQVENTIS LIBRI. — I. Prohemium et praefatio. — II. De calculo septiformi novi ac veteris instrumenti floribus contexto. — III. De eadem supputatione septinaria ex forasticis philosophorum disciplinis collecta. — IV. Recapitulatio eiusdem numeri ad gratiam spiritus sancti pertinens. — V. Admonitio fraternae caritatis. — VI. Argumenta ratiocinationis. — VII. De insensibilium rerum natura, quae secundum metaphoram sermocinari figurantur. — VIII. De XXVIII pedum regulis. — IX. De metaplasmo, sinalipha et ectlipsi versuumque scansione. — X. De alternae interrogationis et responsionis vicissitudine duabus litteris discreta. — XI. De metrica praefatione et precatione enigmatibus congruente. — XII. De terra. — XIII. De vento. — XIV. De nube. — XV. De natura. — XVI. De iri vel arcu caelesti. — XVII. De luna. — XVIII. De fato vel genesi. — XX. De pliadibus. — XX. De adamante lapide. — XXI. De moloso. — XXII. De poalis id est follibus fabrorum. — XXIII. De bombicibus id est vermibus serica facientibus. — XXIV. De barbita id est organo. — XXV. De pavone. — XXVI. De salamandra, quae similis est lacertae. — XXVII. De luligine id est pisce volitante. — XXVIII. De perna, quae multo maior est ostreis, ex cuius velleribus vestis conficitur. — XXIX. De mirmicaleone. — XXX. De sale. — XXXI. De apibus. — XXXII. De lima. — XXXIII. De acalantida, quae latine roscinia seu luscinia dicitur. — XXXIV. De trutina quae momentana dicitur eo, quod ad momentum inclinata vergitur. — XXXV. De dracontea. — XXXVI. De magnete ferrifero. — XXXVII. De gallo. — XXXVIII. De coticulo. — XXXIX. De minotauro. — XL. De aqua. — XLI. De elemento vel abecedario. — XLII. De ciconia. — XLIII. De pugillaribus. — XLIV. De lorica. — XLV. De locusta. — XLVI. De nycticorace. — XLVII. De scinife. — XLVIII. De cancro, quae nepa vocatur. — XLIX. De tippula, quae non nando, sed gradiendo aquas transilit. — L. De leone. — LI. De pipere. — LII. De pulvillo. — LIII. De strutione. — LIV. De sanguisuga. — LV. De igne. — LVI. De fuso, quo fila torquentur. — LVII. De urtica. — LVIII. De hirundine. — LIX. De vertigine poli. — LX. De cacabo

---

Capitula I—CXLI A^1F (CXLII); N, I—CXII K, I—IX F^3 cf. etiam Faricius p. 364 G, Willelmus Malmesb. p. 344 Ham. In F leguntur et ante tractatum et ante aenigmata. Edidi ad A^1 et F Incipiunt — libri A^1KNF^3 *om. F* *I* prohemium A^1F, proemium F^3K, prefacio *F* *II* septiformis *F* testamenti *K* *III* septinariae *K* phorasticis A^1K, forasticis *F*, *cf. cap. III init.* phylosophorum *K* *IV* De recapitulatione *F* sc̄i sp̄s *F* *V* karitatis KF^3 *VI* rationationis F^3 *VII* natura quā A^1, naturam F^3 viginti VIII F^3 XXIII, *in marg.* VIII *F* *IX* m&taplasmi A^1FF^3K synalypha KF^3, synalipha *F* et *om.* A^1FF^3 ectlipsi *K*, &clipsi A^1, etclypsi F^3, eclipsi *F* & uersum F^3, uersumq; A^1, uersum quae *F* *X* De metrica A^1K De metrica p̄fatione interrogationis F^3 alternę *K*, alt̄ñ A^1 metrica *(in marg.* alt̄ne*)* prefatione interrogationis *F* *XI* congruentie A^1 *XVII* XVI *K* *XVIII* flatu *K*, fatu A^1F *XX* lapide *om. K* *XXII* poa A^1 *XXIII* serica facientibus *F* *s. l.* sericas uestes contexentibus = A^1 *XXVII* volitante A^1, volante *F* *XXXIII* calantida A^1, acalantide *s. l.* a *F* latinae *F* siue *F* *XXXIV* menta *s. l.* nom̄tana *F*, nom̄tana A^1 uergatur *F* *XLI* elim̄to; ł *s. l. F* *XLVI* necticorace *F* *XLVII* sciniphe *F*, scnife *Aldh.* *XLVIII* nepta A^1F *XLIX* oppula *s. l.* tip *F* natando *s. l.* nan *F* *LI* pipero A^1F. *LVII* ortica *F* *LVIII* irundine *F* *LX* caccabo A^1

seu lebete. — LXI. De mirifullo graece. — LXII. De eliotropo graece, latine solisequia. — LXIII. De candela. — LXIV. De arcturo. — LXV. De cucuma duplici. — LXVI. De crismalio vel crismali. — LXVII. De castore qui latine viber dicitur. — LXVIII. De aquila. — LXIX. De vespero sidere. — LXX. De penna scriptoris. — LXXI. De monocèro graece, unicorno latine. — LXXII. De pugione vel spata. — LXXIII. De famfaluca graece, bulla aquatica latine. — LXXIV. De corbo. — LXXV. De columba. — LXXVI. De catta vel muricipe. — LXXVII. De mola. — LXXVIII. De crebello, quo furfures a farina sequestrantur. — LXXIX. De salpice. — LXXX. De taxo. — LXXXI. De tortella. — LXXXII. De pisce. — LXXXIII. De coloso vel toracida. — LXXXIV. De fonte. — LXXXV. De fundibalo. — LXXXVI. De crabrone. LXXXVII. De melario vel malo. — LXXXVIII. De ficulnea. — LXXXIX. De cupa vinaria. — XC. De sole et luna. — XCI. De calice vitreo. — XCII. De lucifero. — XCIII. De mustela. — XCIV. De iuvenco. — XCV. De scrofa praegnante. — XCVI. De caeco nato. — XCVII. De ariete. — XCVIII. De clipeo. — XCIX. De aspide vel basilisco. — C. De arca libraria. — CI. De puerpera geminos enixa. — CII. De palma. — CIII. De faro editissima. — CIIII. De scintilla. — CV. De ebulo. — CVI. De Scylla. — CVII. De elefante. — CVIII. De nocte. — CIX. De elleboro. — CX. De camello. — CXI. De creatura. — CXII. RETRACTATIO RECIPROCAE INTERROGATIONIS ET RESPONSIONIS DE PEDVM REGVLIS. — CXIII. De pirrhichio sive dibrachi. — CXIV. De spondeo. — CXV. De iambo. — CXVI. De trocheo. — CXVII. De tribracho sive brachisillabo, qui epignomus appellatur. — CXVIII. De moloso vel trimacro, qui et iapetius dicitur. — CXVIX. De anapesto. — CXX. De dactilo. — CXXI. De amphibracho, qui mesites appellatur. — CXXII. De amphimacro qui creticus dicitur. — CXXIII. De bachio. — CXXIV. De palimbachio. — CXXV. De proceleumatico. — CXXVI. De dispondeo. — CXXVII. De diiambo. — CXXVIII. De ditrocheo. — CXXIX. De antispasto. — CXXX. De coriambo. — CXXXI. De ionico minore, qui pomizonius dicitur. — CXXXII. De ionico maiori, qui appellatur zonus. — CXXXIII. De peone I. — CXXXIV. De peone II. — CXXXV. De peone III. — CXXXVI. De peone IIII. — CXXXVII. De epitrito I. — CXXXVIII. De epitrito II. CXXXIX. De epitrito III. — CXL. De epitrito IIII. — CXLI. EXORTATORIA FINALIS verbi sententia supremam codicelli clausulam continens. — EXPLICIVNT CAPITVLA. — ORDITVR PROEMIVM. INCIPIT DE METRIS ET ENIGMATIBVS AC PEDVM REGVLIS.]

LXI De myrifullon A^1, mirifullon *F* *LXIII* candella *F* *pro* LXIII *per errorem* LXIIII *F: hinc omnes titulorum numeri differunt.* *LXV* cocuma A^1F *LXVII* uel beber *s. l.* q̄ laī m^1, ber m^2 *F* *LXIX* sedere *F* *LXX* scribtoris *A* *LXXI* laī. unicorno *F* *LXXII* pugine A^1 *LXXIII* greca id. ē b. a. *F* *LXXVI* gatta A^1, gratta *s. l.* a *F* murice A^1F *LXXVIII* furfure A^1 *LXXXI* tortello A^1, cortello *s. l.* t *et* a *F* *LXXXIII* toracclo A^1, toraclico, o *supra* i *F* *LXXXV* fundibola A^1, fundibula *F* *LXXXVI* crabone *s. l.* r *F* *LXXXVII* mala A^1F *LXXXIX* cuba A^1, cuma bauriana *s. l.* de cuba uinaria *F* *XCIII* mutela A^1, matuela *s. l.* vst *F* *XCV* prigna *s. l.* nte *F* *XCVI* conato *s. l.* ce *F* *XCIX* et *F* *CII in marg. inf.* CIII. De palma *(sic etiam in textu)* quae dactilo fecundata frondescit *F* *CIII in marg.* in rupibus pelagi pos(ita) *F* *CV* ebullo *F* *CVI* scilla *F* *CX* carmello r *expunctum F* *CXII* retractio A^1F *CXIII* pirrichio vī *F* *CXVII* tribrachis *s. l.* o *F* siue *s. l. F* bracisyllabo A^1, brachisyllabo *F* epignomis *F* *CXVIII* trimachro *F* *CXX* dactylo A^1F *CXXI* mes///s *F* *CXXII* amphimachro *F* *CXXIII* bacchio *F* *CXXIV* palin bacchio A^1, palin bachio *F* *CXXV* proceleumatico A^1 pleomatico *s. l.* ce *et* v *supra* a *F* *CXXXI* pomizonus A^1, pomizonius *F* *CXXXII* maiore *F* *CXXXIII* pone *s. l.* e *F.* *CXLI* suppræmam A^1 EXPLICIUNT CAPITULA *om.* F^3K ORDITUR — REGULIS A^1KN prohemium A^1 [ORDITUR PREMIUM *(suprascr.* o m^2*)* INCIPIUNT DE METRIS ENIGMATIBUS AC PEDŪ REGUĻ *L]* Orditur prooemium Aldhelmi de Metris et aenigmatibus ac pedum regulis, bono scholastico *b* ORDI ..... ALDHELMI DE METRIS ..... BUS AC PEDŪ REGULIS BONO ..... *F* INCIPIT DE METRICA RATIONE AC PEDUM REGULIS ALMHTELMI ANGLORŪ ARCHIEPI F^3

DOMINO PRAESTANTISSIMO ET PRAE CETERIS REGALIVM[a] DIGNITATVM GRADIBVS GLORIFICANDO MIHIQVE IAM DVDVM SPIRITALIS[b] CLIENTELAE[c] CATENIS CONEXO[d], ILLVSTRI[e] ACIRCIO[1] AQVILONALIS[f] IMPERII SCEPTRA GVBERNANTI, ILLVSTRIS[g] REGALIS REGNI REGIMINA DISPENSANTI ALDHELMVS[h], CATHOLICAE VERNACVLVS[i] ECCLESIAE[2], IMMARCESCIBILEM[k] SEMPITERNAE SOSPITATIS SALVTEM[3]. Giles 216 Mai 501

I. Non ambigo, reverentissime fili, sed profundae credulitatis frena relaxans[l] confido, quod provida sagacitatis vestrae praecordia reminiscantur, nos ante bis bina lustrorum volumina inextricabile conglutinati foederis pignus pepigisse et spirituali[m] sodalitatis

---

Sancti Aldhelmi de septenario et de re grammatica ac metrica ad Acircium regem. *Mai*, EPISTOLA AD ACIRCIUM, SIVE LIBER DE SEPTINARIO, ET DE METRIS, ÆNIGMATIBUS AC PEDUM REGULIS *Giles* a) regalium *om. Giles* b) spiritalis *codd., sic semper;* spiritualis *Giles* c) clientell(a)e *Fm*[1]*F*[3]*KNP*[1], clitellae *A*[1] d) connexo *b Giles* e) ilt *A*[1]*F*[3]*P*[1], ilt *bFN* f) aquilonaris *b Mai* g) it *F*[3]*KN*, ilt *A*[1]*F* h) althelmus *P*[1] i) uernaculus *codd.* k) inmarcescibilem *A*[1]*FF*[3]*KNP*[1]*A*, imm. *edd.* l) frena laxans *s. l.* re *F* m) spitalis *N*, spiritalis *FF*[3]*Mai*, spiritali *A*[1]*KP*[1]

---

1) Acircium aquilonalis imperii sceptra gubernantem *fuisse Aldfridum regem Northanumbrorum iam Willelmus Malmesburiensis (Gesta pontif. V § 196 p. 344 Ham.) coniecit; nomen hoc ei indidisse videtur Aldhelmus, imitatus forsitan Daniel XI 15 de rege Aquilonis verba facientem, ut 'a circio', ubi apud Hibernos (cf. ad epist. ad Ehfridum praefat.; circius = aquilo cf. e. g. epist. ad Acirc. p. 72, 16) vixerat, eum venisse indicaret. Aldfridus hic, de quo conferendus est Lappenberg Hist. Brit. I 180, Hahn, Bonifatius et Lulus p. 6, 3, Reeves ad Adamnannm p. 185, Plummer ad Bedam hist. eccl. II 263. 305, regnare coepit a. 685, mortuus est secundum Bedam V 18 anno 705, quo anno Aldhelmus episcopatum obtinuit. Litteris eximie erat instructus, quibus operam dederat apud Hibernos; nominavit eum Beda* virum in scripturis doctissimum *(IV 24) et* virum undecumque doctissimum *(V 12); Alcuinus (De Sanctis Euboricensis ecclesiae v. 843 sqq.) Ecfridum fratrem liquisse imperii regmina narrat Aldfrido,*

Qui sacris fuerat studiis imbutus ab annis
Aetatis primae, valido sermone sophista,
Acer et ingenio, idem rex atque magister.

Adamnani, doctissimi abbatis monachorum, qui erant in insula Hii (Beda V 15), dicebatur ab Hibernis alumnus (Reeves p. XLIV); Adamnanus ipse ei librum de locis sanctis 'porrexit' (Beda l. l.); optime Plummer p. 263 eum regem *dixit* philosophum. *Nupserat ei Cutburga, Inii, qui 688—725 Westsaxonum rex fuit, soror, quae post breve matrimonium ab eo discessit, ut sanctimonialis fieret Bercingensis (cf. ad prosam de virg. c. 1). Coniunctus igitur cum rege Aldhelmus erat non solum litterarum studio sed etiam affinitate, ante quam factum esse puto, ut sponsor Aldfridi baptismo — huc quae de* caelestis gratiae praerogativa *in primo capite scribit, referenda esse puto — interesset sive patrinus et pater eius spiritualis fieret, unde cognationem spiritualem inter sponsorem et baptizatum oriri putabant (cf. Realencyclopaedie f. protest. Theol. XIX 448), quam hic Aldhelmus* spiritalem clientelam, *infra* spiritalem sodalitatem *appellat. Si Aldhelmus Aldfrido librum suum non multo post regnum ab eo sumptum misit, Aldfridus, quocum* ante bis bina lustrorum volumina *i. e. ante annos viginti sit coniunctus, baptizatus est anno fere 665: inde ab hoc anno artior inter ipsum et Aldhelmum intercessit necessitudo.* 2) *Abbas iam fuit Aldhelmus; similiter scripsit in prosa de virg.* supplex ecclesiae vernaculus *cf. etiam ad Leutherium* supplex almitatis vestrae vernaculum *ad Hadrianum* vernaculus Christi et vestrae pietatis supplex alumnus *ad Wihtfridum* vernaculus supplex 3) *prosa de virg.* optabilem perpetuae prosperitatis salutem, *Epist. Merow. I 426 n. 142* optabilem sempiternae sospitatis salutem, *Bonifatius (EM I 426 n. 30)* perpetuae sospitatis salutem, *EM I 287 n. 37* gloriosam divinae sospitatis salutem, *Vigbrechtus (EM I 423 n. 138)* inmarcescibilem sempiternae sospitatis salutem, *Cynewulf (EM I p. 424 n. 139)* aeternam sospitatis in domino salutem *cf. EM I 259 n. 13. 425 n. 140.*

vinculo devotae caritatis contubernia copulasse. Nam pridem, tempore pubertatis nostrae, cum septiformi[a] spiritalium charismatum[b] munificentia[1] vestra solers[c] indolis[d] sub manu venerandi pontificis ornaretur, paternum memini me[e] nomen[f] adeptum teque adoptivae
M. 502 dignitatis vocabula[g] cum caelestis[h] gratiae praerogativa[2] sortitum. Quem | videlicet spiritalium incrementorum fructum propheticus sermo allegoricis enigmatibus[i] explanans
G. 217 designat virgultum in tipo[k] beatae et incorruptae Dei gene|tricis[l] de radice Iesse[m] fecundis palmitibus[3] pululasse[n] et purpureum[o] surculorum florem[p] misticis[q] obumbrationibus prolapsi recuperatorem[r] mundi praefigurantem cirografumque[s] protoplastorum[t 4] misericorditer abrogantem cum septeno sapientiae intellectu[u] ceterarumque virtutum spiritu[v] germinasse. Idem[w] namque septiformis sacramentorum numerus[x] sacrosanctis testamentorum[x] oraculis[y] frequentissime adstipulatur[z], cuius numeri misterium[a] iterata[b] replicatione revolvens de amoenissimo[5] scripturarum[c] paradiso[d] quasi quosdam campestrium cauliculos aut vernantes pratorum[e] flosculos coacervans ad unius coronae texturam congerere nitar[6], ut evidentius in propatulo patescat cunctisque scrutinio scrutantibus luce limpidius[f] clarescat[g], a quantis profectibus quamque[h] sacratis ordinibus[i] nostrae necessitudinis primordia et necdum[i] matura[k] rudimentorum tirocinia[l 7] originaliter processerint, pulularint[m], viguerint[n 8].

II. Hic[o], inquam, septiformis laterculorum numerus ab ipso nascentis mundi primordio[p] sacer oriundus extitit[q 9]. Nam non solum universitas totius[r] creaturae, quam volubilis

---

a) septiformis *Mai*, septiforme: e *in* i P^1 b) karismatũ F^3 c) sollers FP^1b d) indolis A^1bF^3KN i *in* e m^2 P^1, indoles *epitome, cf. carmen de virg. 1127* e) me memini bFK, memini me A^1F^3N, me *om.* P^1 f) ñn *K*, nm̃: o *supra* n *et* m *ex* n P^1 g) vocabulo *b s. l.* a *F* h) coelestis *b* i) enigmatibus *codd. (aen. b)* k) in tipo F^3 l) genetricis *codd.* m) Iessæ *Giles*, iesse (iese) *codd.* n) pullulare P^1, pululasse A^1FF^3KN, pullulasse *Giles* o) purporeum FP^1bm^2 p) flore *N*, flores *Giles* q) misticis A^1 *(floremisticis = F)*; F^3KNP^1 r) recuperationem *b* s) cirografumque *KN*, cyrografumque A^1FF^3, cyrograffum P^1, chirographumque *edd.* t) protoplaustorum F^3K u) inteł *K*, et intellectus A^1bFF^3NMai v) spũ A^1KF, spiritu *b Mai*, spiritum *Giles* w) Isdem *codd.*, sdem *s. l.* I m^2 P^1, Idem *Mai* x) numerus — testamentorum *om.* F^3 sacramentorum sa̋cramentorum oraculis, *in marg.:* sacrosc̄istestam̄torũ oraculis *F* y) oraculis A^1 *cett. Mai*, miraculis P^1 *Giles* z) adstipulatus *K*, s *in* r P^1 a) misterium A^1FKNP^2 b) itera *s. l.* ta m^1 *F* c) scribturarum A^1, scriptorarum *s. l.* v *N* d) paradyso P^1 e) patrorum A^1 f) lympidius P^1 g) clarescant P^1 h) q:q; *K*, quęq; P^1, quamque F^3 i) ordinibus nostrae necessitudinis primordia et necdum *om.* F^3, ordinibus — matura *in marg.* m^2 *F* k) t̃ra t̃ra, *sed prius punctis deletum F*, terra F^3 l) tyrocinia FF^3K m) pullulauerint *b*, i *ex* u P^1 n) uiguerint i *ex* u P^1; *post* uiguerint: h̄, *in marg. f* II de calculo septiformi noui ac ueteris testamenti florib. c̄texto F^3 o) Hinc *b*, hiñc *F* p) primordia *s. l.* o P^1 q) ext&it A^1N r) totius *s. l.* m^2 P^1

---

1) *cf. infra* septiformis sacramentorum numerus *et c. II init. et c. V* septiformi misteriorum numero 2) *prosa de virg. c. VII* specialem divinae dilectionis praerogativam 3) *prosa de virg. XIII* flos virgulti de radice Iesse descendens. *Isaias XI. LII, 2* ascendet sicut virgultum coram eo et sicut radix de terra sitienti *cf. ep. ad Rom. 15, 12* 4) *Pauli epist. ad Coloss. 2, 14* delens, quod adversus nos erat, chirographum decreti, *epist. ad Ehfrid. init.* ob inextricabile sons protoplastorum *(cf. de virg. c. XI. XL)* piaculum priscorumque cirografum oblitteraturum, *ad Gerunt. p. 84, 27* domino et salvatore nostro .. descendente, ut cirografum protoplasti deleret, *cf. prosa de virg. c. XIII (p. 13, 21 G)* 5) *Bonifatius EM I 250, 30* ad amoenissimi litus paradisi 6) *prosa de virg. XIX s. f.* purpureos pudicitiae flores ex sacrorum voluminum prato decerpens pulcherrima virginitatis coronam Christo favente contexere nitar 7) *epist. ad cler. Wiltfridi:* ab ipso tirocinio rudimentorum 8) *prosa de virg. XX s. f.* quantum profeticae dignitatis gratia enituerit, fulserit, floruerit *(cf. XXI* numeravit, pensavit, divisit*) cf. infra p. 222 G s. f.* imperium conquassans disrupit, confregit, extinxit [et in Tartara trusit] 9) *Beda De temporum ratione c. VIII* Hebdomada graece a septenario numero nomen accepit, humana quidem consuetudine septenis solum acta diebus, sed scripturae sacrae auctoritate multis speciebus insignis ..... quia dominus sex diebus mundi ornatum complens septima requievit ab operibus suis ..... laterculorum *cf. prosa de virg. c. XXXIX, 9*

et agilis polorum vertigo et bina cingunt emisperia[a], septinario[b] ebdomadis[c] simplae[d] curriculo specie[e] multiformi[f] patrata narratur[g], cum tamen in ictu et atomo[1] vivens in aeternum creaverit omnia simul[2], verum etiam optata[h] futurorum requies promissorum et beatae[i] perennis vitae felicitas, quae[k] singulis quibusque meritorum[l] emolumentis[m] recompensabitur[n], non nisi septena[o] per temporum incrementa millenario[p] numero, sequestrata reproborum caterva, insontibus et piaculorum crimine carentibus[q] tribuitur[r] 3. Eiusdem[s] quoque | supputationis sacramenta patuerunt, si prisca commemorans[t] ab origine M. 503
pandam[4], cum horrenda cataclismorum[u] irruptio[v] mortalium flagitia[w] cohercens[x] et scelestis[y] vitae pervicaciam[z] ultricibus undis abluens cuncta, quae[a] reciproco corporeae[b] Verg. Aen. I 546
vivacitatis spiraculo vescebantur[c] 5, exceptis[d] ad propagationem[e] sobolis futurae relictis, usque ad internicionem[f] necaret[6] diramque Stigii[g] Plutonis ingluviem exsanguinibus[h] miserorum manibus[i] crudeli strage[k] satiaret[l]: de mundis septena septena[m] 7 cenaculum[n] Gen. 6, 16
et tristega[o] sive, ut[p] altera continet | translatio, bicameratam et tricameratam[q] leguntur G. 218
arcam[r] gregatim ingressa[8].

Septinaria[s] similiter pignorum Iob prosapia in principio libri[t], qui[u] prosa[v] con- Iob. 1, 2
texitur et deinceps secundum Ebreos[w] dactilo[x] spondeoque[y] scandere fertur[z] 9, et

---

a) hemisperia *A¹FF³NMai*, hiemisperia *K, s. l.* h *P¹*, hemispheria *b, cf. s. f. c. XI. p. 246, 35 G* b) septinario *FF³KN* i *in* e *A¹P¹m²* c) ebdomadis *codd.* d) simpli *s. l.* ae *F* e) sp&ie *F³* f) multiforma *P¹Giles* g) narratur *A¹bFF³N*, narrantur *KP¹Mai* h) opta *s. l.* ta *m² F³* i) beatae *bF*, beata *cett.* k) felicitasq: *A¹F* l) meretorum *N* m) emulumentis *A¹KN* n) reconpensababitur *A¹*, reconpensabitur, ta *supra* bit *N* o) septeno *AF³KN*, septono *P¹ ultima litt. incerta F*, septena *bMai* p) mellenario e *in* i *A¹* q) karentibus *F³* r) tribuitur *codd. Mai*, tribuatur *P¹Giles* s) Eius *F³* t) commemorans *K* u) cataclismorum *codd.*, cataclysmorum *Mai Giles*, cathaclismorum *F³* v) incorruptio *bF (puncta supra* cor*)* w) flagitatio *s. l.* itia *m² F* x) cohercens *codd.* y) coelestis *A¹*, caelestis *Giles* z) peruicatiam *bF³KP¹m¹* a) cunctaq; *A¹bKP¹m¹* b) corporea *K*, corporœae *A¹* c) uercebantur *A¹*, uertebantur *bFF³* d) excepti *A¹* e) propaginem *F³* f) internicionem *A¹N*, internitionem *bF³KP¹* g) stigii *codd.* h) exanguibus *b*, ex sanguinibus *F*, et exsanguinibus *F³N*, ex(s)anguinibus *codd. edd.* i) manibus *codd. s. l. m²*, animabus *P¹*, animabus *Giles* k) stragi *KN* l) saciaret *K* m) septena septena *KF³N*, septena *A¹bF Mai Giles* n) caenaculum *F³P² Mai*, cenaculo *bF* o) tristega *codd.*, tristega *N*, tristæga *Mai*, tristegam *Giles* p) tristega ut *(om.* sive*) F³*, &ut *s. l.* s̄ *F* q) et tricameratam *om. P¹Giles* r) archam *P¹* s) septinaria *A¹bKF* t) liber *corr. m²* libri *P¹* u) qui *codd.*, quod *Mai Giles* v) pipsa *puncta super* ip *F*, pro ipsa *b* w) ebraeos *A¹*, hebreos *bFKP¹* x) dactilo *F³P¹* y) spondeoque *codd.* z) fert≡tur *F*

---

1) in ictu et atomo = uno temporis puncto *vel* momentaneo ictu *(epist. ad Gerunt.) cf. Beda de rat. temp. c. III, vide etiam ad prosam de virg. c. XXVIII, 1* 2) *Ecclesiasticus XVIII, 1* Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul *cf. Augustinus De genesi VII § 28* 3) *Beda De rat. temp. c. LXVII* fuere, qui propter septimum diem, in quo requieverit Deus ab operibus suis, sperarent post sex annorum milia sanctorum laboris in hac vita mortali septimo mille annorum curriculo eos post resurrectionem in hac ipsa vita immortales in deliciis et multa beatitudine regnaturos esse cum Christo ... septimam perpetuae quietis in alia vita, quam solutae a corporibus percipiunt animae sanctae cum Christo 4) *prosa de virg. LIV* ut altius repetens ab origine pandam 5) *Verg. I 546* si vescitur aura aetherea 6) *Isidorus Lib. numerorum qui in sanctis scripturis occurrunt c. VIII c. 40.* Septimo die ingressionis Noe diluvium fuit et septimo mense residens arca quievit; septena quoque animalia introierunt in arcam 7) *Genes. VII 2 versio nova:* Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena; *antiqua:* septem et septem 8) *Gen. VI 16 versio antiqua* inferiora autem arcae bicamerata et tricamerata facies; *nova:* deorsum coenacula et tristega facies in eo. *cf. Plummer ad Bedae hist. eccl. II p. 313* 9) *Hieronymus Praef. ad Hiob (IX 1110 M):* A principio itaque voluminis usque ad verba Iob apud Hebraeos prosa oratio est; porro a verbis Iob, in quibus ait: Pereat dies e. q. s. usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est Idcirco me ipse reprehendo e. q. s. hexametri versus sunt dactylo spondaeoque currentes. — *cf. etiam Gregorii Moral. I 14, 18. Item Beda de arte m. = G. L. VII 243, 10 dicit:* librum beati Hiob simplici hexametro scriptum esse adseverant

1) *Isidorus Orig. III 71, 12* Hyades dictae *ἀπὸ τοῦ ὕειν* id est a succo et pluviis. Nam pluvia *ὑετός* dicitur. Ortu quippe suo efficiunt pluvias, unde et eas Latini succulas appellaverunt, quia, quando nascuntur, pluviarum signa monstrantur, de quibus Vergilius Arcturum pluviasque hyadas. Sunt autem septem in fronte Tauri et oriuntur tempore vernali. *cf. Servius ad Aen. I 744* 2) *Isidorus Orig. XIII 6, 7* Zodiacus autem circulus est, qui duodecim continet signa, *ἀπὸ τῶν ζώων* id est animalibus ita dictus, *Epist. ad Ehfrid. sub. fin.* porro de zodiaco, duodecim signorum circulo, quae vertigine caeli volvuntur, ratione ideo tacendum arbitror 3) *prosa de virg. c. XXX* post .. dissipatas fanaticae gentilitatis caerimonias, quae vitam veritatis expertem fato fortunae et genesi gubernari iuxta mathematicorum constellationem arbitratur; *ad aenigm. 7 (I 7), 1* 4) *supra p. 72, 5* 5) *Isidorus Orig. V 31, 4* Noctis partes septem sunt: vesper, crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum 6) *Isidorus Orig. III 22, 4* Veteres autem citharam fidiculam vel fidem nominaverunt, quia tam concinunt inter se chordae eius, quam bene conveniunt, inter quos fides sit. Antiqua autem cithara septem chordis erat, unde Virgilius: Septem discrimina vocum 7) *spir. bibl.* = bibliorum

Ante pererratis[a] amborum[b] finibus exul
Aut Ararim Parthus[c] bibet aut Germania[d] Tigrin[e], —
Quam totos[f] possim legum decerpere flores,
Qui numeris[g] .VII. monstrent exempla sacratis.

IV. Sed[h] forte quilibet scrupulosus[i] clanculo[k] cordis cogitatu epistularem[l] perscrutans rusticitatem[1] perquirat et percontetur[m], cur septinariae[n] supputationis calculus[o], quem per utrumque testamentorum[p] canonem explanandarum rerum necessitate coactus congesseram, iterum atque iterum septuplo et septuplo perplexa revolutione replicetur. Huiuscemodi sollicitudine permotus recolat et reminiscatur in[q] primordio epistulae[r], quam tantopere[s] exempli gratia protelaveram[2], inde meam mediocritatem radicem futurae locutionis oblato[t] huius supputationis[u] argumento sumpsisse, unde postmodum fragilis et gracilis ingenii[3] frutices et nutabunda verborum vimina patulis[v] defusa ramusculis succreverunt[w]. Cum igitur tot tantisque sacramentorum vinculis tamque sacratis numerorum nexibus per septiformem spiritus gratiam caritas constringatur, de qua egregius | praeII. Cor. 12, 2 dicator, qui tertii caeli secreta scrutabatur[x], Romanis concatenato scemate[y] scribens, cui M. 515
Rom. 5, 4. 5 Graecorum grammatici[z] climax[a 4] vocabulum indiderunt[b], ita exorsus est: *Patientia autem*[c] *probationem, probatio vero spem; spes autem*[d] *non confundit, quia caritas*[e] *Dei diffusa*[f] *est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis,* operae pretium videtur, ut spiritalis et incircumscripta[h] necessitudo carnali et corruptibili[i] parentelae[k] praeferatur[l], quandoquidem[m] evangelica narrant[n] instrumenta, quod[o] incarnatum Dei verbum, de quo
Ps. 44, 2 scriptum[p] est: *Eructavit*[q] *cor meum verbum bonum*[r] et quod *ex utero ante luciferum*
Ps. 109, 3 psalmista idem cecinit *progenitum*, humanae cognationis[s] propinquitatem[t] et incontaminatae genetricis[u] affectum contra | iura[v] ritumque naturae quodammodo dissimulasse[w], G. 228
et quamvis catholici patres spiritalem sermonum medullam enucleantes latentemque in litteris sensum perscrutantes[x] allegorice[y] ad sinagogae[z] tipum[a] retulerint[b], nullatenus tamen sacrosanctae matris personam fuisse historica[c] relatione infitiari[d] noscuntur. Haec

---

a) peraratis *NMai*, perarratis *K* b) amborum *om. MaiA*^{1}*FF*^{3}*KNP*^{1} c) partus *F*^{3}*K*, partibus ib *punctis delet. P*^{1} d) libetaugermania *A*, bibit *KP*^{1} e) tigrin *FP*^{1}*N*, trigin *A*^{1}*K*, Tigrim *Giles* f) totus *F* g) numerus *s. l.* i *F* h) *ante* Sed *est* ſ, *idemque in marg. inf. positum ante* IIII. RECAPITULATIO EI:DE UII METRI PTINENS AD GRATIA SPS SCI *F*^{3} i) scropulosos *s. l.* v *A*^{1}*m*^{1} k) calculo *cj. corrector b* l) epistolarem *Giles* m) percunctetur *A*^{1}*Giles* n) septenariae *Giles Mai* o) calcuī *P*^{1}, calculum *Giles* p) testamentorem *N* q) in *om. b* r) epistolae *Giles* s) quam tempore *P*^{1} t) sublato *A*^{1}, soblato *s. l.* v *m*^{1} *F* u) subputationis *P*^{1} v) putalis *P*^{1} w) succreuerint *K* x) scrutaba///tur *F*, rimatur *in textu*, scrutabatur *in marg. N* y) concatenatoscemate *post* concatenato *s. l.* s *m*^{2}*F*, concatenatis *s. l.* o *N*, cum catenato *cj. corrector b*, schemate *Giles Mai* z) gramatici *KN* a) clemax *A*^{1}*bm*^{1}*KN*, demax *F*, clymax *F*^{3} b) indidere *b* c) aū *K* d) spesaū *F*^{3} e) karitas *F*^{3} f) defusa *A*^{1}*N Mai*, difusa *P*^{1} g) uris *s. l.* n *et punctum sub* u *N* h) in circumscripta *Mai*, incircumscribta *A*^{1} i) corruptili *Giles* k) parentellae *codd.*, parentelae *om. F*^{3} l) pr(a)efertur *A*^{1}*F*^{3}*N* m) quoniam quidem *bFK* n) narrat *s. l.* n *F* o) quo *b*, quod *nota est sequentis acc. c. inf.* p) scribtum *A*^{1} q) eructuauit *N* r) bonum uerbum *Giles* s) cognitionis *P*^{1} t) propinquantem *bF* u) genitricis *Giles* v) jus *Mai Giles; om. P*^{1}, contra talem sermonū: *om.* iura — spiri *F*^{3} w) desimulasse *A*^{1}*bm*^{1}*FKN* x) perscrutates *N* y) allegoricae *Giles*, allegoricę *K*, allegorae *F*^{3}, allegoricae *N* z) synagogae *A*^{1}*bN Mai Giles* a) typum *F*^{3}*NP*^{1} b) retulerunt *KP*^{1}*Giles*, retulerit *F*^{3}, retullerint *A*^{1}*N* c) hystoria *F*^{3} d) inficiari *P*^{1}*Giles*

---

1) *Lullus EM I 389, 11* rusticitatis meae litteras, *p. 298, 20* illud etiam petimus, ut rusticitatem huius epistunculae emendes, *Leobgytha ibid. p. 281, 7* illud etiam petimus, ut rusticitatem huius epistolae digneris emendare 2) *ad epist. I adnot. 5.* 3) *Leobgytha EM I 281, 12* gracilis ingenioli rudimenta exercitare cupiens 4) *Isidorus Orig. II 21, 3* Climax est gradatio, cum ab eo verbo, quo sensus superior terminatur, inferior incipit ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo servatur ut est illud Africani: Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas

idcirco tantis verborum ambagibus[a] deprompsimus[b], ut pristini fraternitatis affectus, quos praeteritorum evolutis annorum circulis conciliasse[c] et copulasse denoscimur[d], recenti quodammodo[e] memoria recuperentur et recalescant, ne rotante[f] prolixi temporis diuturnitate torpescant aut longa locorum intercapidine[g] [1] refrigescant. Vere enim indisruptae[h] caritatis vinculum[i] nec annorum numerositate marcescit nec spatioso terrarum intervallo tabescit; quin potius perfectae caritatis[k] praecordia interdum plus absentia pulsat quam praesentia pascat[l], sicut famosus spiritalis palestrae agonitheta[m], qua certantes caelestis
M. 516 palmae bravium percepturi sunt[n], affabiliter[o] dicebat: *Etsi*[p] *cor*|*pore absens sum*[q], *sed* Coloss. 2, 5
spiritu praesens. Non ergo abolenda[r] et parvi pendenda[s] est haec dextris[t] firmata affinitas[u], dum praedictus praedicator *sibi et Barnabae* inconcussas[v] ecclesiarum *columnas,* Gal. 2, 9
hoc est[w] Petrum et Iacobum et Iohannem[x], *dextras dedisse*[y] trepudiando[z] referat[a].

V. Heia![2] praestantissime et amantissime fili mi, priscae paternitatis[b] memor, inextricabilis verae dilectionis ligatura tanto strictius et enixius per succiduas[c] saeculorum aetates indisruptis restibus[d] reliquum nodetur in aevum[3], quanto constat, quod[e] isdem[f] concatenatae dilectionis viscus sacro et septiformi misteriorum[g] numero glutinosius lentescit. Igitur hac[h] praefatiuncula[i] venerandam celsitudinem vestram affabiliter alloquens[k] aliquantula[l] metrorum munuscula[m] domesticae familiaritatis fiducia[n] fretus[4] subiunxi[o]: praesertim veterum auctoritate provocatus de diversis rerum qualitatibus modo caelestium modo terrestrium materiam[p] nanctus[q] [5] nunc grandem nunc gracilem creaturarum naturam[r] considerans strictim[s] summatimque defloravi[6].

VI. Nam Simfosius[t] poeta, versificus[u] metricae artis peritia[v] praeditus[w], occultas enigmatum[x]
G. 229 propositiones exili materia | sumpta[y] ludibundis apicibus[7] legitur cecinisse et singulas

---

a) ambagimus P^1m^1 b) depromsimus *bFF*^{3} *s. l.* p *N* c) concibasse P^1 d) denoscimus *Mai*, denoscimur A^1KF, denoscitur *s. l.* m *N*, dinoscimur *bF*$^3P^1$, dignoscimur *Giles* e) quadam *s. l.* o *N* f) nero tantæ *F*, ne uel tanta *b* g) intercapedine *Giles* h) indusruptae Fm^1 i) uinculum — caritatis *om. in textu; add. in marg.* m^2 *N* k) per caritatis F^3 l) poscat *s. l.* a *F* m) agonitheta A^1P^1N, agonit&a *F*, agonet&a *s. l.* h *K*, agontheta F^3, agonotheta *Giles* n) percepturis *b* o) affabiliter *b Mai Giles* p) Et si *Giles* q) absensum A^1P^1 r) obolenda *Giles* s) penda *s. l.* den *F* t) dextrix Fm^1 u) affinitas *Giles* v) inconcusas *K* w) hoc& F^3m^1 x) Ioannem *Giles* y) dedisset *bF*, dedidisse *Giles* z) tripudiando *Mai Giles* (trepudiando *N*), repudiando *b*, *cf. epist. ad Leutherium:* decreui .. trepudians celebrare *prosa de virg. XXXIX* praecordiis trepudiantibus a) refferat *N; post* referat *f, idemque in marg. inf. positum ante* U ADMONITIO FRATNE KARITATIS CUM ARGUMTO RATIOCINATIONIS F^3 b) fraternitatis P^1*Giles* maternitatis *s. l.* pa *F cf. p. 62, 3* c) succidua *K* d) retibus P^1 e) q *N* f) iisdem P^1*Giles* g) misteriorum *FKP*^{1} *s. l.* y *b* h) ha/// *s. l.* c m^2 *F* i) praefaciuncula KF^3 k) *sic codd.* l) aliquantula — defloraui *omisit hic, infra post* enigmatum *p. 76, 5 inseruit* A^1*; in N post* alloquens *et post* deploravi *tria puncta erecto ordine posita sunt, itemque post* enigmatum. *In F, qui haec suo loco habet, in inferiore margine paginae (11*r*) iterum* m^2 *repetuntur, sed fere erasa sunt: cf. p. 76 adnot. m.* m) opuscula *F*, opuscule F^3 n) fidutia FP^1 *om.* F^3 o) subiunxi *s. l.* c *K* p) materiarum P^1*Giles* q) nactus *bGiles* r) naturam *om. bF* s) strictimque *FF*$^3P^1$ *cf. p. 81, 10* t) *Inde ab hoc loco usque ad IX fin. haec in codice Leodiensi suo habuit etiam Delrio (= D) eademque leguntur in aenigmatum codice* B^1. Symposius *Mai Giles,* simfosius *bF*, symphosius A^1DF^3, simposius KP^1, simpossius *N* u) uersificus *om. D* v) peritia peritus occultans F^3 w) praeditus — sumpta *om. Mai* x) aenigmatum *Giles et sic ubique* y) sumptas *FN*, sumtas *bD*, sumptus F^3

---

1) *Leobgytha EM I 281, 5* ne longa locorum intercapidine oblivione tradas 2) *prosa de virg. c. LX* Heia! Christi tirunculae. 3) *carm. de virg. 2085* reliquum serviret in aevum *Leobgytha EM I 281, 5* quin immo verae dilectionis ligatura reliquum nodetur in aevum 4) *Lullus EM I 379, 30* Antiquae familiaritatis fiducia fretus 5) *Lullus EM I 385, 4* Qua de re scribendi vobis materiam nequaquam incongruam nanctus 6) *Sedulius Scottus p. 88 ed. Hellmann* si quae sparsim .. de quibusdam bonis et malis regibus .. sive principibus leguntur, in unum breviter deflorarem opusculum 7) *cf. 76, 18*

quasque propositionum formulas tribus versiculis[a] terminasse; sed et Aristoteles[b 1], philosophorum[c] acerrimus, perplexa nihilominus[d] enigmata[e] prosae locutionis facundia fretus[f] argumentatur[g]. Quamobrem nostrae exercitationis sollicitudo horum exemplis instincta et commentis[h] adinventionum[i] stimulata[k] decies denas (vel vicies) quinas id est centenas[l] enigmatum[m] propositiones componere[n] nitebatur[o] et velut[p] in quodam gimnasio[q] prima ingenioli rudimenta exercitari[r] cupiens[2], ut venire possit deinceps ad praestantiorem operis materiam, si tamen prius[3] haec mediocria | metricae definitionis[s] regulis M. 517 minime caruerint[t] tripertitamque[u] sillabarum[v] differentiam iuxta perpendiculum[4] scandendi rite[w] servaverint[x]; denique praedicta enigmatum[y] capitula primitus quaternis versiculorum lineis degesta[z], sequentia vero, iuxta quod se[a] occasio componendarum[b] rerum exhibuit[c], quinis aut senis vel etiam[d] septenis metrorum versibus et eo amplius carminantur[e], quibus[5] indesinenter secundum poeticae traditionis disciplinam[5] cola vel commata[f] seu pentimemerin[g] et eptimemerin[h] annectere progressis[i] binis aut ternis pedibus procuravi; alioquin dactilici[k] exametri[l] regulae legitima aequitatis lance[6] carentes[m] lubricis sillabarum[n] gressibus vacillarent.

VII. Porro[o], quod eadem[p] muta insensibilium rerum natura, de qua enigma[q] clanculum et latens propositio componitur[r 7], quasi loqui et[s] sermocinari fingitur[t], hoc et in sacris litterarum[u] apicibus[8] insertum legitur[v], quia nonnumquam[w] rationabilis[x] creatura irrationabilium[y] gestu et personis[z] utitur et e diverso[a] irrationabilis sensusque[b] vivacitate carens intellectualium gestu[z] et voce fungitur[c]: quemadmodum in libro Iudicum diversa

a) uersibus *Giles* b) aristotelis *AFF*^{3}, aristotolis *P*^{1}, aristotilis *K* c) phylosophorum *F*^{3} d) nihil ominis *F*, nihil homin$\not$ *A*^{1}*N* e) aenigmata *Giles Mai* f) facunda fultus *A*^{1}*N* g) argumentat *D* h) cō̃ta *F* i) ad inventionem *Giles*, adinuentionum *codd.* k) stimulata *om. D* l) *deciesdẹnas id est centenas quinas *codd. edd.*, decies — propositiones *om. D* m) aenigmatum *Giles Mai*, egmatum *s. l.* ni *N*, *post* enigmatum *in A*^{1} *legitur* aliquantula — defloraui *cf. p. 75 notam l* n) componere *F*^{3}*Giles* o) nitebar *K* p) uelud *K* q) gymnasia *KP*^{1} *s. l.* o *N* r) exercitare *DGiles*, exercitari *(non* excitari*) codd.* s) diffinitionis *F*^{3}*P*^{1} t) caruerunt *D* u) tripertitam *codd.*, triptitam *Mai*, tripartitam *Giles* v) sillabarum *F* w) ritem *F*^{3} x) seruauerint *om. P*^{1} y) aenigmatum *Giles Mai* z) digesta *DGiles*, degesta *A*^{1}*FKP*^{1}*N s. l.* i *b*, deiesta *F*^{3} a) re *P*^{1} b) componendarum *bF*^{3}*Giles* c) exibuit *P*^{1} d) uel a&iam *A*^{1}, aut etiam *P*^{1} e) *iuxta* carminantur *in marg.* metrorum *F* f) cōmato *A*^{1}, comata *bm*^{1}*F*^{3} g) pentimemerin *FKNP*^{1}*bm*^{2} *(m*^{1} petem.*)*, pentimemerim *DF*^{3}, penthemimerin *A*^{1}, pentimimerin *Mai*, pentemimerim *Giles* h) eptimemerin *FKNP*^{1}, eptememerin *bm*^{1} *(*heptemimerin *m*^{2}*)*, eptimemerim *DF*^{3}, epthimemerin *A*^{1}, heptimimerin *Mai*, heptemimerim *Giles* i) progressi *F*^{3} k) dactylici *A*^{1}*KNGiles Mai* l) exametri *codd. D* m) currentes *D*, kanentes *F*^{3} n) syllabarum *Giles Mai*, sillabarum *s. l.* y *b* o) *ad* $_1$Porro: $\overline{7}_2$ *et eodem signo in marg. superiore* $\overline{7}$ UI INSENSIBILIUM RERŪ NATURA QUE TROPICE LOQ DICUNT *F*^{3} p) eadem *codd. DMai*, etiam *Giles* q) aenigmatis *D* r) componitur *Giles* s) et *om. P*^{1} t) fingatur *F*^{3} u) literarum *Giles* v) inlegitur *s. l.* sertũ *N* w) nonnunquam *Giles*, nunquam *D s. l.* non *FK* x) inrationabili *P*^{1} y) irrationabilium *Giles et sic semper* z) et personis — gestu *om. D* a) e contrario *Giles*, & diuerso *F*^{3} b) sensus *om.* que *Giles* c) fingitur *bK*, *s. l.* u *m*^{2} *Fm*^{1}*N*

1) *Hieronymus adv. Rufin. III 39 (= XXIII 507 M.)* Pythagorica et illa praecepta sunt: 'Amicorum omnia esse communia' . . . illaque aenigmata, quae diligentissime Aristoteles in suis libris prosequitur: Stateram ne transilias i. e. ne praetergrediare iustitiam; ignem gladio ne fodias . . . coronam minime carpendam . . . cor non comedendum *e. q. s. Talia 'aenigmata Aristotelis' legebantur e. g. in Sedulii Scotti collectaneo cf. J. Klein, Über eine Handsch. des Nicolaus von Cues p. 101. V. Rose, Aristot. pseudepigr. p. 201* 2) *vide p. 74 adnot. 3* 3) *pertinet hoc ad 230, 28 — 246, 32 et —247, 35 G* 4) *epist. ad Acirc. p. 233, 4* tripertita heroici exametri perpendicula 5) *Leobgytha EM I 281, 10* versiculos conponere nitebar secundum poeticae traditionis disciplinam. — quibus = *in quibus vel per quos; colon est pars versus pedis fine compositus, comma partem pedis implet; itaque* seu *ad hoc tantum pertinet* 6) *epist. ad Acirc. p. 246, 37* aequis lancibus librata 7) *Donatus (Gr. L. IV p. 402, 5 = Iulianus Toletanus I 206 p. XLVI)* aenigma est obscura intelligentia per occultam similitudinem rerum 8) *prosa de virg. c. XXV* propriis litterarum apicibus *cf. p. 75, 22*

lignorum genera articulata hominis[a] voce loquentia monarchum[b] quaesisse[c] referuntur[d] *(ierunt,* inquit[e], *ligna ungere*[f] *super se*[g] *regem),* ubi et[h] singillatim[i], sicut supra iam Iud. 9, 8
diximus[1], ficus et vitis simulque oliva et ad[k] extremum[l] ramnus[m] igne proprio flammisque
voracibus[n] Libani cedros[o] consumpturus[p] iuxta ritum humanae locutionis[q] profari per- Iud. 9, 15
hibentur. Huius[r] etiam[s] tropi figuram in quarto Regum volumine Ioas Israheliticae[t] plebis Reg. IV 14, 9
G. 230 gubernaculo potitus ad Amasiam | regalibus imperii sceptris fulgentem cum furibundo[u]
cavillationis[v] ludibrio et probroso[w] gannaturae subsannantis[x 2] elogio[y] crudeliter com-
M. 518 ponens[z] *Carduus,* inquit[a], *Libani misit ad cedrum*[b], | *quae est in Libano, dicens: Da*
filiam tuam filio meo uxorem! et reliqua[r]; et psalmista *omnia ligna silvarum exultasse* Ps. 95, 12
et *flumina manuum plausibus lusisse camposque gratulabundos extitisse*[c] ab animali[d] ad Ps. 97, 8
inanimale[e] metaforice[f] retulit[g 3], et illud poeticum

Mater me genuit, eadem[h] mox gignitur ex me[4]; Pompeii comm. G. L. V. 311, 9 K.

et quot de[i] mutis aut[k] brutis ratiocinationis[l] argumenta requiruntur, cum etiam sapientis-
simus[m] cunctorum[n] retro regum et deinceps nasciturorum in Ecclesiaste[o] frequenter
stolidissimorum[p] personis utatur[q] dicens: *Quid*[r] *habet homo amplius iumento*[s] aut *sapiens* Eccl. 3, 19 et 6, 8
stulto? et cetera similia[t]. Haec idcirco[u] diximus, ne quis[v] forte novo nos et inusitato[w]
dicendi argumento et quasi nullis[x] priorum vestigiis trito[y] praedicta enigmata[z] cecinisse
arbitretur.

VIII. Et[a] ut evidentius harum rerum[b] ratio claresceret, legitimos septies quaternos metrorum
pedes[c], quibus universa non solum principalia octo genera progrediuntur verum etiam
species, quae ex eadem stirpe pululantes[d] centuplis metrorum[e] frondibus contexuntur[e],
subdidimus[f 5] et singulis quibusque[g] pedibus tantam[h] exemplorum copiam accumulantes[i]

---

a) hominis *om. D* b) monarchiam *DKP*[1] c) qu(a)esisse *codd.*, quaesiisse *Giles* d) refertur *D*, equeruntur *s. l.* ref *F*[3] e) inquid *P*[1] f) unguere *A*[1]*NMai* g) inter se *b* h) ubi et *bFKP*[1]*N*, ubi *cett.* i) sigillatim *Giles* k) ad *om. bFN* l) et ex remum *A*[1] m) rhamnus *Mai, sed N:* ramnus; *Giles* n) ueracib; *F* o) caedros *A*[1]*bFF*[3] p) consumturus *KMai* q) loquutionis *P*[1] r) Huius etiam tropi — uxorem et reliqua *om. D* s) a&iam *A*[1] t) Israeliticae *Mai,* israhelitici *A*[1]*FKN* u) furibudo *s. l.* n *A*[1], furibunda *s. l.* o *F* v) capillationis *KP*[1], cabillationis *A*[1]*m*[1]*bFF*[3]*N,* iuallationis *cj. corrector b* w) proboso *P*[1] x) gannatu *(s. l.* i*)* resubsannatis *b,* subsannatis *A*[1]*FKP*[1]*N,* subsannatus *F*[3] y) elogia *P*[1] z) componens *Giles* a) cardus inquid *P*[1] b) caedrum *bF* c) exstitisse *DF,* extetisse *A*[1]*KN,* i *s. l. b* d) inanimali *bF*[3]*K,* inannibali *P*[1], inanimale *A*[1]*N* e *in* i *FMai corr. Delrio* e) ad animale *codd.,* &animale *D; corr. Delrio* f) metaforicae *F* g) retullit *A*[1]*N* h) et eadem *NMai,* et eodem *A*[1] i) quid de *A*[1]*bFKNP*[1], qđ de *F*[3], quod e *Giles,* quot de *Delrio* k) ac *Giles,* aut *codd.* l) rationationis *F*[3] *s. l.* ci *K,* ratiotiationis *P*[1] m) sapientis simul *D* n) cunotorum *P*[1] o) ecclesiastice *i. m.* astae *m*[2] *F,* aeclesiaste *A*[1] p) stolitissimorum *A*[1]*FK* q) utatus *A*[1] r) Quod *D* s) amplius *om. D in lacuna* iumento amplius *A*[1]*bF* t) et c similia *b* u) idcirco *om. D* v) quis *om. A*[1], quid *s. l.* s *m*[1]*K* w) usitato *K s. l.* in *N,* inusitate *D (corr. Delrio)* x) nullis quasi *D,* quasi *m*[1] *s. l. ante* et *K,* quasi et nullis *P*[1], et quasi nullis *om. A*[1]*bFF*[3]*Mai* y) troto *P*[1]*m*[1], strato *D* z) enigmate *P*[1], aenigmate *D* a) *ante* Et *f et in marg. f* VIII · DE XX OCTO PEDŪ REGULIS *F*[3] b) rerum *om. F*[3] c) pedes — metrorum *m*[2] *scriptura insulari in margine superiore adscripsit N* d) pullulantes *P*[1]*Giles,* pululantes *prius* l *ex* p *A*[1] e) contexetur *s. l.* vn *N* f) seddidim' *A*[1] g) quoq; *P*[1] h) tantum *D* i) acomulantes *Fbm*[1], acumulantes *P*[1]

---

1) *c. II = p. 68, 7* 2) *prosa de virg. LI* subsannantis gannaturae ludibrium *c. LVI s. f.* quasi ridiculosum subsannantis gannaturae opprobrium 3) *Isidorus Orig. I 37, 3 sq. quatuor metaphorae discernit genera:* ab animali ad animale, ab inanimali ad inanimale, ab inanimali ad animale, ab animali ad inanimale *(cf. Keil ad Gr. L. IV 399, 12)* 4) *Versus hic in nulla aenigmatum collectione exstans saepius a grammaticis laudatur cf. Donatus l. l., Commentum Einsidl. (Anecd. Helvet. ed. H. Hagen p. 272, 37), Iulianus Tolet. I 206 p. XLVI cf. Dietrich ZfDA XI 470* 5) *Servius de centum metris I 1 (Gr. L. IV 457 K)* Licet audacter, non tamen ineleganter hunc libellum qui volet centimetrum nominabit; tot enim metrorum digessi ... sed lecturo haec scienda sunt .... eaque *(metra)* esse octo principalia, iambicum, trochaicum, dactylicum, anapaesticum, choriambicum, antispasticum, ionicum a maiore,

ex diversis[a] orationum partibus congessimus[a], quantam[b] ad praesentis opusculi[c] normam pro evidentioris[d] indicii[e] gratia sufficere credimus[f] et, quod praecessores[g] celeberrimi[h] uniformi nominis exemplo propalasse[1] noscuntur, nos eorundem[i] vestigia enixius indagantes uberiorem exemplorum formulam enucleabimus[k]. Neque enim[l] in tam densa totius latinitatis silva et nemorosis sillabarum[m] saltibus, ubi de singulis verborum radicibus multiplices regularum ramusculos pululasse[n] antiqua veterum traditio declarat, rudibus facile negotium deprehenditur et praesertim metricae artis disciplina carentibus[l] et (nescientibus), qualiter[o] vel[p] quo pacto longae et breves sillabae[q] vel etiam communes[r] utrubi[s] | competentes[t 2], quas Graeci dichronas[u] dicunt, sagaciter discriminentur. M. 519

IX. Ex[v] hac enim triplici sillabarum[w] definitione[x] potius quam[y] de fonte[z] aut monte[a] Musarum, de quibus Persius Flaccus[b] | G. 231

Prol. 1 sqq.

Nec fonte, inquit[c], labra prolui[d] caballino
Nec in bicipite somniasse Parnasso
Memini me,

omnis metrorum ratio monstratur et qui versus monoscemi[e], qui pentascemi[f] vel qui[g] decascemi[h] cum .XXIIII.[i] temporibus, excepto si trocheo[k] terminentur, rite dicantur[l 3]. Hac[m] tripertita[n] discretionis[o] normula omnis heroici exametri[p] versificatio vel caesurarum[q] scansio principaliter constat, licet sinalipharum[r] velut[s] quaedam conglutinatio et[t] explosa collisionis[u] additamenta[v] crebro[w] apud poetas lyricos et satiricos[x] necessitate metri

---

a) ex diuersis — congessimus *om. D* b) quantum *D* c) opuscoli P^1 d) prouidentioris F^3 e) indici P^1, inditii bm^1 f) credidimus *ND Mai Giles* g) professores *Mai* h) celeberrimū bFF^3 i) eorundū *K*, eorumdū bFF^3, eoχdū *N* k) enucleabimus *codd. Mai*, enucleauimus *Giles D* l) Neque enim — carentibus *om. D* m) sillabarum *bFK*, siluarum *s. l.* m^2 lab *N* n) pullulasse P^1 *Giles* o) *aequaliter: *punctum infra* a *et* t m^2 *supra* e *F; post* qualiter *Delrio: 'aliquid hic deest'* p) uel *om. D* q) sillabae *Fbm*^{1} r) commones A^1N s) utrubi *codd. Mai, cf. Thes. gloss. II 388*, utrobique *Giles* t) competentes *bFN* u) διχρονας *D*, dicronas KP^1 v) *ante* Ex *f̄ et in marg. inf. f̄* UIIII DE METAPLASMI SINALIPHE ECLIPSI · UERSUU̅Q; SCANSIONE F^3 w) sillabarum *bF* x) diffinitione DP^1 y) potiusq; P^1, qua *D*, quam m^2 *s. l. N* z) fronte *in marg.* fonte *F* a) at *s. l.* u A^1, ut *s. l.* a m^1K, ā P^1, à monte *D* b) fraccus *s. l.* l m^2F c) inquid F^3: t *in* d P^1 d) pollui *D (corr. Delrio)* e) monascemi *F*, monosceme KP^1, monoschemi *Giles Mai* f) pentiscemi *D*, pentischemi *Mai*, pentaschemi *Giles* g) quiqui *D*, quiq; *cj. Delrio* h) decaschemi A^1*Giles Mai*, decasscemi F^3 i) cum XXIIII *s. l.* x *F*, cum XXIII *b; adscripsit corrector:* addiderat tamen x unum supra. k) trochaeo A^1 *Giles Mai* l) dictantur *D*, rite dicantur *om.* KP^1 m) Haec *D* n) tripartita *Giles* o) descriptionis *Giles*, discretionis *codd. (etiam* P^1*)* p) hexametri *Giles Mai*, exametri *codd.* q) censurarum A^1bFF^3N r) sinalipharum bFF^3, synalipharum A^1KNP^1, synalepharum *Giles* s) uelut *om. D* t) et *om.* A^1FF^3N u) collisionis *Giles*, conlationis *in marg.* conlisionis *K* v) addimta KF^3P^1 *s. l.* ta *F* w) crebros Fm^1b x) satiricos P^1, saturicos A^1bFF^3KN, satyricos *Giles Mai*

---

ionicum a minore. *Audax, quem infra sequitur Aldhelmus, (Gr. L. VII 333 K sq.) quatuor bisyllabos, octo trisyllabos, sedecim tetrasyllabos versus = XXVIII (cf. etiam infra 273, 25 G.) enumerat.* Subdidimus *h. l. idem atque infra* tractavimus; *nam haec post aenigmata demum traduntur.*

1) propalasse *cf. prosa de virg. c. XIII* haec — collationes patenter propalabunt *c. XXXVII* stropham prophetica virtute propalatam. *epist. ad Acirc. p. 273, 22 G* 2) *De dichronis non disserit Audax (cf. p. 327); de eis confer Maximi Victorini librum (Gr. L. VI) p. 219. Isidorus Orig. I 14, 1 sq.* Syllabae — aut breves sunt aut longae aut communes . . communes autem, quia pro scribentis arbitrio, cum necessitas cogit, et producuntur et corripiuntur 3) *Consentiunt, quae hic exponit, cum eis, quae Diomedes libro III (GL I 494 K) et qui eum sequuntur explicant; Diomedes autem p. 496* de monoschematistis, penteschematistis, decaschematistis *loquitur; etiam haec ad graecos auctores, non ab Aldhelmo, ut puto, sed ab eius auctoribus adhibitos sunt referenda cf. Draco Stratonic. ed. Herm. p. 136 cf. Roger L'enseignement p. 363, 1 Quae sequuntur, de suo videtur addidisse Aldhelmus, quod, quos affert versus, apud alios grammaticos non inveniuntur. — cf. epist. ad Leutherium:* qui versus monoscemi, qui pentascemi, qui decascemi certa pedum mensura trutinentur

interponantur[a], quae maxime ex vocalibus litteris[b] vel sillabis[c] .m. semivocali[d] terminatis gignuntur. Has[e] utrasque[f] Iunius[g] Iuvenalis quinto satirarum[h] libro[i] unius versus tenore simul elisit dicens

Omenta? ut video, nullum discrimen habendum est; Iuv. V, XIII 118

scanditur[k]: *omen*[l] spondeus[m], *tautvide*[n] dactilus[o] per sinalipham[p], *onul* spondeus, *lumdis* spondeus, *crimenha* dactilus, *bendum est*[q] spondeus per sinalipham[r]. Rursum[s] idem satiricus[t] libro .IIII.[u]

Bellorum exuviae[v], truncis affixa[w] tropeis[x]; Iuv. IV, X 133

scanditur[y] ita: *bello. rumexuvi*[z]. per sinalipham[a]. *aetrun. cisaf. fixatro. peis*[b]. Sic Anneus[c] Lucanus, Cordubensis poeta, uno versu[d] libri .VIII.[e] bis elisit dicens

Quare agite, Eoum comites[f], properemus in orbem[g]! Luc. VIII 289

Rursus idem libro .X.[h] ait

Hinc tergo[i] insultant pedites; via nulla saluti Luc. X 538

et alibi

Extremoque epulas mensasque[k] petemus ab orbe[l]! Luc. IX 430

Unde Paulus Quaestor[1] elisit .m. litteram[m] ita:

Tartaream in sedem sequitur nova nupta maritum.

M. 520 Sic etiam[n] Prosper, | poeta et rethor[o], in libro, quem epigrammata[p] praetitulaverat[q], eandem litteram[r] bis elisisse cognoscitur dicens

Non coeptum[s] aut auctum, non hic mutabile quicquam est; Prosp. epigr. 3, 5

item infra

Caelestem ad patriam tendens cognosce[t] vocantem! ibid. 31, 1

Haec eadem sinalipha[u] versibus[v] Sibillae[w] [2] poetridis[x] continetur, quae ait

G. 232 Tunc ille[y], aeterni[z] species pulcherrima regni; |

Focas[a] quoque grammaticus primo versu sinalipham[b] exprodit[c] dicens

Ars mea, multorum es[d], quos saecula prisca tulerunt! Phokas G. L. V p. 410 K.

---

a) interponentur A^1m^1 b) literis *Giles* c) sillabis bFF^3 d) semiuocalim *(om. ·m·) Giles,* in semiuocali *bD,* in semiuocalibus P^1 e) Hac *Giles* f) utraque *s. l.* s m^2 *F* g) Iunius *om. b* h) satirarum P^1, satyrarum *cett.,* satyrrū F^3 i) *post* libro *(cf. supra l):* rite dicuntur P^1, rite dicantur *K* k) scanditur *om.* P^1 l) o mens P^1 m) spondaeus *Giles Mai,* spō *(sic saepius)* A^1FF^3 n) tutuide *Giles,* tantuidem F^3 o) Dactylus P^1*GilesMai,* dacť A^1F^3K, dac̃ *b* p) *om.* $A^1FF^3NP^1$*Mai,* per Synalepham *Giles* q) bend est *DGiles* r) per sinalipham *om.* $A^1FF^3NP^1$ s) spondit. Rursum P^1, rursum A^1*bKN,* rursus *Giles* t) liricus KP^1, lyricus A^1*bFF*^{3}*NGiles,* satyricus *Mai* u) libro III *D* v) exubiae *Fb,* exc̣ubiae F^3, excubiae *cett.* w) affixa *Giles,* adflixa *D (corr. Delrio)* x) tropeis *Fb,* tropheis $A^1F^3KP^1$, tropaeis *GilesMaiD* y) scanditur — tropeis *om.* P^1 z) Bello. rexcubi. Lucanus *D,* excubię A^1, exubi F^3N a) synalaepham *Giles,* synalipham A^1P^1N, sinalipham bFF^3 b) &rum *K,* a&hruncis P^1, a&rū. sisad. *K,* tropeis $bKFF^3$ c) Anneus *codd.* sichananeus P^1 d) in uersu *b,* uerso KP^1 e) octaui F^3KP^1 f) comitres P^1 g) scanditur ita quar(e)gite. eoum comites properemus in orbem F^3 *in marg.* bF^3m^2 h) decimo FF^3KP^1 i) hinc ergo P^1 k) mansasq; P^1 l) ab urbe *F* m) literam *Giles* n) Item Prosper Caelestem — uocantem *D* o) rethor *codd.,* retor *s. l.* h *b* p) epigrāma F^3 q) protitulauerat *Giles,* p̄titulauiterat *deletum, in marg.* p̄titulauerat *K* r) literam *Giles* s) ceptum *bFKN* t) cognoscere P^1 u) synalaepha *Giles,* synalepha *D,* synalipha KF^3P^1*Mai,* synolipha A^1N, sinalipha *Fb* v) a uersib; *K* w) Sibyllae *GilesMai,* sibillae *Dbm*^{1}, sibille i *alterum ex* e P^1, sybell(a)e KF^3N, syllabae A^1, sillabe *s. l.* sibille m^3F x) p&ridis KP^1 y) illi *D* z) aeterna *D, corr. Delrio* a) Phocas *MaiGiles,* Foccas *D* b) sinalipham bFP^1, synalipham KF^3*Mai,* synolipham A^1, synolyphā *s. l.* i *N,* Synalæpham *Giles* c) exprodit A^1F^3N, explodit *cett. in marg.* pro *F* d) est *Giles,* es *codd. et Phocas ipse* eis A^1

---

1) *L. Müller Mus. Rhen. XXII 86 haec refert ad Laodamiam* 2) *cf. M. Manitius Zu Aldhelm und Baeda p. 53; laudatur Sibylla etiam p. 245, 16. 30 G*

Isidorus[a] vero[b] vocales elisit ita:

Sisebutus Anth. L. 488, 2 R.
Argutusque inter latices et musica flabra[c]

et Vergilius[d] libro .XI.

Verg. XI 1 et IV 129
Oceanum interea surgens[e] Aurora reliquit[f].

Idem libro .VII.[g] Aeneidos in uno versu[h] geminas, sinalipham[i] et[k] ecthlipsin[l], comprehendit[m] ita:

Verg. VII 123
Nunc repeto: Anchises[n] fatorum arcana[o] reliquit[p];

scanditur enim hoc modo[q]: *Nuncrepe*[r]. *toanchi*[s]. *sesfa. torumar*[t]. *canare*[u]. *liquit*[v]. Sed hos duos metaplasmos[w] saepe ambiguitas scandendi conturbat, quos talis discretionis[x] differentia[y] dirimit: si prior vocalis exploditur[z], erit sinalipha[a]; si posterior fuerit explosa, erit[b] ecthlipsis[c] [1], sicut[d] novissimo[e] versu libri Regum[f] cautum[g] legitur

Cyprianus Gallus (Reg. IV 25, 28)
Purpureis[h] maior Persarum in sede tyrannis;

Vergilius[i] item libro, quem Pedagogus[k] [2] praetitulavit, cuius principium est[l]

Carmina si fuerint te iudice digna[m] favore[n],
Reddetur[o] titulus[p] purpureusque[q] nitor;
Si minus[r], aestivas[s] poteris convolvere sardas[t]
Aut piper aut calvas[u] hinc operire nuces,

sillabam[v] elisit dicens

Durum[w] iter et vitae[x] magnus labor,

et Arator[y] subdiaconus primo versu terminalem genetivi[z] sillabam[a] displodit[b] dicens

Arator ep. ad Vig. 1
Moenibus undosis bellorum incendia cernens

et infra elegiaco[c] versu subiunxit

ib. v. 6
Inque humeris ferimur[d] te relevante[e] piis, | M. 521

et Andreas[f] orator[g]

Anth. Lat. 494 c (766), 10 R.
Filius, inquit[h], ipse[i] hominis, qui deus est hominis[k].

---

a) hisidorus *Ab*, hesidorus *N* e *in* i m^2 *F*, sesidorus *K*, Isidorus — flabra et *om. D* b) uero *om. bF* c) fabra *s. l.* l A^1K d) Virgilius *GilesD*, uirgł P^1, urgł F^3 e) sugens *s. l.* r *F* f) reliquid FP^1 g) VIImo P^1 h) uniuersu P^1 *i) synaliphas ANP^1, synalifas *K*, sinaliphas bFF^3, Synalaephas *Giles*, sinalepham *D* k) uel bDF^3P^1 l) *&hlipsin AF^3K, ethlipsin *N*, echlipsin *Fb*, e(E)clipsin P^1*Giles*, eclypsin *D*, ellipsin *Mai* m) comprehendit *bGiles* n) ancises $A^1F^3KNP^1$, hancises *bF* o) archana $A^1DF^3P^1$ p) reliquid A^1FF^3 q) ita *GilesD* r) Nanc *s. l.* v *N* s) tanci F^3 *s. l.* h A^1, thanci $bFKNP^1$ t) fathorar bFF^3KN u) chanare P^1, reana F^3 v) liquid P^1 w) metaplasmas *K* x) descretionis A^1N y) deferentia *codd.* z) explodatur NP^1 a) sinalipha bFF^3, synalipha A^1KP^1N, sinalepha *D*, Synalæpha *Giles* b) explosa erit P^1 c) ecthclipsis A^1N, echlipsis *K*, ethclipsis F^3, ethlipsis *bF*, eclipsis DP^1*Giles*, ellipsis *Mai* d) sic P^1 e) in nouissimo *DGiles* f) regum libri *K* g) cantum *D* h) purporeis A^1P^1 *s. l.* v *K*, purpurus *s. l.* e *b*, purpuras F^3 i) Virgilius *GilesD* k) Paedagogum *GilesD*, p(a)edagogus *cett. cf. 74, 16 et carm. de virg. 540* l) cuius principium est *om. D; leguntur hi versus quatuor etiam in cod. Monac. 14505 cf. Hosius ad Lucan. p. 338 et in Ambros. C. 74 cf. Baehrens Plm. I 161* m) te digna iudice *sed signis transpositionis additis* F^3 n) fouere *in marg.* fauore *F* o) Reddatur *codd. Riesii anth. lat. n. 675* p) titulis *D*, *corr. Delrio* q) purporeusque A^1K, purpuriis *F* r) Si manus *D*, Sin mauis *Delrio* s) aestuas F^3 t) surdas *D* u) Aut caluas pueris *cj. Delrio* v) sillabam *bF* w) Dirum *s. l.* v *K* x) vita *D* y) orator *K* z) genitiui A^1bF, genitī P^1, genī *K* a) sillabam bm^1FF^3, syllabae *D* b) displosit *DbGiles* c) eligiaco *bF*, egiliaco P^1 d) feremur *s. l.* i A^1 e) reuelante *F*, ter releuante P^1, dereleuante *D* f) et Andreas — namque *om. D* g) arator, *supra* a *alt.* o *bF* h) inquid P^1 i) ipse *s. l.* A^1, hominis ipse *additis transpositionis siquis* F^3 k) hominum *Anthologia*

---

1) *Diomedes lib. III (GL I 494 K)* ultra (septem decem syllabas) non potest (longiari versus heroicus), nam si plus habet, excutiuntur per ecthlipsin vel synaliphen *cf. Roger L'enseignement p. 373*
2) *M. Manitius p. 28; secundus versus repetitur p. 284, 4 G; comparat Manitius Horat. epist. II 1, 267 cf. L. Mueller Mus. Rhen. XXII 85*

Propterea namque[a] has duas metaplasmorum[b] species ex numero .XXIV.[c 1] indagare et[d] explanare nisus sum[e], quia[f] per omne corpus poeticorum librorum satis frequenter reperiuntur insertae[g] et, nisi sagaci subtilitate praecognitae[h] fuerint, diversa impedimentorum[i] obstacula[k] et errorum offendicula[l] scandentibus velut iter carpentibus[m] generare solent. Idcirco diversos versus metrorum ad sinaliphae[n] metaplasmum congruentes[o]
G. 233 catervatim congessimus, qua|tenus[p] his perspectis nullum deinceps explosae[q] collisionis[r] chaos et[s] latebrosum[t] confractae sinaliphae[u] baratrum[v] lucem scandentis confundat aciemque legentis obtundat[w].

X. Igitur[x], tripertita heroici[y] exametri[z] perpendicula ut certius cognosci queant, strictim[a] summatimque expedire conabor, sicut[b] prisca veterum auctoritas tradidisse monstratur[c]. Videor itaque mihi hoc[d] planius et apertius posse patefacere, si per interrogationem et responsionem pauxillulum[e] reciprocis vicibus stilus[f] varietur, quemadmodum[g] beatus Augustinus[h] per multa librorum corpora hoc est soliloquiorum et de libero arbitrio et eo, quem de magistro praetitulavit, et sex libris de musica[i] fecisse comprobatur[k], vel Isidorus[l] duobus voluminibus[2], quae sinonima[m] vel polionima[n] praetitulantur[o]; quod genus dictandi ab undecima[p] appellativorum nominum specie translatum reor. Hoc itidem Iunillius[q], instituta regularia[r], quae a Paulo Persa[s] Sirorum[t] scolis[u] naviter[v] instructo[w] didicerat[x], Primasio, sedis apostolicae pontifici[y], scribens *'ne aliqua,* inquit[z], *confusio per antiquariorum*[a], *ut adsolet*[b], *neglegentiam*[c] *proveniret*[d], *magistro* M. 522 ✕[e] *graecam litteram*[f], *discipulis* △[g] *praeposui*[h], *ut*[i] *ex peregrinis caracteribus*[k] *et* | *quibus*

Iunilius praefatio ad instituta regularia divinae legis = LVIII 15 col. 2 Migne

---

a) Itaque has *D* b) metaplasmarum *s. l.* o *N* c) XIIII A^1K, XXIIII *in marg.* m^2F d) indagare et *om. D* e) nirursum P^1 f) q̃ A^1, qui *K*, que P^1, qua *b* g) insertae sunt *Giles*, sunt *om. D*, repperiuntur insert(a)e $A^1FF^3NP^1$, reperiuntur *Kb* h) p̃cogitatae *in marg.* cognatae m^2F i) impedimentorum *bFGilesMai* k) obscula F^3 l) et errorum offendicula *om. DGiles* m) uelut iter carpentibus̃ *om. DGiles* n) sinaliph(a)e bm^1FF^3, senoliphae A^1, synaliph(a)e KNP^1, synalephe *D*, synalaephae *Giles* o) congruenter *D* p) quatinus F^3 q) explosis: is *ex* us*(?)* *b* r) collisionis *bGiles* s) et *om. DGiles* t) latebrorum *K* u) *ut not. n* v) baratrum FKP^1 w) infundat *in marg.*, obtundat m^2F, cum fractae sinalephae baratro lucem scandentis confundat; *cetera om. D; post* obtundat *f̃, in marg. inf. f̃* UIIII. DE METRICA P̄FATIONE INTERROGATIUE: ET RESPONSIUE DUAB. GREGORUM LITTERIS DISCRETA. F^3 x) Igitur hac *K*, ac P^1 y) hieroici *F* z) hexametri *MaiGiles*, exametri *codd. hic et infra* a) strictimque *bFN*, strin̄timque F^3 *cf. p. 75 s*, strictim *cett.* b) sic̄ P^1 c) memoratur *Giles* d) hoc *s. l.* m^2N e) pauxillum *s. l.* ul m^2F f) stylus *Giles* g) quemammodum F^3P^1 h) agustinus *N* i) libris quae *Giles* k) comprobatur *bGiles* l) esidorus Fm^1KNP^1, isidorus *s. l.* h m^2A^1 m) synonyma *MaiGiles*, synonima A^1K, synanima *s. l.* o *N*, sinonima bFF^3P^1 n) polyonyma *MaiGiles*, polyonima A^1N, polionima bFF^3KP o) protitulantur *Giles* p) undecimo *s. l.* a *F* q) Iunillius $A^1F^3KNP^1$, Iunilius *MaiGiles* r) regalia *s. l.* ari *(?) N*, regulari *s. l.* a *F* s) Persa *om.* P^1*Giles* t) Syrorum *codd.* u) scholis *MaiGiles*, salis *s. l.* co m^2F v) nouiter A^1 w) instructa *MaiA*^{1}*bN* x) dedicerat *Abm*^{1}*KN* y) pontifice F^3P^1 z) inquid P^1 a) antiquorum KP^1F^3, antiquiorum A^1bFN, antiquariorum *MaiGiles cf. etiam prosa de virg. LIX p. 79, 32 G et tract. metr. p. 328, 30 G* b) assolet *Giles* c) neglegentiam *codd.*, negligentiam *Giles* d) pueniret P^1 e) ✕ *bF*, M *cett.* f) litteram *omnes, etiam Giles* g) D *Giles*, △ *cett.; etiam in textu bF et* A^1 *semper* ✕ *et* △, *K* M *et* △, F^3 *primo* M△ *deinde* ✕△, P^1 *primo* M△, *deinde* Inī *(errogatio vel* lī*) et* ℟ *vel* R̄ *et* R *(esponsio), tum modo* M *modo* ✕ *habet.* h) praeposui A^1KN, proposui *cett.* i) ·i· *bF*, ut *om.* A^1F^3N k) characterebus *MaiGiles*, carecteribus A^1N

---

1) *i. e. XXIV* temporum metri *cf. Diomedes l. l. 494, 21* 2) *Hunc titulum Isidori* Synonyma *(ed. Arevalo vol. VI 472 sqq.) in codicibus non habent, in quibus* Liber lamentationum *et* Soliloquia *inscribuntur cf. Ebert Gesch. der christl.-lat. Lit. I² 595, 2. Quae addit Aldhelmus* quod genus dictandi etc. *ex Isid. Orig. I 7, 14 desumpta videntur*: Synonyma hoc est plurinomina eo, quod sit in pluribus nominibus significatio una, ut terra, humus, tellus: idem sunt omnia; *leviter erravit, nam haec in Isidori enumeratione viginti octo specierum non undecima, sed duodecima est species.*

Latina scriptura non utitur, error omnis penitus[a] *auferatur*[b] [1].' Melius quippe et sagacius[c] hoc argumento velut quibusdam cotibus[d] animorum ingenia acuuntur. Idcirco praetermissis[e] reliquorum[f] metrorum generibus, quae centenis [2] varietatum speciebus dirimuntur[g], praestantissimas dactilici[h] exametri[i] regulas, quod ceterorum omnium[k] arcem et infulas possidet[l], praedictis[m] litterarum[n] caracteribus[o] vicatim[p] et alternatim positis pandamus.

Δ Quot[q] sunt genera versuum in dactilico[r] metro [3]? ϰ Quinque. Δ Quid[s] est dactilicum[t] metrum? ϰ Quod constat dactilo[u] et spondeo[v]. Δ Nonne plerumque ultimus pes trocheo[w] terminatur? ϰ Quia [4] nonnulli metricae artis peritia praediti hunc pedem de versu excludendum censuerunt[x], quia[y] omnis sillaba[z] in ultimo versu adiaforos[a] est, id est indifferenter[b] accipitur nec interest, utrum corripiatur an producatur[c]; unde a[d] quibusdam vitiosus[e] versus putatur, qui trocheum[f] | admittit. Nam ratio exigit, G. 234
ut in pleno versu .XXIV. tempora sint; admisso[g] itaque trocheo minuitur temporum numerus et erunt[h] tempora .XXIII.[i], qui est versus colobos[k]. Δ Superius dixisti .V. genera versuum esse in dactilico exametro; quae sint, nominatim dicito[l]. ϰ Exameter, pentameter, tetrameter[m], trimeter, dimeter. Δ Exameter rectius dicitur an exametrus? ϰ Utrumque ut Evander et[n] Evandrus, quorum unum venit ex Graeca[o] enuntiatione, alterum ex Latina[p]. Δ Exameter ergo sive exametrus quot[q] pedibus caeditur? ϰ .VI. dactilo et spondeo[r] circum se positis aut alterna interpositione variatis. Δ Exametri versus genera quot sunt[s]? ϰ Tria. Δ Quae? ϰ Exameter dactilicus, exameter heroicus, exa|meter iambicus, qui et senarius, qui constat ex simplicibus sex, idemque M. 523
ex duplicibus trimeter[t].

Δ Quid ergo? si versus exameter sex spondeis constiterit, poterit dici dactilicus? [5] ϰ Vocatur quidem versus[u] spondiazon[v], sed metrum dactilicum; nam eiusmodi compositio[w] nonnisi in dactilicum metrum cadit. Δ[x] Qui sunt versus[y] exametri[z] dactilici[a]?

---

a) poenitus P^1 b) auferat F^3 c) sagatius bm^1FP^1 d) codicib; F e) pr&ermissis K, p̄termisis N f) rereliquorum P^1 g) derimuntur A^1 h) dactilici bm^1FP^1 i) exametri *codd.* k) omnium *om.* KP^1Mai *(N habet)* l) p̄sidet F^3 m) p̄dictus F^3 n) literarum *bGiles* o) characteribus *MaiGiles* p) uicatim *b in marg. corrector* cf. uicissatim q) Quod P^1, Quot *b, in marg.:* Vide Maximum Victorinum, ex quo noster multa uerbo tenus descripsit inter Gramaticos pag. 1955. r) dactilico bFF^3P^1 s) Quid bF *et Audax*, Quidem P^1 *(pro Quid est)*, Quod *cett.* t) dactilicum $A^1bm^1F^3P^1$ u) dactilico F^3 v) spondeo *codd.* w) trocheo *codd.*, troceo K x) censuit? F^3 y) qui K, que F^3, qa P^1 z) sillaba bm^1FK a) adiaforas bm^1F, adiaforis KP^1, adiaphoros *MaiGiles* b) indifferenter F, indeferenter *cett.*, indifferenter *Audax* c) an producatur *om. bF* d) a *om.* F^3 e) uiciosus bFF^3 f) trochaeum *MaiGiles* g) admiso Km^1N h) erum N i) XXtria A^1N k) colophos P^1*MaiGiles*, colofos *cett.*, colobos *Audax et Victorinus* l) dicto Fm^1 m) t&ram&er *s. l.* K n) et *om.* FP^1*GilesMai* o) ex greco P^1, ex graeco *Giles* enuntiatione *om.* P^1*Giles* p) latino *Giles (*latina *etiam* P^1*)* q) quod A^1F^3N r) pondeo P^1 s) quod A^1F^3 t) idemque — trimeter *etiam Victorinus et Audax* u) uersus *om.* A^1N v) spondiozon *s. l.* a K w) compositio *Giles* x) Inᵀ *pro* Δ *et* R *hic et infra* P^1 y) uersus *s. l.* m^2 N z) exametrici G a) dactyli A^1N

---

1) *Apud Iunilium primo* Δ *(= διδάσκαλος) magistrum, qui interrogat,* ϰ *(= μαθηταί) discipulos, qui respondent, significavit; cf. A. Rahlfs Nachrichten von der Königl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen 1891 p. 243; iam Aldhelmus codicibus per antiquariorum incuriam depravatis usus (cf. L. Traube, Vorlesungen II 99 sq.) rem ita invertit, ut discipulus (= Δ) rem omnem quasi tenens quaereret, magister (= ϰ) responderet; Aldhelmi exemplum Beda, Alcuinus, Hrabanus, Cruindmelus alii sunt secuti; cf. etiam Keil Gr. L. III 399 et Festschrift für A. von Bamberg p. 5. Iam in libro quaestionum super veteris testamenti libros (cf. Alcimus Avitus ed. Peiper p. LV)* Δ *et* M *idem sibi volunt atque apud Aldhelmum.* 2) *Epist. ad Leuth.* centena scilicet metrorum genera pedestri regula discernere. 3) *Audax Gr. L. VII 336, 14 — 337, 8 (= Victorinus de metris Gr. L. VI 208, 24 — 209, 18) ad verbum fere ab Aldhelmo adhibitus est; omisit Aldhelmus ea, quae Audax de Cornelio Epicado (= 336, 27 — 337, 3 = Victorinus 209, 9—12) attulerat.* 4) *sic ex Audace cf. Festsch. f. A. v. Bamberg p. 5 sq.* 5) *Audax 337, 9—24 (Victorinus 209, 18 — 210, 12)*

⋋ Qui tantum sex pedibus dactilicis constant[a] praeter[b] bella et facta heroum quodlibet aliud continentes, ut, puta, sunt bucolica[c] et georgica[d] ceteraque huiusmodi[e]. △ Qui sunt[f] exametri heroici? ⋋ Qui bella et heroum res[g] gestas complectuntur[h], veluti[i] est Ilias Homeri vel Aeneidos[k] Vergilii[l] vel ⟨libri[m]⟩ Lucani[n] proelia[o] Caesaris[p] et Pompei[q] decantantis[1].

△ Quis est pes quintus? ⋋ Dactilus. △ Quare quintus dactilo competit[r]? ⋋ Quia[s] semper in versu, exceptis aliis locis, quibus varie ponitur, quintam[t] regionem proprie obtinet minusque lenis est versus, qui quinto loco spondeum habuerit, et vocatur spondiazon[u], ut est ille[v]

Aut leves ocreas lento ducunt[w] argento — Verg. VII 634

et ideo nec[x] in fine dactilus debet poni nec[y] spondeus in quinto loco, ideoque[z] spondeus a quibusdam imus pes[a] cognominatur, quod regionem sextam sibi vindicet.

G. 235 △ Qui modus[2] est sillabarum in versu exametro dactilico[b] sive exametro heroico[b]? ⋋ Omnis versus exameter dactilicus sive heroicus a .XII. sillabis crescit usque ad decem et septem[c]; nam qui minimus[d] est, habet sillabas non minus quam .XII. △ Quid ergo? nonne plerumque invenimus versum .XVIII. aut .XIX. seu .XX. sillabarum, ut sunt hi[e]

Sed revocare gradum superasque[f] evadere ad auras — Verg. VI 128

item

Laurus erat tecti in[g] medio, in penetralibus altis — Verg. VII 59

item

Aut onera[h] accipiunt venientum et[i] agmine facto — Verg. I 434 = georg. 4, 167

item

M. 524 Cara mihi ante | alias neque enim novus iste Dianae[k]. — Verg. XI 537

⋋ Sunt quidem plerique sillabarum .XVIII., at[l] vero .XIX. raro et .XX. aut vix aut nequaquam reperiri[m] queunt[n]. Verum sciendum est in metrica ratione[o] numquam computari[p] eas sillabas[q], quas superius diximus sinaliphae[r] metaplasmum intercipere; quo fit, ut omnes illi[s] versus, qui supra dictum sillabarum[t] numerum[u] videntur excedere,

---

a) constat A^1K b) ꝑpt̃ P^1 c) bocolica F^3, buccolica F d) giorgica F^3P^1N e) huiusmodi A^1bKN, huiuscemodi *cett. Giles* f) Quisē A^1 g) reges g *adrasum* F h) complectuntur F^3*Giles* i) et ueluti $AbFF^3N$ k) Aeneis *Giles Mai*, aenidos A^1, (a)eneidos *codd. Audax (Victorinus* Aeneis*)* l) urgī F^3, uergilii A^1FN, uirgilii P^1 m) *libri *om. codd. edd.* n) luciani F^3 o) p̄olja A^1, p̄olia N, prelia K, praelia b p) cellaris KN q) pompei *codd.* r) competit F^3*Giles* s) Qui K t) quintum K u) spondazon *s. l.* i K v) ut ille N *sed s. l.* +, *in marg.* ✠ w) ducent P^1 x) nec *om.* P^1 y) sicut nec bKN, sicut *om. edd.* z) ideoq; $AbFKNMai$, ideo *cett.* a) imus spes F^3, quib; dā mus, i *supra* m F, mus; b *add. in marg.* 'an ultimus? an summus? vel supremus. Sed Maximus Victorinus, unde multa et uerbotenus noster desumpsit, imus habet'. b) uersu dactylico hexametro heroico *Giles* heroicos *(s. l.* v*)* exam&tro: exam. *deletum* N c) *sic* A^1bFF^3N, X & VII P^1 d) minimus est K *cf. Audax p. 338, 2*, minus est bFP^1, *in marg. corrector: lego* minimus; imus est A^1N e) hii $A^1F^3KNP^1$ f) supaq; *s. l.* s A^1 g) tecti in *codd. edd., contra textum Vergilii versum Audaci add. Aldh.*, tecti *om.* A^1, *infra* te *puncta* F h) honera P^1 i) et agmine *codd.*, aut *Verg. Audax,* atque *Giles* k) alias usque Dian(a)e $A^1FF^3KP^1N$, alias &c usque *Giles*, neque enim nouus iste Dianae b l) at *s. l.* v N, aut *codd. Giles* m) repperiri $A^1FF^3NP^1$ n) quaeunt Fbm^1 o) racione F^3 p) computari *Giles* q) sillabas b, sylł P^1 r) sinaliphe b, synaliph(a)e A^1FN, synalipphe P^1, Synalaephae *Giles* s) oms ille P^1, omnis *Giles*, omnem: m *in* s F t) sillabarum bm^1 u) nemerum K

---

1) *Audax p. 337, 16:* Ilias Homeri vel Virgilii Aeneidos *(Victorinus:* Vergilii Aeneis*);* vel ⟨libri⟩ Lucani — decantantis *addidit Aldhelmus.* 2) *Audax 337, 25 — 338, 24 (= Victorinus 210, 13 — 211, 17) cf. Roger L'enseignement p. 376. Lacuna eadem, quae est apud Audacem (cf. Victorinus 210, 16) post* quam .XII., *est etiam apud Aldhelmum; pro versu Verg. IV 315 Aldhelmus VI 128. VII 59 attulit; Giles Verg. I 434* atque *legit (pro* aut *= Vergilius, Audax, Victorin.), ita ut exemplum adesset undeviginti syllabarum, qualem* adhuc nullum fere inveniri *dixit Audax (et Victorinus); Aldhelmus addidit temere* aut .XIX. *et* at vero .XIX. raro, *sed versus exemplum non adiecit.*

detractis sinaliphis[a] ad .XVII. aut .XVI. aut etiam[b] ad .XV. redigantur[c], veluti sunt illi, quos supra exempli gratia posueras. Unde sciendum est nullum versum dactilicum exametrum inveniri[d] posse, qui numerum sillabarum .XVII. videatur excedere. Itaque omnis versus dactilicus exameter infra hunc numerum usque .XII.[e] sillabas[f] terminatur. △[g] Precor[h] hoc lucidius exponi[i] et clarius enodari. ✕ Versus dactilicus exameter, si solis spondeis[k] constiterit, erit .XII.[l] sillabarum; si unum dactilum habuerit, .XIII.[m]; si duos, .XIV.; si tres, .XV.; si quattuor[n], .XVI.; si quinque, .XVII.[o]: ita, quoties dactilus accesserit, toties una sillaba crescit[p].

△ Exameter versus dactilicus[t] per quot[q] species variari decernitur? ✕ Quantum metrica ratio declarat[r], .XXXII.[s] scemata[t] habet. △ Has scematum species per ordinem apertius[u] explana! ✕ In versu .XII. sillabarum una species est: hic est, quem superius diximus[2] monoscemum[v] nuncupari; is quippe[w] sine ulla varietate omnes in se spondeos habet, qui ob hoc spondiazon vocatur, ut est

Ennius Ann. 623 V. Audax p. 338K.

Hi[x] producuntur[y] legati Minturnenses[z], |

quod genus versificationis adeo durum et horrens est, ut Albinus in libro, quem de metris scripsit[a], vetet[b] G. 236

Audax p. 339, 1 sq. K.

spondeo totum concludere versum;

sed adiuncto dactilo quinta regione aptius[c] comitur[d]. △ In versu .XIII. sillabarum[e] quot[f] scemata sunt? ✕ Quinque sine du|bitationis scrupulo. △ Quomodo quave ratione[g]? M. 525 ✕ Ibi quippe unus dactilus inter spondeos admissus[h] omnibus quinque locis libere[i] decurrit.

Prologum omittunt EeF (quamvis in capitulatione aenigmatibus praemissa legatur: XI De metrica praefatione et praecatione enigmatibus congruente*) LP*^{1}, *qui eum tamen insertum habet in textu tractatus f.* 74^a, P^2V; *in tractatu metrico habent aenigmata KN; etiam S aenigmata in tractatu habuisse inde concludendum est, quod et tractatus et aenigmatum reliquiae eadem scriptura sunt exaratae; una cum tractatu aenigmata traduntur, sed non in ipso tractatu leguntur in* FP^1, *qui codex in tractatu solum prologum retinuit; in L aenigmata praecedunt epitomae ex tractatu factae; in St. Amandino 378 sola capitulatio habetur, in Bertiniani apographo nullum aenigmatum exstat vestigium, prologum solum habet.*

Praecedit praefationi prologus prosaicus (INCIPIT PROLOGUS ALDHELMI SUPER ENIGMATA) *ex tractatu excerptus (= 75, 21 — 77, 5. 77, 9 — 81, 8) in* B^1, *qui prologus fuerat etiam, post praefationem metricam, in Leodiensi Delrii; praefatio metrica sola sine aenigmatibus est in Monacensi 23486; cum paucis aenigmatibus legitur in Vaticano-Palat. 591 =* p

1 (a)ethereo *A alii*, (a)etherio *K alii* septra *A* *Acrostichon et telestichon plerique codd. significant.* 4 Hordida *suprasc.* r m^1R mā Fm^1, nam *supra lin.* P^1 multans *codd., suprasc.* mactans P^4, mulctans *Giles* membraque *p* uehemoh AF^1, uehemoth $F^2KNP^1S^1$, uehemot P^3, beemoth BCP^4, bemot B^1, behemoth *OP (in ras.)*, bemoth *R* 5 alta *suprasc.* o m^2N, alto *K* o *in* a m^1P^1D dum rueret F^1, rueret cum F^3 arte *p*, axe D^1 6 Limphida B^1CO, Limpida *suprasc.* h m^2E, Lympida S^1p dictandi $F^1F^2RP^4$, ductanti *p* carmine APP^4R e *in* a P^1, cantica $F^1F^2P^3$, *in marg.* carmine *N* 7 nunc *supra lin. C* rudisque *p* pandereruM P^1 8 enigmata *hic et infra codd. ut in titulo*, climata *cj. Delrio* clandestina *Giles* fatuU *A* 9 tua igratis *R*, grata Em^1

Prologus hic multa communia habet cum prologo et prima parte carminis de virginitate. Aenigmata non mille continent versus, ut falso ex acrostichi et telestichi versu, qui conferendus est cum carm. de virg. v. 2895 Dum decies denis modulantur milibus odas, *iam Willelmus Malmesberiensis conclusit et qui adnotavit ad codicem Cantabrigiensem ea, quae adscripsi in fine commentarii critici; nam* millenarius *numerus apud Aldhelmum quemlibet magnum numerum indicat cf. e. g. de virg. v. 2787 et Festschr. für A. v. Bamberg p. 9, vide etiam p. 43. Imitatus est praefationem artificiose per acrostichon et telestichon ornatam Ermoldus Nigellus in prologo carminis de rebus gestis Ludovici regis* (Ermoldus cecinit Hludoici Caesaris arma) *PlaC II p. 4 cf. inprimis v. 5. 11. 16. Centum aenigmata composuit Aldhelmus ad exemplum Simfosii, eundemque numerum Tatuinus et Eusebius sumpserunt.*

1 *prol. de virg. v. 7* Arbiter altithronus qui servat sceptra superna. *Leobythae epist. (EM I 281)* Arbiter omnipotens solus qui cuncta creavit. *Milo vita St. Amandi I 1* Arbiter omnipotens hominum rerumque creator. *Bonifat. aenigm. 35* Arbiter aethereus condit me calce carentem 2 *carm. de virg. 2882* regnatoris . . sublime tribunal, *v. 2901* caeleste tribunal. *Euseb. aenigm. 40, 4* sublime peragro tribunal 4 *Hiob XL 10. Gregorius moral. XXXII 10, 16* Quem sub Behemoth nomine nisi antiquum hostem insinuat? *Isidor. Orig. VIII 27*

Castalidas nimphas non clamo cantibus istu**C**
Examen neque spargebat mihi nectar in or**E**;
Cynthi sic numquam perlustro cacumina, sed ne**C**
In Parnasso procubui nec somnia vid**I**.
Nam mihi versificum poterit Deus addere carme**N**
Inspirans stolidae pia gratis munera ment**I**;
Tangit si mentem, mox laudem corda rependun**T**.
Metrica nam Moysen declarant carmina vate**M**
Iamdudum cecinisse prisci vexilla trope**I**
Late per populos illustria, qua nitidus So**L**
Lustrat ab oceani iam tollens gurgite ceph**L**a
Et psalmista canens metrorum cantica voc**E**
Natum divino promit generamine nume**N**
In caelis prius exortum, quam Lucifer orb**I**
Splendida formatis fudisset lumina saecli**S**.
Verum si fuerint bene haec enigmata vers**V**
Explosis penitus naevis et rusticitat**E**
Ritu dactilico recte decursa nec erro**R**
Seduxit vana specie molimina menti**S**,
Incipiam potiora, sui Deus arida serv**I**,

10 Castolidas S^1 nimphas B^1CP^1 *alii* nunclamo u *in* o P^1 11 Non examen apum spargat *cj. Delrio cf. ad v. 20* michi *p* nectar morte *p* 12 cinthi KP^1, cinti *B*, cincti B^1C *suprasc.* a m^1E, Cynthia NP^3 perlustra *suprasc.* o *N* 13 pernasso *corr.* m^1A, Im parnasso *B*, parnaso OP^4S^2 *alii*, In paria se procubui *p* 14 michi *p* uersificam *suprasc.* u P^1 15 stolide *Bp* numera *corr.* m^2P^1 16 nam laudem S^1 17 iam *K*, nam *om.* S^1 moisen *AC*, moysen *KNOP*^{1}*R* declarat *suprasc.* N P^1 carmine *K*, carmine *suprasc.* a *N* 18 cecinit *cj. Delrio* prisci *suprasc.* m^2 celebris *A*, almi *(suprasc. man. recenti* prisci*) B*, cęlebris KS^2, celebris DP^3S^1, celebris *suprasc.*, prisci P^1, celebris ue(x) *(scribit hic codex omnes prologi versus sex partibus spatio disjunctis) in textu omisit addiditque in marg. N* vix illo *p* trpai *suprasc.* o *A*, trophei *BCOS*^{2}*p alii*, trophe B^1 19 illustria S^1, inlustra *s. l.* i m^2 *B* quantidus *suprasc.* i *E* 20 ob S^2 surgite, *corr.* m^2P^1 cefal *O*, cephal hal *in ras. R*, gurgite l *(sic) D*, lumen *cj. Delrio non intellecta carminis forma artificiosa; versum in textu omissum in pagina ima add. E* 21 salmista P^3 cantica *AFP alii; in marg.* carmina *N*, carmina *BKP*^{1} vel cantica B^1m^2 22 generamina *corr.* m^2R 23 coelis B^1 exortum prius P^1 24 fulsisset B^1C, forma fulsisset *O*, fudisset *suprasc.* fulsisset PP^4, fudisset *ex* fulsisset *E* 25 Uere; *in marg.* Ullaque mundo candida miro sidera nutu *B*; *hunc versum (pro v. 25) in textu habet O, in marg. imo P cf. p. 48.* — bene *codd.*, bona *Delrio; receperunt Giles, Wright* 26 plenitus Km^1, poenitus $P^1P^3S^1$, paenitus *O* neui sed F^1F^2 rustititate *P*, rustitate P^4 *versus 26—28 om. R* 27 dactylico *N*, dati lico *suprasc.* c *E* recti P^3 decursu *infra sc.* a *N*, decurro *corr.* m^2P 28 spetie PP^4 mente S e *in* i *P* 29 Incipiam am *ex* at *p* pociora S^1 uerbi B^1CO, serui *ex* uerbi *E* 29—36 *desunt in B*

10 *carm. de virg. 24* nec peto Castalidas metrorum cantica nymphas 11 *Hic versus non tam ad ea quae c. de virg. 657 sqq. de Ambrosio narravit, referendus esse videtur quam ad ea quae de veteribus vatibus ferebantur cf. Kiessling ad Hor. c. III 4, 12* 13 *Conferendi sunt Persii versus ab Aldhelmo ipso supra in tractatu p. 78, 12 sqq. laudati (choliambi 1 sqq.)* Nec fonte labra prolui caballino Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini, ut repente sic poeta prodirem 17 *Propter* prisci vexilla tropei *hi versus referendi videntur ad carmen Mosis post Pharaonis cladem cantatum (Exod. 15, 1 sqq.), non ad id, quod Deo iubente (Deuteron. 31, 19) Moses composuit, ut glossa:* in Deuteronomio *in cod. Regio 12 CXXIII indicat* 20 *carm. de virg. 1016* extollit vipera cephal; *pluralis habetur Euseb. aenigm. 41, 1* septena cephala 21 *Ps. 109, 3* ex utero ante luciferum genui te *cf. ps. 2, 7. Augustin. sermon. 86, 10* Illi dies unus dies, quia iam nec tempus. *cf. id. de fide, spe et caritate 14. 23. An. hymn. 51, 108* verbum verum et verum principium, ex patre natum ante Luciferum. *Mone, Anzeiger VII (1838) 102* a patre genitus ante Luciferum 29 *tract. metr. p. 76, 6* prima ingenioli rudimenta exercitari cupiens, ut venire possit deinceps ad praestantiorem operis materiam

Belligero quondam qui vires tradidit IoB,
Viscera perpetui si roris repleat haustV.
Siccis nam laticum duxisti cautibus amneS
Olim, cum cuneus transgresso marmore rubrO
Desertum penetrat, cecinit quod carmine DaviD.
Arce poli, genitor, servas qui saecula cunctA,
Solvere iam scelerum noxas dignare nefandaS.

INCIPIVNT ENIGMATA EX DIVERSIS RERVM CREATVRIS COMPOSITA.

TETRAST. 1 (XII)

I. TERRA.

Altrix cunctorum, quos mundus gestat, in orbe
Nuncupor (et merito, quia numquam pignora tantum
Improba sic lacerant maternas dente papillas)
Prole virens aestate, tabescens tempore brumae.

TETRAST. 2 (XIII)

II. VENTVS.

Cernere me nulli possunt nec prendere palmis,
Argutum vocis crepitum cito pando per orbem.

---

30 Belligeri *suprasc.* o *N* uiros *R*, uiris *suprasc.* e *N* 31 uescera *R* siroris *codd.*, roris si *D*, roris sic D^1, roris si *Giles* hastu *N*, austu *P* 32 laticum *suprasc.* is m^2A, laticum B^1CEPOR *alii*, laticū: u *ex* is P^1, laticem S^1, laticam *suprasc.* v, *deinde* cis *N*, laticis *KGiles* duxistis Km^1 cantib; *corr.* m^2N, cauꝫtiꝫb; *O* amnis S^1 33 Ollim *corr. N; O* transgreso *suprasc.* s *A*, transgressu *R. In marg.* P^1 *adscripsit:* qui conuertit petram in stagna aquarum *(= ps. 113, 8)* 34 caecinit P^3 carmine *ex* carmen *E* 35 arci *corr.* m^2N, arte *p* polli *prius* l *delet. R* seruans OPP^4Rm^1 36 iam i *ex*? *O* *post versum* 36 ALDHELMVS CECINIT MILLENIS ꝰSIBUS ODAS F^1

INCIPIUNT ENIGMATA EX DIUERSIS RERUM CREATURIS CONPOSITA *A*, INCIPIUNT ENIGMATA QUATERNIS UERSIB: CONTEXTA QUE GRECORŪ LINGUA TETRASTITA *(sic)* DICUNT' *Ke*, INCIPIUNT ENIGMATA ALTHELMI GRAMĀTI *B*, INCIPIUNT ENIGMATA AEDITA AB ALDHELMO ARCHIEPŌ THEODORI RETHORIS DISCIPULO DACTILICO CARMINE QUATERNIS QUOQUE VERSIBUS CONTEXTA QUAE GRECA LINGUA TETRASTICA DICUNTUR B^1E, Incipiunt enigmata aldelmi *V*, ENIGMATA ALDELMI epī incipiunt Sed p̄mū de t̄ra *C*, SEQUUNTUR ITEM EPYGRAMMATA ALTHELMI P^1L, epig̃r altelmi *in marg. L (cf. proll. p. 47)*, INCIPIUNT ENEGMATA METRICA *R qui inter praefationem et aenigma alterum, a quo incipit, versus habet, quos edidi in Festschrift für A. v. Bamberg p. 25* In rebus tantis *e. q. s.*

[I] I TERRA *(AP^2S^2 alii) vel* DE TERRA *(BB^1CP alii) codd.* RI DE TERRA *V*, DE TERRA TETRASTICON *suprasc.* quatuor uersuum S^1, XII *(cf. proll. p. 45) KFN*, I Terra *E*, T̃ *G* 1 Altris *suprasc.* x *A*, Atrix *B* cuctorum *F* quo mundus constat P^2 in orbe gestat *G* 2 Noncupor P^3 meritum um *in* o m^2V quae *De* nonquam P^2, 'mendose valde' *Delrio* pignera S^1 tantum um *in* a m^2V 3 Inproboque: oque *in ras. V*, Improba *L* sic *(supra lin.)* placerant P^1 denta *suprasc.* e *N* 4 aetate P^3 tabescentem *corr.* m^1V

[II] II *A* VENTUS *AES^2 alii*, DE UENTO *BB^1C alii*, II Ventus *E*, II DE UENTO *P*, RII DE TERRA *V*, XIII *KNF*, Ṽ *G* 1 Cerne *s. l.* re *B*, Cernerem P^3 me *s. l. G* prenpalmis *suprasc.* m^2 dere *R*, praendere *F* 2 argutim *corr.* m^2A, argutus *corr.* m^2P^3 crepitum uocis *Beda*

---

30 Belliger *est Hiob, quoniam* 'certamina spiritualia pugnae sustinuerat' 32 *tract. metr. p. 65, 16* ex quo larga laticis vivi flumina .. decurrunt 33 *Exod. 14, 29. 22.* — marmor = mare *cf. Thes. gloss. I 681* 34 *Ps. 77, 13. 15. Bonifat. aenig. 81* Antiquus vates cecinit quod carmine David.

[I] *Eusebius aenigm. 6 [aenigm. Bern. 45, W. Meyer, Ges. Abh. II 173]* 2 *Euseb. 6, 1* Quos alo nascentes, crescentes, scindor ab illis *cf. Bern. 5, 5* Nulli sicut mihi pro bonis mala redduntur 4 *Simfos. 11, 2* Sole madens, aestate fluens, in frigore siccus

[II] *Eusebius 8 (De vento et igne), aenigm. Bernens. 41, Cynewulf 2; affertur in collectaneis q. f. Bedae (Migne XCIV 548 A.)* 1 *Bern. 5* Cernere me quisquam nequit aut nectere vinclis

Viribus horrisonis valeo confringere quercus;
Nam superos ego pulso polos et rura peragro.

TETRAST. 3 (XIV)

III. NVBES.

Versicolor fugiens caelum terramque relinquo,
Non tellure locus mihi, non in parte polorum est:
Exilium nullus modo tam crudele veretur;
Sed madidis mundum faciam frondescere guttis.

TETRAST. 4 (XV)

IV. NATVRA.

Crede mihi, res nulla manet sine me moderante
Et frontem faciemque meam lux nulla videbit.
Quis nesciat dicione mea convexa rotari
Alta poli solisque iubar lunaeque meatus?

TETRAST. 5 (XVI)

V. IRIS.

Taumantis proles priscorum famine fingor,
Ast ego prima mei generis rudimenta retexam:
Sole ruber genitus sum partu nubis aquosae;
Lustro polos passim solos, non scando per austros.

---

3 horisonis *A (suprasc.* r*)*; P^2, orisonis *V (suprasc.* m^2 h *et* r*)*; $P^3m^1Om^1$ uale P^2 confringere: frin m^2 *in ras. R* quertus *suprasc.* c *A*, quercos *E*, quaercus *F* 4 superos e=go *F*, super=os *in ras. fuit b V* et ego pulso et r. p. *omisso* polos *R*, superos et ego c̄pulso et r. p. *G* per agros Vm^1

[III] III *A* NUBES AFF^2P^3, NUPS S^2, NUBS LP^1R, DE NUBE BB^1C *alii*, RIII DE NUBE *V*, III Nubs *E*, III DE NUBE *P*, XIII *KNF*, N *G* 1 uersculor *A* u *in* o *B*, uersicolor *suprasc.* u ES^2 quae *A* relinquens P^4 terramque profundam B^1C relinquo *in marg. man. rec.* profundam *B* 2 mihi locus ẽ S^1, mihi *om.* S^2 tellue *suprasc.* r *R*, terre lecocus P^2 ñ *A*, non *in marg. man. rec.* nec *B*, nec in parte B^1CFOPR, in *om. Delrio* est *om.* OS^2Pm^1 *(add.* m^2*)* 3 exilius *corr.* m^1A nullis *suprasc.* v F^1, nullius *G*, nullum OPP^4 crudile e *ex* i *R* 4 faciam madidis mundum *OP* gutis *R*

[IV] IIII *A* NATURA AES^2 *alii*, DE NATURA BB^1C *alii*, RV DE NATURA *V*, IIII Natura *E*, IIII DE NATURA *P*, XU *KNF*, N *G* 1 me m^1 *supra lin. K* non ulla *Delrio* 2 Et frontemque meam *OPR* luxum quam n. u. *OP* frente *suprasc.* o *N*, fontem *s. l.* r *B*, S · faciē frontēq; mea l. n. v. *G* 3 nesciat ABB^1C *alii*, nescit *De alii Beda (correpta syllaba* ne *ut carm. de virg. 2295 cf. praef. v. 18)* ditione *eOV* conuea *suprasc.* x *V* 4 que *om.* S^1 iuber *suprasc.* a m^2P^3

[V] V *A* IRIS AF^1P^1L, IR *R*, IRIS ŁARCVS P^3, DE IRIDE *B*, DE ARCU CELI *O*, DE IRI *(*YRI *P praesc.* V*)* VEL(Ł)ARCV C(A)ELESTI $B^1ePP^2S^1S^2$, VI. DE IRI id est ARCV CAELESTI *V*, V Arcus vel iris *E*, De arcu celi (= O) hoc est iris *C*, XVI *FKN*, J̃ *G* 1 Taumantis *A codd.*, Tonantis *R*, Caumantis P^2V *(praesc.* T*)*, AThlan//N'is h *add.* m^2 *O* prolis *R*, prole s *add.* m^2F prisscorum S^1 nomine *suprasc.* ł famine *L* fingor i *in* u m^2 *F*, i *ex* u P^1, fungor *Delrio* 2 Aste go *K*, ergo P^3, e=go *F* meigneris *suprasc.* e m^2R rudumenta retaxam *R* 3 Soler uber m^1V ruber *A codd., cf. quem iam Maleynius citavit, Serv. ad Aen. V 610* notandum sane etiam de Iride arcum genere masculino dicere Vergilium, ruber m^1, rubens m^2FP^1Giles, rubro *Delrio* genitus: us *in* a m^1P^1, genita *L*, gemitus *G* partum̐ *V* nibis Am^1, nubes P^2Vm^1, rubis *corr.* m^2P^1 4 poles *suprasc.* o *R* que *supra* polos *adsc.* m^1F, solus P^2V parsim P^3R astros *suprasc.* v *N*, austros *suprasc.* v *e*

---

4 *Aenigm. Angl. 2, 6 (PlaC I 20)* Rura peragro salumque peto

[III] *Aenigm. Angl. 3; affertur in collect. q. f. Bedae l. l. 543 B* 4 *Aenigm. Angl. 3, 6* Ast tamen imbrifero perfundo gurgite mundum, Unde valet populis spissam producere messem

[IV] 4 *Verg. VI 849* caelique meatus Describent radio; *affertur aenigma in collect. q. f. Bedae l. l. p. 548 B*

[V] 1 *Anth. Lat. II 69 R n. 543, 1* Thaumantis proles varianti veste refulgens 2 *Simfos. XIV, 1* Mira tibi referam nostrae primordia vitae 3 *Verg. VIII 429* (radios) tris nubis aquosae addiderant. *cf. Isid. Orig. XIII 10, 1*

TETRAST. 6 (XVII)

VI. LVNA.

Nunc ego cum pelagi fatis communibus insto
Tempora reciprocis convolvens menstrua cyclis:
Ut mihi lucifluae decrescit gloria formae,
Sic augmenta latex redundans gurgite perdit.

TETRAST. 7 (XVIII)

VII. FATVM.

Facundum constat quondam cecinisse poetam:
'Quo Deus et quo dura vocat Fortuna; sequamur!'
Me veteres falso dominam vocitare solebant,
Sceptra regens mundi dum Christi gratia regnet.

PENTAST. 1 (XIX)

VIII. PLIADES.

Nos Athlante satas stolidi dixere priores;
Nam septena cohors est, sed vix cernitur una.

[VI] VI *A* LUNA *AF*^{1}*P*^{1}*E alii*, (L)UNN *R*, DE LUNA *BB*^{1}*C alii*, VII DE LUNA *V*, VI Luna *E*, VI DE LUNA *P*, XVII *FKN* 1 pellago *Vm*^{1} factis *Am*^{1}, f////tis *supra ras.* a *P*^{1}, fatis: s *in ras. C*, fatis a *in* o *suprasc.* r *m*^{2}*V* commonibus *K* 2 conuolens *P*^{3} cydis *R s. l.* giris *m*^{2} *V*, ciclis *B*^{1}*COS*^{1} 3 glorie famę *R*, formae *suprasc.* fame *E* 4 aucmenta *P*^{2}, aumenta *P*^{1} redundans *F*^{1}*F*^{2}, redundas *suprasc.* cumulatus *A*, redundans *suprasc.* cumulatus *E*, cumulans *(= P*^{2}*) in marg.* redundans *suprasc.* cumulatus *N*, cumulatus *FKLPP*^{1}*P*^{4}*S*^{1}*S*^{2}*ORe (*u *in ras.)*, cumulatis *suprasc. m*^{2} v *V*, cumulato *BP*^{3}*Delrio, sed confer 6, 2. 12, 2. 18, 4. 52, 7. 58, 4. 82, 5. 86, 7. 96, 5. 99, 3. cf. etiam carm. de virg. 278. 2303; aenigm. 82, 7 omnes codd. habent* rēsiduae matres pergit *K, suprasc.* d *P*^{3}

[VII] VII *A* FATŪ *(= P*^{1}*R) add. m*^{2} t̄ genesis *AF*^{1}*F*^{2}*P*^{3}, Fatum *L*, Fatus vel Genesis *E*, DE FATO *Be*, DE FATO VEL GENESI *B*^{1}*CS*^{2}, DE FATU vel GENESI *P*^{1}*P*^{2}*P*^{4}*S*^{1}, VIII DE FATU: Fatū dicunt esse pagani quicqid dii fant̄ *m*^{2}*V*, VII Fatus vel Genesis *E*, VII DE fatu t̄ Genesi *P*, XVIII *FKN*, De fortuna *suppl. Delrio* 1 quondam *s. l. C* 2 Quod punit *corr. m*^{2} Quo deus *V*, Quod deus et q ūra *F*^{1}*F*^{2} quodora *corr. m*^{2}*V*, di≡ra *O* vorat r *in* c *m*^{2}*V* furtuna *K* sequamur m *in ras. F* 3 dominum u *ex* a *AV*, dominam *NP*^{2}, dominum (dm̄) *BCE cett.* 'Ut Ennius, qui heram *(Ann. 197 V)*' *Delrio.* 4 Septra *P*^{3}, xp̄i sceptraq; regnant *O* gracia *P*^{2} regnaet *AL*, regnat *E*

[VIII] VIII *A* PLIADES *ARF*^{1}*F*^{2}, VERGILIAE *LP*^{1}*P*^{3}, DE PLIADIBUS *B*^{1}*O (in marg.* de septem stellis*); PS*^{1}*S*^{2}*C (adsc.* t̄ butrion*) alii*, DE VERGILIIS *B*, VIII Pliades *E*, VIIII *(*VIII *P)* DE PLIADIBUS *(= P)* id̄ Uergiliis *m*^{2}*V*, XVIIII *FKN*, De Vergiliis *Delrio* 1 atlantę *P*^{1}, adlante *P*, athlate *suprasc.* n *m*^{1}*A*, athlante *NBB*^{1}*CDEFK plurimi* athalante *R*, atHlaNteNatas N *in* s *m*^{2}*V* natas *in marg.* satas *N*, satis *F*^{1}*F*^{2} 2 cohors s *in ras. R*, choors *B*^{1}*C*, chordis *m*^{1}, choors ē *m*^{2}*P*^{1} seduxi *R*, sex *corr. m*^{2}*V*

[VI] *Eusebius 11 (Aenigm. Bern. 59). Isidorus, De nat. rer. XL* Quidam autem philosophorum volunt, ait Ambrosius *(Hexaem. IV 7, 30)*, cum augmento lunari crescere oceanum, et tamquam eius quibusdam spirationibus retrorsum trahatur et iterum eiusdem impulsu ac retractu in mensuram propriam refundatur

[VII] 2 = *Verg. XII 677. Tractat. metr. p. 73, 6 sqq.* Unde mathematici fatum fortunam vel genesin aut suprema Parcarum fila .. se divinare et praenoscere posse ridiculosa stoliditate arbitrabantur. *Prosa de virg. c. XXX* [fanatica gentilitas] vitam veritatis expertem fato fortunae et genesi gubernari iuxta mathematicorum constellationem arbitratur. *cf. carm. de virg. 1462*

[VIII] *Tractat. metr. p. 72, 17 sqq.* Quid referam Athlantidos patronimico dictas vocabulo, quas Graecorum traditio a pluralitate Pliadas, Latinà a verno tempore Vergilias dixerit? *Isid. Orig. III 70, 13* Pliades a pluralitate dictae .. sunt autem stellae septem ante genua tauri, ex quibus sex videntur, nam latet una. Has Latini vergilias dicunt a temporis significatione, quod est ver, quando exoriuntur. *cf. De rer. nat. XXVI 6* 1 *Verg. III 693* nomen dixere priores Ortygiam 2 *Aenigm. Angl. VII 3* vix postea cernitur una

Arce poli gradimur nec non sub Tartara terrae;
Furvis conspicimur tenebris et luce latemus
Nomina de verno ducentes tempore prisca.

TETRAST. 11 (XX)

IX. ADAMAS.

En ego non vereor rigidi discrimina ferri
Flammarum neu torre cremor, sed sanguine capri
Virtus indomiti mollescit dura rigoris.
Sic cruor exsuperat, quem ferrea massa pavescit.

TETRAST. 12 (XXI)

X. MOLOSVS.

Sic me iamdudum rerum veneranda potestas
Fecerat, ut domini truculentos persequar hostes;
Rictibus arma gerens bellorum praelia patro
Et tamen infantum fugiens mox verbera vito.

TETRAST. 13 (XXII)

XI. POALVM.

Flatibus alternis vescor cum fratre gemello;
Non est vita mihi, cum sint spiracula vitae.

---

3 Ara *corr. m²V* grandimur n *eras. A* tractara *corr. m²R*, tatara *suprasc.* r m^1S^2 4 Fuluis l *in* r P^3 conspicimus S^2, conspicitur *e* terris *O* luco P^2 latemur B^1CE 5 Nomine *suprasc.* a m^2P^1 duentes *suprasc.* c m^1S^2 tempora P^3 priscae *R*, prisco FF^1F^2O, prica *s. l.* s m^1N, pisca *D*

[IX] VIIII *A* ADAMAS $AF^1F^2P^3$, ADAMANS LP^1R, DE ADAMANTE BS^1, DE ADAMANTE LAPIDE $B^1CeP^2S^2$, VIIII Adamans *E*, X DE ADAMANTE LAPIDE *V*, VIII D. A. L PP^4, XX *FKN*, De amante *(suprasc.* tha m^1*)* lapide *e* 1 Nunc ego P^1 ridi *suprasc.* gi *A*, rigidi *s. l.* m^1C, rigidi *ex* rigido P^1 discremina *R* 2 neu *codd. (c s. l. m² V) omnes, etiam Beda, cf. ad carm. de virg. v. 236* cre=or: c *ex* t? *O* si *O* sagm̃ine *A*, sanguine *ex*? *V* 3 Edomiti virtus D^1, edomiti *AB plurimi BedaD*, indomiti B^1CPP^4Giles, et *(suprasc.* in*)* domiti *E* dira F^1F^2 4 *deest* S^1 Sic=cruor *in ras. fuit* d *C* exuperat S^1, upe m^2 *in ras. R*, exseparat P^1m^1 ferra *suprasc.* e m^1N, quod BB^1, que ferrea P^2FF^2

[X] X *A* MOLOSUS AF^1F^2R *alii*, Molo *L*, DE MOLOSO BS^2 *alii*, X MOLOSUS *E*, X DE MOLOSO PP^4, XI DE MOLOSO *add.* m^2 De cane *V*, DE CANE S^1, De moloso cane *O*, M̄ *G*, XXI *FKN* 1 mea FF^2 2 troculentos P^2V, truculentos n *in ras. F*, truculentes *suprasc.* o P^1, truculænt' *G* p̄sequar *(credo* p̄ *pro* p̂*) A*, persequor *eKS²*, persequar D^1, territem (t̄ritē) F^1F^2, psequar *in marg.* t̄ritē *F* hostas *suprasc.* m^2 e *R*, ostes *suprasc.* h P^2 3 gerent *A* praelio *A*, proelia BB^1S^2 *alii*, phelia F^1F^2, pe̥lia, pe̥ *in ras.* P^4 4 At *in ras. F*, Et non *O* ui=to *O*, uerbera plango *G*

[XI] XI *A* POALUM *(suprasc.* li *et* l m^2*)* FOLLES *(suprasc.* i m^2*)* FABROR *A*, POLALIS *R*, XI Folles *E*, FOLLES $F^1P^1P^3$ *(adsc.* Poliadis *(= D)* idē follib; fabrorun = D^1*)*, DE FOLLIBUS *B*, De follibus fabrorum *C*, DE POALEIS id est (.i.) FOLLIBVS FABRORUM B^1OP *(praesc.* XI = P^4*)*, De POLIADIBUS ł F. F. S^1S^2, XII DE POA. FOLLE *(= P²)* FABRI *V* FABRIS P^2, De polialis *(*poa P^3 *in indice)* id est fo(l)libus fab . . (rorum) eP^3, F *G*, XXII *FKN* 1 vescor *codd.*, uexor *Giles (pag. 391) cum Delrio* fatre *suprasc.* r m^1A, cum frem *(pro* frē*!) S²* 2 Nec S^2 uita *supra lin. add.* m^2P^1, cā *suprasc.* ū P^4

[IX] *Eugenius Toletan. c. LXII* 1 *Solinus p. 194, 3 M.* (adamantes) nec ferro vincuntur nec igni domantur: verum tamen si diu in sanguine hircino macerentur . ., aliquando cedunt atque in particulas dissiliunt. *Isid. Orig. XVI 13, 2. Sed ut in tractatu p. 288, 23 G. Plinii librum XXXVII (non ut falso ediderunt Maius et Gilesius librum XXX) laudat, ita hic non est, cur Plinium ipsum ab Aldhelmo inspectum esse non putemus: habet autem Plinius XXXVII 59* illa invicta vis (adamantis), duarum violentissimarum naturae rerum ferri igniumque contemptrix, hircino rumpitur sanguine *cf. ad XXIV. XXV* 3 *Eug. Tolet.* 2 hircino tactus sanguine mollis erit

[X] *Cynewulf 51 cf. Dietrich ZfdA XI 456. 475. Respicit hoc aenigma Thomas Cantiprat. De nat. rer. IV 64 = Spicileg. Solesm. III 425 n. V) affertur in collect. q. f. Bedae Migne XCIV 548 B*

[XI] *Cynewulf 38*

Ars mea gemmatis dedit ornamenta metallis:
Gratia nulla datur mihi, sed capit alter honorem.

TETRAST. 14 (XXIII)

XII. BOMBIX.

Annua dum redeunt texendi tempora telas,
Lurida setigeris redundant viscera filis,
Moxque genestarum frondosa cacumina scando,
Ut globulos fabricans tum fati sorte quiescam.

TETRAST. 15 (XXIV)

XIII. BARBITA.

Quamvis aere cavo salpictae classica clangant
Et citharae crepitent strepituque tubae modulentur,
Centenos tamen eructant mea viscera cantus;
Me praesente stupet mox musica chorda fibrarum.

TETRAST. 16 (XXV)

XIV. PAVO.

Sum namque excellens specie, mirandus in orbe,
Ossibus ac nervis ac rubro sanguine cretus.

---

3 *ante v. 1 G* 4 capitaliter i *eras. et vocabula disjuncta V* humor est P^3

[**XII**] XII *A* BOMBIX *A (add. m²* id̃ uermes (e *in* i) q̇ siricum texr̃*); LP¹*, BOMBEX *RP³*, DE BOMBICE *B*, BOMBICES F^1F^2, XIII DE BOMBICIBVS VERMIBVS SIRICO (i *in* e, o *in* v̄ *m²)* FACIENTES *(*ES *in* ib; *m²) V omisso numero P³*, DE BOMBICIBVS ID EST VERMIBVS *(*VERMICIBVS *e)* SERICAS *(*SIRICAS *e)* VESTES CONTEXENTIBVS *(*texentibus *CS¹) CS¹S²e*, XII DE PAMBICIBVS *PP⁴*, XI Bombocis *(suprasc.* ex*)* qui sericas uestes texit *E*, DE BOMBICIBVS id est VERMIBVS qui seres dicuntur B^2, De bombicibus, *sequuntur notae tironianae, dein* sere, *tum denuo notae tironianae et* siricã *O* XXIII *FKN* 1 redeant FF^1F^2 texenti *AR*, terendi F^2 tempora texendi Cm^1, ptempora p *prius eras. V*, tempola teles *suprasc.* a P^3 2 setegenis m^1, setigenis m^2P^1 redundant $A(F^1)F^2$, replentur *cett., cf. ad 6, 4.* ferro *Delrio* 3 genestarum *codd.*, genetarum P^3, genestrarum F^2, genistarum *edd.* 4 Et $LOPP^1P^4$, Vt *in* Et m^2V tum *A plurimi*, cum F^3*Giles*

[**XIII**] XIII *A* BARBITA *A (add. m²* id̃ organū*); R (at non sequente aenigmate 13 sed 14); ELP¹P³*, XIII DE BARBITA *PP⁴*, DE BARBITA ID EST ORGANO *Be* (BARBICA); P^2, *praesc.* XIIII *V*, DE ORGANA S^1, DE BARBITA ·|· (t) ORGANA CS^2, BARBITON F^1F^2, DE BARBITO ·|· ORGANO *O*, XIIII *FKN* 1 quanvis *A* salpict(a)e AB^1FKN *multi*, SALPICTE C *in* S m^2V, salpice *CBEOP⁴ suprasc.* t S^2, salpicte m^1, salpistis m^2P^1, salpinctae *D*, salpinctis *Giles* causica P^2, CLAUSICA V *in* S m^2V calgant P^1, aelangant P^3, clangent *De corr. Delrio* 2 citare i *in ras., suprasc.* h m^2O, cytare *suprasc.* h P^2, cythar(a)e *AKN alii*, citharae $eFF^3S^1P^1$ crepitant S^1, stpepitu (p = r!) P^1 modolentur OP^1, modulantur *suprasc.* e *E* 3 enuctant *corr.* m^2P^1 cantu P^2 4 Me praesenti *A*, pr(a)esente *codd., cf. 25, 5*, Meque strepente *DeGiles* stupet *codd.*, stupēt on *(sic)* F^1, stupent $CDF^2P^4m^1$*Giles* chorda *ABKFLN alii*, corda DF^2S^2OV*Giles suprasc.* h *E*

[**XIV**] XIIII *A: inde ab hoc aenigmate numeri deficiunt in A.* PAUO *AEFP¹ alii*, DE PAUONE BB^1NO *alii*, XIIII *(*XV *V)* DE PAVONE PP^4V, P̄ *G*, XXV *FKN* 1 Sum namque excellens AF^1 *cf. aen. 86, 1.* Pulcher et excellens *cett. etiam G*, exellens *s. l.* c *V* specię (ae) KS^2em^1, spetie CP^4, specieque decoras S^1 2 ac neruis *A*, neruis: uis *in ras. R* ac rubro *codd.*, et rubro *DeGiles* creatus: a *expunctum* P^1, cretus *suprasc.* c̄ *P*

---

4 *Poet. lat. min. ed. Baehrens IV n. 156, 2* tulit alter honorem; *notum fuisse hoc distichon Aldhelmo docet tractatus metricus p. 309, 18 G, ubi hexameter laudatur.*

[**XII**] *(Aenigm. Bernens. 28. 43.) cf. ad. carm. rhythm. II 123. Bombyces hic non vermes Sericos, sed Saturnias carpini (vel spini?) propter* genestas *esse intellegendos Manitius, Gesch. der lat. Lit. des Mittelalters I 138, 1 dicit.*

[**XIII**] *carm. de virg. 71 sqq. 2788 sq. prosa c. XL* 1 *carm. de virg. 2449* clangit classica salpix = *1549; prosa c. XI* classica salpictae metuentium. — *Verg. III 239 sq.* dat signum .. Misenus aere cavo 4 *aenigm. 25, 5* adamante Cypri praesente potentia fraudor

[**XIV**] *Eugen. Tolet. c. XLVIII (Cynewulf 65, Dietrich ZfdA XI 479); carm. de virg. 231* Sic caro, mirandum fatu, putrescere nescit. *Isidor. Orig. XII 7, 48* 1 *Item aenigm. LXXXVI incipit:* Sum namque armatus, *atque ipsa Bonifatii aenigmata:* Aurea nam decem transmisi poma sorori 2 *Verg. II 74* quo sanguine cretus

Cum mihi vita comes fuerit, nihil aurea forma
Plus rubet et moriens mea numquam pulpa putrescit.

TETRAST. 17 (XXVI)

XV. SALAMANDRA.

Ignibus in mediis vivens non sentio flammas,
Sed detrimenta rogi penitus ludibria faxo.
Nec crepitante foco nec scintillante favilla
Ardeo, sed flammae flagranti torre tepescunt.

TETRAST. 18 (XXVII)

XVI. LVLIGO.

Nunc cernenda placent nostrae spectacula vitae:
Cum grege piscoso scrutor maris aequora squamis,
Cum volucrum turma quoque scando per aethera pennis
Et tamen aethereo non possum vivere flatu.

---

3 Cum mihi comes fuit, *suprasc.* uita P^1, fuerit *expunctum s. l.* sit sed m^2V, Cum comes fuerit *suprasc.* mihi aurea F^2, mihi *supra lin.* F^1, fuerat R nil S^1S^2 *suprasc.* hi N, nihil aurea *corr.* ni laurea O forma *om.* F^1F^2; aurea forma *est ablativus* 4 rubet A *codd. etiam e*; *suprasc.* nitet P^3; nitet *Eugen. Toletanus; Delrio Giles* moreens R, meriens *suprasc.* o P^3 mea num(n)quam A *codd.*, numquam mea P^1*eGiles* pulla S^2, pulta F^2, polpa *suprasc.* v m^1P^1 putrescit A *codd.*, putrescet $eNP^2P^3Vm^1$ *(&* in it m^2*)*

[XV] SALAMANDRA *(add.* m^2 q̄ similis lacertę*)* A; ER, SALAMANDRIA P^1, SALAMANDRA Quae similisē lacerte P^3, XVI DE SALAMANDRA SIMILEM LACERTE V, XV DE S. $BCPP^4$, DE S. quae est similis *(*s. e S^2B^2*)* lacert(a)e $B^2S^1S^2e$, De salamandra serpent O, XXVI FKN, S G 1 sentia K, sencio e 2 paenitus A, poenitus OP^3 faxo *etiam e*, saxo F^1F^2 3 crepitanto R, crepia///nte: a *ex* t O, decripitante F^1, decrepitante F^2 fixo *e*, foco///: o *ex* et? O scintilante P^3, scintɪillante F, scintilate P^2, scintillente *Giles* 4 flagranti *eras. in* flaglanti A, flagrante *suprasc.* i N, i *ex* e O, flagrante $S^2F^1F^2$ terre *suprasc.* o A torpescunt P^3, tepescant R, teperunt K

[XVI] LULIGO *(add.* m^2 piscis uolans*)* A, L P^1P^3R, Lulligus EF^1, DE LULIGINE B, XVI DE LILIGINE (LUL*)* P^4 *(P)* XVII DE LULIGINE (LOLIGINE B^1e*)* ID EST PISCE UOLANTE VP^2 *(sine numero* = *Be(F)OS*^{1}*S*^{2}*)* 1 cerntnda *corr.* m^1P^1 2 congiege *corr.* m^2F pisco *s. l.* so V aequorꝫa squamis F, squais F^1, squamus P^3, scamis O *cf. 19, 1. 24, 4. 31, 4. 48, 6*, maris aequora maris D 3 p̱ &hra; *om.* pennis P^4, ętera *suprasc.* ⊢ L 4 Sed tamen F^1F^2 aethereo e *in* i m^2 V, aetherio BO, &hreor̥ possum, non m^2 *supra lin. (*r *pro* n = ñ = non *legit!)* P^1

---

4 *Aenigm. Angl. 2, 13* fio pulpa putrescens

[XV] *Isid. Orig. XII 4, 36* Ista (salamandra) contra incendia repugnans ignes sola animalium extinguit. Vivit enim in mediis flammis sine dolore et consumptione et non solum quia non uritur, sed extinguit incendium. *Prosa de virg. XXXIV* velut salamandras, quas naturaliter torrentes prunarum globi assare vel cremare nequeunt. *Physiolog. c. 31, vide etiam Thomas Cantiprat. VIII 28 = Spicileg. Solesm. III p. 427 n. XVIII* 2 *Aenigm. XXVI 4* belli discrimina faxo

[XVI] *Cynewulf 73 (Prehn p. 247), Isidor. Orig. XII 6, 47. Respicit haec Thomas Cantiprat. De nat. rer. VI 35 = Spicileg. Solesm. III 426 n. XIII* 1 *Aenigm. XXIX 1* Quis non obstupeat nostri spectacula fati? *LIV 1* Credere quis poterit tantis spectacula causis? 3 *Verg. XI 272* petierunt aethera pennis. *M. Aenigm. XLII 3* nam summa exiguis non trano per aethera pennis. *XXXXVIII 6* quod pennis aethera tranet

TETRAST. 19 (XXVIII)

XVII. PERNA.

E geminis nascor per ponti caerula concis
Vellera setigero producens corpore fulva;
En clamidem pepli necnon et pabula pulpae
Confero: sic duplex fati persolvo tributum.

PENTAST. 2 (XXIX)

XVIII. MYRMICOLEON.

Dudum compositis ego nomen gesto figuris:
Ut leo, sic formica vocor sermone Pelasgo
Tropica nominibus signans praesagia duplis,
Cum rostris avium nequeam resistere rostro.
Scrutetur sapiens, gemino cur nomine fungar!

TETRAST. 8 (XXX)

XIX. SALIS.

Dudum limpha fui squamoso pisce redundans,
Sed natura novo fati discrimine cessit,

[**XVII**] PERNA *add.* m^2 maior est ostreis ex cuius uelleris uestis conficitur *A*, Maior hostrea F^1, Perna quae maior est multo ostreis *E*, PERNA quae multo maior est ostreis ex cuius uelleribus uestis conficitur LP^1P^3, DE PERNA PP^4, DE PERNA id est OSTRO *B*, De perna quae maior est ostreis *O*, XVIII DE PERNA MULTO MAIOR *(sic V* maiōr P^2*)* EX CUIUS UELLERIBUS UESTIS *(is in ras.* m^2 *V* veste P^2*)* CONFICITUR VP^2 *(omisso numero)*, DE PERNA QUAE MULTO MAIOR EST OSTREIS S^1, ostreis — conficitur CeS^2, conficitur uestis P^1, XXVIII *FKN* 1 En S^2Nm^1 (m^2 E), Ex *V*, Et F^1F^2 In geminis P^3 per ponti cerula concis AFP^1V *alii*, Proponti *Delrio*, *Giles p. 391*, Ponti *Harduin.* chonchis B^1, cancris *O* 2 pruducens *A* corpora: a *in* e *E* 3 clamidem *A codd.*, En damidem m^1, Fidamidem m^2V, In clamide F^1F^2 pebli *C* pabula: b *ex* u S^2, papula F^2 pupę *suprasc.* 1 S^1

[**XVIII**] MYRMILEON *suprasc.* ca *in A*, MYRMYCLEON P^3, Mi(y)rmicaleon *ER*, Mirmicoleon F^1L, myrmicholeon P^1, DE MIRMICALEONE eP^2, DE MIRMICA *(*mirtica S^2*)* LEONE S^1S^2, De myrcoleonte *B*, De formica leone B^1O, De leo formica *C*, XVIIII DE MIRMI CO:LEON *(O prius in ras.) V*, XVIII DE MIRMICA LEON PP^4, XXVIIII *FKN* 1 du//dum *A* copositis *K* 2 pelasco e, c *in* g m^2O 3 Topica *O* signa ns *A*, signatis S^2 p̃e sagia e *adras. V* 4 neam *suprasc.* que m^2V rostis P^1 resistere rostro *A alii*, rescindere B^1OR *suprasc. vel in marg.* resistere CNP^2P^3V, resist//ere: sist *in ras.* m^2F, rescindere rostra PP^4 5 Scrutatur *R* sapens *suprasc.* i *A* fingar AD^1LORS^2V, fingor *D (*fingar *cj. Delrio; Giles) e, suprasc.* m^2 fungar *F*, *suprasc.* uel fungor *E*, fungar P^4S^1, fungor $BB^1CF^1F^2$

[**XIX**] SALIS AF^1 *cf. Neue, Formenlehre* I^3 *242*, SAL ELP^3R, DE SALE BB^1C *multi*, XX DE SALE *V*, XVIIII De sale PP^4, XXV *FKN* 1 Dumdum *corr. A* lympa (limpa) *suprasc.* h *AE*, limpha $GLOP^1P^3$ squamoso o *ex* a m^2V, squamosa P^2G, squamo *suprasc.* so m^2P, scamoso *corr.* m^2O 2 noua *suprasc.* o *A*, noui *R* facti P^3 cessi≡ *R*, cesit *suprasc.* m^2 s *F*

[**XVII**] *Plin. n. h. XXXII 154* appellantur et pernae concharum generis circa Pontias insulas frequentissimae; stant velut suillo crure longo in harena defixae hiantesque, qua latitudo est, pedali non minus spatio cibum venantur, dentes circuitu marginum habent pectinatim spissatos *(hos Aldh.* pepli clamidem *vocare videtur)*, intus spondyli grandis caro est. *Harduinus ad Plini locum hos versus — Bedae dicit — afferens* Ponti *apud Aldhelmum falso scribit. Simfosius in aenigmate LXXXV* de perna suilla *loquitur cf. Thomas Cantiprat. de nat. rer. VI 40 = Spicileg. Solesm. III 426 n. XIV.*

[**XVIII**] *Gregorius moral. V 19, 40* Myrmicoleon *(= Hiob IV 11; apud Isid. Orig. XII 3, 10* formicoleon *audit)* Latine dicitur vel formicarum leo vel certe expressius formica pariter et leo. Recte autem formica et leo nominatur, quia sive volatilibus seu quibuslibet aliis minutis animalibus formica est, ipsis autem formicis leo. Has enim quasi leo devorat, sed ab illis quasi formica devoratur. *vide Thomas Cantiprat. l. l. IX 22 = Spicileg. Solesm. III 427 n. XIX.* 5 *Aenigm. XXVI 3* Penniger experto populorum nomine fungor, *aenigm. C 83* Sciscitor inflatos, fungar quo nomine, sofos.

[**XIX**] *Aenigm. Bernens. 3.*

Torrida dum calidos patior tormenta per ignes:
Nam cineri facies nivibusque simillima nitet.

PENTAST. 3 (XXXI)

XX. APIS.

Mirificis formata modis, sine semine creta
Dulcia florigeris onero praecordia praedis;
Arte mea crocea flavescunt fercula regum.
Semper acuta gero crudelis spicula belli
Atque carens manibus fabrorum vinco metalla.

PENTAST. 4 (XXXII)

XXI. LIMA.

Corpore sulcato nec non ferrugine glauca
Sum formata fricans rimis informe metallum.
Auri materias massasque polire sueta
Plano superficiem constans asperrima rerum;
Garrio voce carens rauco cum murmure stridens.

PENTAST. 5 (XXXIII)

XXII. ACALANTIDA.

Vox mea diversis variatur pulcra figuris,
Raucisonis numquam modulabor carmina rostris;

---

3 Torrida *om. P^2 in marg. m^2 V* calidis P^4 *suprasc.* o *KP*, calides *s. l.* o *V* pacior *R* tormenta: t *prius et* a *in ras.* m^2 *R* 4 Nunc *Zupitza* cinere *suprasc.* i P^1 qui *P* i *in* e *V* nubibusque *FF^2* similima P^1 nitet *AB (suprasc.* scil. constat*); KNV multi,* constat *$B^1CEFGLOP^1R$ alii,* fulget *t,* nitet *e Giles Post v. 4* haec enigmata .V. (quinque) versibus decurrent *Am^2BKNP^1 (non in L) P^3S^2* decurr̄ *Ce*, decurrunt *B^1E* u *in ras. add.* prosa est *m^2 F*

[**XX**] APIS *AF^1P^1L alii,* LUNAA *R*, PES *E*, De ape *Delrio*, DE APIBUS *B^1COP^2 praesc.* XXI *V*, XX *PP^4*. — XXXI *FKN*, Ā *G* 1 sine esemine *R* 2 florigenis *K* honero *P^1P^3 corr. V*, onera percordia predis *R*, p̄dus *G* 3 cocrea *m^1A* regnum P^2 4 aucta *m^1P^1*, accuta *R* 5 fiabrorum *m^1P^1* metalli *R*

[**XXI**] LIMA *AEF^1P^1L alii,* LUNA *R*, DE LIMA *$CS^1S^2P^2$ add.:* quam roscina *O*, DE LIMA QUAE ROSCINA DICITUR *B^1*, DE LIMATE *B*, XXII *(*XXI *PP^4)* DE LIMA *VPP^4*, XXXII *FKN* 1 sulcata *PP^4R*, sulcato: o *ex* a *KO* 2 formata rimis *suprasc.* m^2, fricans P^1, friēcans *R*, frigans *D* primis: p *expunctum* P^3, rimis fricans *F^1F^2* metallis is *in* ū P^2 3 matrias *A*, meterias masasque *R*, materies *L*, maturias *FF^2* plorire P^1 suesco *B^1CE (cf. 31, 6); in marg. B man. rec.* suetæ *D* 4 Plano superficiem *$AKNPRS^1$ alii,* superficium *C*, superficie/// *O*, superficie *LF^2*, Plano superficię P^3, Plana (a *ex* o) superficiem: m *deletum V*, Plana *(subsc.* o m^2*)* superficie *(subsc.* m m^3*)* P^1, Plana superficie *DS^2* e *ex* æ *e* asperima *A (suprasc.* r*); K* 5 Gario *R* raucorum P^3 murmore *R*. — *In fine fol. 101^r* usque huc *P*

[**XXII**] ACALANDIDA *suprasc.* t; *add.* m^2 quae latine roscinia siue luscinia dicitur *A*, ACUCANS LOSOR *(?) R*, LVSCINIA F^1, ACALANTIDA P^3, ACALINTIDA LP^1, DE ACALYNTICA *B*, XXIII DE ALA CANTIA *(*A *ex* LE*)* QUAE LATINE ROSCINIA SEU LASCINIA *(suprasc.* V*)* DICVNTVR *(*DICITUR m^2*) V similia cett. praesc.* XXII *PP^4*, DE ACHALANTIDE ·ł LVSCINIA ·e· nachtegala S^1, XXXIII *FKN* 1 VARIATVR *puncta supra* VR, *s. l.* p̄ m^2 *V* pulcra *AF^2OP alii, suprasc.* h *L*, pulchra *$CFF^1KNPS^1S^2$ alii*, pulchaa *corr.* P^4 mille figuris *G* 2 Raucsonis *R* umquam *$P^2m^1Vm^1$* modolabor *OP^3* nostris *R*, rostros *s. l.* i *V*

---

3 *Isid. Orig. XVI 2, 3* Fugit (sal) ignem, dum sit igneus, sed naturam sequitur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt.

[**XX**] *(Aenigm. Bernens. 21) prosa de virg. c. IV. Cynewulf n. 28 (cf. Prehn p. 194) Isid. Orig. XII 8, 1.*

[**XXI**] *Isid. Orig. XIX 7, 4.* Lima dicta eo, quod lene facit; nam limum lene est. 5 *Ovid. met. XIII 567* rauco cum murmure *M.*

[**XXII**] *Verg. georg. III 338 cf. aenigm. LXVIII 8* Aut arguta simul cantans luscinia ruscis, Quam lingua propria dicunt acalantida Graeci. 2 *Verg. ecl. X 51* Carmina pastoris Siculi modulabor avena *M.*

Spurca colore tamen, sed non sum spreta canendo:
Sic non cesso canens fato terrente futuro;
Nam me bruma fugat, sed mox aestate redibo.

PENTAST. 6 (XXXIV)

XXIII. TRVTINA.

Nos geminas olim genuit natura sorores,
Quas iugiter rectae legis censura gubernat;
Temnere personas et ius servare solemus.
Felix in terra fieret mortalibus aevum,
Iustitiae normam si servent more sororum.

PENTAST. 7 (XXXV)

XXIV. DRACONTIA.

Me caput horrentis fertur genuisse draconis;
Augeo purpureis gemmarum lumina fucis,
Sed mihi non dabitur rigida virtute potestas,
Si prius occumbat squamoso corpore natrix,
Quam summo spolier capitis de vertice rubra.

---

3 Spreta (Sp̄ta) B^1ONV, Sp&a P^3, Spreta *Wright* coliore Rm^1 tamen sed *om.* O spraeta A non spreta *suprasc.* sum P^1 si non sum G 4 *addidit inter lineas* P^4m^1 Sic concesso *supra* c m^2 n *e* canens n m^2 *ex* si R facto R torrente LP^1, cernente F^1F^2 5 aetate *suprasc.* s P^3, mox state P^2

[XXIII] TRUTINA A *(addit* m^2 momentana eo quod ad momentum inclinatur*)*; EF^1P^3 *(in marg.* quę momentana dicitur*)* TRINA *suprasc.* UT P^1, DE TRUTINA BS^1, De trutina siue bilance C, DE trutina quae momentana dicitur *etc. inspersis notis Tironianis* O, XXIIII DE TRVTINA Q̃ M̄TANA *(*mom̄tana S^2*)* DR̄ EO QVOD AD MONVMENTVM *(*momentum S^2*)* INCLINATA VORAGITVR *(*uergitur *e* P^2S^2, vergit B^1*)* VP^2 *(praesc.* XXIII*)* S^2 *omisso numero* B^1, XXIII De trutina quae momentana dicitur PP^4, XXXIIII FKN *(adsc.* d&rutina hic sequitur*)*. *In* CB^1 *hoc aenigma legitur post n. 50 (*De miri folio*)*; *in* V m^2 *addidit:* IN aliis inueni huiusmodi titulum · id̄ BINĘ; *adscriptum ad v. 3* quia non plus regi pensant quam pastori *in* $S^1 = P^3$ 1 geminas a *ex* o P^4 ollim N n̲ genuit F^1 2 nocte m^1P^3, recte $BKOP$ *alii* censu censura B gubernæ≡t F 3 Temnere AN *alii*, Tempnere BB^1EeF^2 *alii*, Tem≡nere O, Tempore D; *Giles* 4 fieris *suprasc.* t A, fierit m^1P^1, fieret *suprasc.* n V 5 lusticiae F^1F^2 normam m *in ras.* F sueruent A

[XXIV] DRACONTIA AP^3, DRACONTEA E, dracti///a(i *ex* e) P^1, dracti̅a L, DRAC̄TEA F^1, DE DRACONTIA C, DE DRACONTEA BeP^2, De tracti̅a S^2, XXXV DE DRA CONLEA *corr.* m^2V, XXIIII De dracontia PP^4, XXXV FKN, DE DRACONTIA · GENVS HERBAE S^1, DE DRACONTI GEMMA ID EST SANGVIS DRACONIS B^1, De Natrice D *Giles* 2 ageo *suprasc.* v AO purporeis OR facis P^1m^1, sucis O *24, 2—36, 6 exstant in* S 3 rigidi *suprasc.* a F^1 4 Si: S *ex* N S^1 squamodo *suprasc.* s A, scamoso Om^1 nutrix OR, natrix *suprasc.* v E 5 polier R, spolier *suprasc.* a E, spolior O rubro F^1F^3L *deleto* o *suprasc.* e E, rubri C

[XXIII] *Isid. Orig. XVI 25, 4* Trutina est gemina ponderum lances aequali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda, sicut momentana *(hinc sumptum quod falso additum est in titulo aenigmatis)* pro parva modicaque pecunia *cf. aenigm. Bernens 54 (Brandt).* 3 *respicere videtur ep. Iacobi 2, 1. 9 sq.*

[XXIV] *Solinus p. 133, 2 M. (Plin. n. h. XXXVII 158)* exciditur e cerebris draconum dracontia lapis, sed lapis non est, nisi detrahatur viventibus; nam si obeat prius serpens, cum anima simul evanescit duritie soluta. *Quod Plinius de candore tralucido dicit, non concordat cum v. 2 et 5. Respicit aenigma hoc Thomas Cantiprat. de nat. rer. VIII 15 = Spicileg. Solesm. III 427 n. XVII.*

PENTAST. 8 (XXXVI)

XXV. MAGNES FERRIFER.

Vis mihi naturae dedit, immo creator Olimpi,
Id, quo cuncta carent veteris miracula mundi.
Frigida nam chalibis suspendo metalla per auras:
Vi quadam superans sic ferrea fata revinco;
Mox adamante Cypri praesente potentia fraudor.

PENTAST. 9 (XXXVII)

XXVI. GALLVS.

Garrulus in tenebris rutilos cecinisse solebam
Augustae lucis radios et lumina Phoebi;
Penniger experto populorum nomine fungor.
Arma ferens pedibus belli discrimina faxo
Serratas capitis gestans in vertice cristas.

PENTAST. 10 (XXXVIII)

XXVII. COTICVLA.

Frigidus ex gelido prolatus viscere terrae
Duritiem ferri quadrata fronte polibo
Atque senectutis vereor discrimina numquam,

[**XXV**] MAGNES FERRIFER *A*, MAGNES *L*, MAGNETIS RP^1, MAGNETIS FERRIFER *E*, MAGNETIS FERRI GENERIS *BS*, MAGNETE m^2 *add.* ferrifero P^3, DE MAGNETE *(= D)*, FERRIFERO CB^1eOS *alii; praefixo* XXV PP^4, XXVI DE MAGNANTI FERRI FERRO *V*, De magnetide ferri S^2, XXXVI *FKN* 1 Vim — natura S^1, sus *R*, natura edidit *R*, dedit *s. l.* S^1, Vis innata mihi dedit: inn. m. m^2 *in ras. O* olymphi *AVP alii*, olimphi *CP*, olimpi *eKNRS*, olympi B^1 2 Id: d *ex* a *vel* o? *V*, In quo P^2 cunta *suprasc.* c m^2A ueteres P^2, e *in* i EV^1 myndi P^1, mundo o *in* i *O* 3 chalybis *ABE*, chalibis $eFKNP^1RS$ s *add.* m^2VS^2, chalibi PP^4, calibis $B^1COP^3m^1S^1$, chalabis P^2 metallo *BKS* 4 Qui LP^1 Ut *e* fata *suprasc.* c *V*, facta P^1m^1, fatore uinco: uinco *add.* m^2R, reuinca a *in* o m^2C 5 adamante: e *in ras.* S^1 cypro *suprasc.* i *V*, cipri *CLO*, cypri presente pontia *R* p̃sente p̃sentia frador *s. l.* v m^2O

[**XXVI**] GALLUS AEP^1, DE GALLO BB^1CS *alii, praemisso* XXVI PP^4, XXVII *V*, XXXVII *FKN*, G̃ *G*, De gallo gallinaceo *D*, DE GALLINACEO *Giles* 1 Garrulos F^1F^2 2 Augustę PP^1P^4, Anguste *G* ladios S^2 rumina *corr.* m^1P^4 plebi P^3 3 Perniger P^2 populorum: *alterum* l *adsc. V* nominæ S^1m^1 fingor *eO; versui adsc. per notas 'titulum habeo' (Maleyn)* P^4 4 gerens S^2 excepto F^2 manibus P^2Vm^1 *(corr.* pedibus*)* discrimine AFF^2, discrima P^3, discrimina is *et* a *in ras. O* 5 Sarratas P^2, Serratas: a *super* e *E* capitos *G* gestas *K*, gestens P^1 uerticę *G*

[**XXVII**] COTICVLA AOP^3R *cf. tract. metr. p. 306, 26 G*, COTICVLVS LP^1, COS UEL COTICULA *E*, DE COTICULO BB^1CeSS^1 *alii, praemisso* XXVIII *V* (T *ex* L), XXVII DE COTICULA PP^4, De conticulo *D*, XXXVIII *FKN* 1 Frigida *R* &gelido P^2 uiscere e *in ras. FP*, uiscera *suprasc.* e *E* 2 Duritiem *suprasc.* a *E*, Duriciem $P^2P^3S^1S^2V$, Duriciam *R*, Duritiam $COPP^4$ *alii* terre P^1 3 Aque S^2m^1, Ad que *B* senectuties *A* numquam *ante* uereor *expunctum* S^1 discrimine *suprasc.* a P^1

[**XXV**] *Eugenius Toletanus* c. *LX* Magnes ferricolor ferrum suspendere novit: Sit praesens adamas, quod tenet ille, cadit. *cf. Isid. Orig. XVI 4, 1.* (unde factum est, ut in quodam templo simulacrum ex ferro pendere in aere videretur *cf. Plin. n. h. XXXIV 148.) 13,3. Solinus p. 193, 17 sqq. M.*; *sed quod Aldh.* adamas Cypri *dicit, ex Plinio ipso (XXXVII 58) sumpsisse videtur.* 5 *Plinius XXXVII 61* Adamas dissidet cum magnete in tantum, ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi aut, si admotus magnes adprehenderit, rapiat aut auferat. — *Ovid. met. XIV 314* gerens in vertice picum.

[**XXVI**] 3 *cf. ad XVIII 5* 4 *cf. ad XV 2* 5 *Verg. VI 779* geminae stant vertice cristae. *M.*

[**XXVII**] *Tatuinus 39.* 1. *Tatuin v. 1* Natam me gelido terrae de viscere dicunt.

Mulcifer annorum numerum ni dempserit igne;
Mox rigida species mollescit torribus atris.

PENTAST. 11 (XXXIX)

XXVIII. MINOTAVRVS.

Sum mihi dissimilis vultu membrisque biformis:
Cornibus armatus, horrendum cetera fingunt
Membra virum; fama clarus per Gnossia rura
Spurius incerto Creta genitore creatus
Ex hominis pecudisque simul cognomine dicor.

HEXAST. 1 (XL)

XXIX. AQVA.

Quis non obstupeat nostri spectacula fati,
Dum virtute fero silvarum robora mille,
Ast acus exilis mox tanta gestamina rumpit?
Nam volucres caeli nantesque per aequora pisces
Olim sumpserunt ex me primordia vitae:
Tertia pars mundi mihi constat iure tenenda.

---

4 Mulciber *Wright*, Mulcifer *suprasc.* $\bar{V}$ m^2O mearum *corr. in* numerum *A*, numer^{o} P^4 ni dēserit *K* demserit F^1P^4, depserit *suprasc.* m P^1, in dempserit P^2 igne *R*, igne *suprasc.* is $m^2Am^1FNP^1$, igni F^1F^2D, ignis s m^2 *in ras. E*, ignis *CS*, ignus us *in* e *V*, ignis *Delrio*, ignis *Giles* 5 speties PP^4 mollescit: scit m^2 *ex*? *V* torris *corr.* m^2P^4 acris c *ex* t *E*

[**XXVIII**] MINOTAURUS AEF^1P^1LR (o *eras.*), Monotaurus P^3, DE MINOTAURO BB^1COP^2 *alii; praemisso* XXVIII PP^4, DE MINI TAURO *e*, De minotaurio *S*, XXVIIII DE MINO LAURO m^2 o *supra* l *et* L *in* T m^2V, XXXVIIII *FKN* 1 dissimilis *codd. etiam D*, difficilis *Giles Wright* uultumen(?) brisque m^1 *corr.* m^2V, uultū est brisque P^2 2 Corribus r *in* n m^2R armatis B^1 caetera AFP^2, cetera m^2; *quid* m^1 *scripserit, non potest dignosci V* figunt *suprasc.* Nm^2P 3 menbra P^2 vir PP^4 gnossia *AFKNPS alii*, gnosia B^1COPS^1, gnosi arura P^1, pergnos iarura *R*, rusam *in marg.*, rura *manu insulari N* 4 incerto creta *AS codd.*, in certo creta F^2, creto o *in* a *E*, creto *suprasc.* ŧ cr&a *F*, creata: a *eras. V*, c&a *suprasc.* r P^3, caeta *B*, in Creta *Delrio*, *Giles; quod in* S^1 *suprascriptum est* s. in, *non pro varia scriptura, sed pro interpretamento habendum est* 5 Exominis S^2 h *suprasc.* m^2V pecudis quae *F*, pecodisq · OS^1 *Post XXVIII:* Item senis ŧ (vel) septenis uersibus (= P^1; *L non habet)* seu plurib; $eKNP^3S$ *addidit* Am^2 I(t)em senis uersibus ŧ septenis & (ŧ *B)* plurib; BS^2 *cf. ad XIX*

[**XXIX**] DE AQVA ABB^1CePSS^1 *alii*, AQVA EOF^1P^1 *alii*, XXX DE AQVA *V*, *praemisso* XXVIIII P^2P^4, XL *FKN.* Signum tauri ruruppar *(sic! ad praecedens aenigma pertinere haec videntur) R* Ã *G* 1 quisne obstupescat F^1F^2 *ante* obst. *ras. O*, obstupet *suprasc.* a *S* Nri AP^3, nris S^2 spectala: a *prius in rasura; suprasc.* cu *S* fac̣ti P^2 2 ferꝯ S^1, feꝯro *K* robura P^1, robora ille F^1 3 Ast acus *A codd.*, An lacus *V*, A stacus F^1, Astacus eF^2 *Mone* Est acus P^1m^1, Arcus at *notavit Giles p. 391*, Ast *arcus *D* exillis P^3, exsilis *B* exiꝯlis *F* mox, *quod etiam D habet, om. APP*^{4}, *add. man. rec.* P^1; *om. Giles et Wright* tot *Mone* rump& *G* 4 Non *suprasc.* a m^2e Natantes *BN* pisces: es *in ras. F* 5 Olim ex me sumpserunt *De*, sumserunt FP^1 6 Tercia $P^1P^2S^1S^2V$ mihi mundi *O*, mihi est instar iure *R*, iura F^1F^2, mihi c̄stat mihi *G. Nescio, an versus hic post tertium legendus sit*

[**XXVIII**] 1 *Simfos. 38, 2 (Centaurus)* Quattuor insignis pedibus manibusque duabus Dissimilis mihi sum *(aenigm. Bern. 19, 1. 32, 1). Respicere huc videtur Thomas Cantiprat. de nat. rer. IV 78 = Spicileg. Solesm. III 426 n. VI.* 1 *Verg. VI 25* prolesque biformis 3 *Verg. VI 22* respondet Gnosia tellus; *in hoc versu consentit Aldhelmus cum eis, qualia leguntur apud Servium maiorem ad Verg. VI 25* 5 *Isid. Orig. XI 3, 38* Porro Minotaurum nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose in Labyrintho inclusam fuisse.

[**XXIX**] *Euseb. 23. Cynewulf 81* 2 *Euseb. 2* tam grandia pondera porto 3 *i. e. naves, quas aqua tulit, ad scopulum acutum appulsae naufragium faciunt* 4 *Genes. 1, 20* 5 *carm. de virg. 176* Corpore de spurco sumit primordia vitae.

HEPTAST. 1 (XLI)

XXX. ELEMENTVM.

Nos decem et septem genitae sine voce sorores
Sex alias nothas non dicimus annumerandas.
Nascimur ex ferro rursus ferro moribundae
Necnon et volucris penna volitantis ad aethram;
Terni nos fratres incerta matre crearunt.
Qui cupit instanter sitiens audire docentes,
Tum cito prompta damus rogitanti verba silenter.

HEPTAST. 2 (XLII)

XXXI. CICONIA.

Candida forma nitens necnon et furva nigrescens
Est mihi, dum varia componor imagine pennae;
Voce carens tremula nam faxo crepacula rostro.
Quamvis squamigeros discerpam dira colobros,

1) *Audax l. l. 336, 6* epitritus quartus ex tribus longis et brevi ut libertinus 2) *Priscianus Gr. L. II 125, 13 sq.* hortor hortaris hortamentum, orno ornas ornamentum, sacro sacras sacramentum, fundo fundas fundamentum, ... fulcivi fulcimentum ... 3) *Priscianus l. l. 75, 12* armamentarium, in quo arma posita sunt. *Isidor. Orig. XV 5, 4* armarium locus est, ubi quarumcumque artium instrumenta ponuntur; armamentarium vero, ubi tantum tela armorum. — *Priscianus Gr. L. III 462, 32* armarium armamenta armamentarium ... armentum et ab eo armentarius

Donatus Gr. L. IV 391, 13 = Servius IV 442 K

Δ Uberrimis argumentorum indiciis mihi patenter enucleare[a] precor, quid[b] sit, quod illustris grammaticae artis[c] commentator[d] *Praepositiones*[e], inquit, *aut verba corrumpunt aut ipsae*[f] *corrumpuntur*[1]. ><[g] Haec sententia triplices continere regulas dinoscitur[h], quae tamen quadripertita figurarum ratione colliguntur. Δ Hac responsione, ut arbitror, non est interrogationis nodus patenter solutus, sed[i] veluti panucula[k] quaestionis involuta. ><[l] Tripertita, ut diximus, praepositionum definitio huiuscemodi differentia colligitur: aut ipsae praepositiones corrumpuntur ut accedo, succedo, oppono[m], appono[n]; aut ceteras orationum partes, quibus praepositae fuerint, corrumpunt et ipsae incorruptae permanent ut quaero exquiro[o] inquiro requiro et frango confringo infringo, spargo dispergo, sparsi dispersi; aut certe altrinsecus | corrumpuntur id est tam praepositio quam ceterae orationis partes[p], quae praepositionibus ritu figurae compositae successerint ut corripio, coerceo, sinciput, occiput. | Δ[q] Da praepositiones, quae corrumpant ceteras partes vel quae acceptis reliquis partibus corrumpantur[r]. >< *Ex, ad, ob, in, sub, trans, con, circum, ante.*

10 G. 319

M. 588

Ex praepositio interdum ·x· litteram aut in ·f· commutat ut effringo, effugio, effluo, effundo[s], effatur, effabilis; ferus efferus, frenatus effrenatus, facio efficio, factus effectus efficax, effodio effossus[t]; aut ·ex·[u] integra manet subnexa. Corrumpuntur ut aestimo existimo, carpo excerpo, quaero exquiro, arceo exerceo, cado excido; aut omnino eadem littera carebit ut evenio[v] evenit, egero egessi, egredior egressus, emano emanavi, elicio elicui, elimino eliminavi, elido elisi[w], enarro enarravi, enucleo enucleavi.

Ad praepositio saepe finalem ·d· litteram[x] in eandem[y] convertit litteram, a qua sequens orationis inchoat pars ut cedo accedo non adcedo[z], accessi non adcessi[a], accomodo, accolo, accipio accepto, accingo, accumulo (ut

luvenc. II praef. 8

Accumulant quorum famam laudesque poetae)

Cant. cant. I, 11.

accubo accubitus (ut: *Cum esset rex in accubitu*[b] *suo, nardus mea dedit odorem suum*); cantus (accepta praepositione .ad. utrimque[c] corrumpitur) [ut[d]] accentus, qui Graece prosodia nuncupatur[2]; sic eadem ·d· littera[e] in ·t· transmutatur, ut Lucius Annaeus[f] Seneca[g] in sexto volumine tetrametro brachicatalecto[h] sic ait

Seneca Agam. 729

Geminumque duplices Argos[i] attollit domus.

ib. v. 787 et infra

Dubia labat cervice[k]? famuli, attollite[l]!

---

a) enucleari P^1 b) quit P^1 c) artis *om. K; post* artis *desinit 41v in* F^3, *42r incipit a* consequi aut oratione complecti = *197, 9; reliquiae duorum foliorum exstant.* — d) cõm̃tatur *F* e) ꝑpositiones *F* f) ipse *FK*P^1 g) >< *om.* P^1 h) dignoscitur *Giles* i) sed solutus patenter ueluti *K*P^1 k) panula *F* l) >< *om.* P^1 m) oppo P^1 n) apono *F* o) eq̇ro *F* p) c& partes orationis P^1 q) Δ *om.* P^1 r) corrumpuntur *F. Inter sequentes praepositiones* re- *et* dis-, *quae deinceps inseruntur, omissae sunt* s) efundo, e *(et f?) in ras.,* P^1 t) *effodio *post* excido *codd.*, effodio effodis effossus *Mai Giles*, effodio effossus (effosius) *NF*, effodi effossus *KP*^{1} u) x *KP*^{1} v) euenio *om. KP*^{1} w) elidi P^1, elesi *KP*^{1} x) littera P^1 y) in eadem *N* z) non adcedo *K*, non accedo P^1, *om. cett.* a) non accessai *FP*^{1}, accersi non adcersi *N* b) accubitis accubito P^1 c) utrimque *KNP*^{1}*Mai*, utrumque *F* d) ut *codd. edd.; delevi* e) litteram in t *F* f) anneus *FNK*, ann&is P^1 g) senecta *F; cf. L. Müller Mus. Rhen. XXII 85; in cod. Etrusco Agamemno septimum locum habet, qui numerus forsitan sit restituendus* h) brachicata lecto *KP*^{1}, brachiacatalecto *N*, brachia catalectu *F*, *senarium sic appellare nemo potuit nisi qui quantitate neglecta numerarit syllabas* i) argo *F* k) ceruices *KP*^{1} l) attulite *KP*^{1}

---

1) *Donatus Gr. L. IV 391, 12 sqq.:* praepositiones aut ipsa verba corrumpunt, ut conficio, aut ipsae corrumpuntur ut suffero, aut et corrumpunt et corrumpuntur, ut suscipio. *Servius Gr. L. IV 442, 35 sqq.:* praepositiones aut ipsa verba corrumpunt, ut conficio; nam erat integrum facio; aut ipsae corrumpuntur ab integris verbis, ut affero; nam erat integrum fero; aut utrumque, et corrumpunt et corrumpuntur, ut afficio 2) *Servius Gr. L. IV 426, 6* Accentus dictus est quasi adcantus secundum Graecos, qui *ϖϱοσῳδίαν* vocant

attuli, attero attrivi attritus: Vergilius in georgicis

Saepe etiam duris errando in cotibus[a] alas Verg. georg. IV 203
Attrivere.

In ·p· interdum transit ut appono apposui, appareo apparui[b], approbo[c], appello, applico[d]; nonnumquam vero in ·l· mutatur: laedo allido allisi, ligo alligo alligavi, allicio, allecto, G. 320 allegatio. Solvitur et[e] in ·r·[f] ut arripio arripui[g] (cuius[h] simplex est[i] rapio; | sed M. 589 accepta praepositione[k] ·ad· neutra | pars corruptione carebit) arreptus, arrepticius[l]; arrigo arrexi, arrogo arrogans arrogantia. Transit et in ·n· ut annuo[m], quemadmodum[n] in Proverbiis[o] inconstantis[p] et lubrici passivus notatur obtutus: *Annuit oculis, terit*[q] *pede;* Prov. VI 13 Vergilius in decimo

Annuit et totum nutu tremefecit Olimpum; Verg. X 115

mutatur nihilominus[r] in ·f· semivocalem: afflatus, affectus[s], affixus, affabilis, affatur[t] ut

Angelicis tremefacta minis[u] affatur asella; Sedul. I 160

solvitur in ·g· mutam ut aggrego, aggredior aggressus, aggero aggessi[v], unde aggerem[w] aggestis[x] de fossato[y] sablonibus et collectis in cumulum glareis[z] dici etimologia[a] declarat, sicut congeriem a congerendo; transit aliquoties[b] in ·m· ut[c] ammoneo ammonitus, amminiculor amminiculabor[d] amminiculum.

Sub, praepositio utriusque[e] casus, interdum ·b· litteram amittens[f] in eam convertit[g], qua sequens oritur vocabulum seu verbum, aut ex corrupto et integro partem orationis componit ut suffulcio[h] suffultus, suffodio, suppono suppositura[i], suggestio[k] suggero suggessit[l], (Vergilius in decimo

Suggere tela mihi), Verg. X 333

suffero suffers[m] suffert ut *Beatus vir qui suffert temptationes*), suffusio (ut *Cui oculorum* Iacob. ep. I 13 *suffusio?* quam Graeci glaucoma dicunt[n]), summoveo summotus, succumbo succubui[o], Prov. 23, 29 successus[p] succedo successi[q], (Vergilius

Mezentius ardens Succedit pugnae) Verg. X 689 sq.

succurro, succendo[r], succingo, succresco succrevi; plico supplico, puto supputo, peto suppeto, aut[s] certe ex duobus corruptis[t] ut supprimo[u], sustineo[v], sufficio[w], suscipio, quorum primitiva integra sunt[x] sub[y] et premo, ⟨teneo[z]⟩, facio, capio, sed in compositione figurarum ·b· ·e· ·a· in alios[a] litterarum caracteres[b] vertuntur[c]. Verum tamen haec M. 590 verba tempore perfecto[d] et plusquamperfecto ex corruptis et integris | componuntur ut suppressi suppresseram[e], sustinui sustinueram, suffeci suffeceram, suscepi susceperam.

---

a) *sic codd., etiam N;* in duris . . cotibus *Mai Giles* b) apparui *K, om. NF,* rui P^1 c) adprobo KP^1 d) adplico P^1 e) et *om.* P^1 f) er *K* g) arripui *om.* KP^1 h) cuius KP^1, cui *cett.* i) est *om. K* k) praepositio *NF* l) arrepticius *om.* P^1 m) anno *Mai* n) quemammodum *N* o) puerbis *K* p) inconstantiis *NF* q) territ *F* r) nihilhominus *N* s) effectus *NF Mai Giles* t) affatur afflatus *Mai Giles,* afflatus *om. codd.* u) mini//s P^1 v) aggessi KP^1, aggressus *F s. l.* i, *puncta sub* us *N* w) agerem KP^1 x) aeyptis *N,* aegiptis *F,* agestis P^1, ęgestis *K* y) deforato KP^1 z) glaries P^1 a) ethimologia FNP^1, dicie &himologia *K* b) aliquotieṇs P^1 c) ut *om.* P^1 d) amminiculabar P^1 *an* *amminiculator? e) utrisque P^1 f) amittens *K,* ammittens P^1, admittens *cett.* g) *conuertitur *codd. edd.* h) suffulcio *om. F* i) suppositura KP^1, supposituria *FN Mai Giles* k) suggessio KP^1 l) sutgest//// suggestit *F, in quo post haec verba septem lineae inanes in folio 44v; alia manus pergit fol. 45* m) suffers *om. Mai Giles* n) dicant *F,* dic℣ *s. l.* v *K* o) succubo *NF Mai Giles,* subcumbo succumbui P^1, succūbo *K* p) succersus *K* q) succe=si *F* r) succendo *codd.,* succedo *Mai Giles* s) at *s. l.* v *N* t) correptis KP^1 u) subpremo b *in* p P^1, suppremo *K* v) sustineo i *supra* e *N,* sustinio *F,* sustino KP^1 w) suffitio *F* x) primitiua s integra P^1 y) sup *K,* ut sup P^1 z) *teneo *om. codd. edd.* a) alias KP^1 b) caracteres *NF,* characteres KP^1 c) conuertuntur P^1 d) tem℘ p℘ *(= praeterito)* P^1 e) suppresserat P^1

1) *Eutyches Gr. L. V 481, 16* aggero . . ex quo verbo nomen fit agger *M.; sed cf. Roger, L'enseignement p. 329, 4*

Ob, praepositio accusativi casus, plerumque ·b· mutat in | eam conversa litteram, G. 321
quae sequentem inchoat orationis particulam ut peto oppeto[a], (ut

Verg. I 95 Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere),

oppono opposui[b], occumbo occubui, cado occido[c], (quod est patientis[d] et agentis ut ruo), ommutesco[e] ommutui[f], officio offeci[g] (id est nocui), offero obtuli (·b· ad statum[h] pristinum reversa[i]), offulcio offulsi, offusco offuscavi, offuit, offendit, occurrit, occalluit[k], || G. 322, 16
occipio (Terentius[l] in Adelfis[m]

Ter. adelph. III 1, 2 Recte[n] edepol[o] spero. Modo dolores[p], mea tu[q], occipiunt);

caput occiput; sinciput ex duobus corruptis[r] id est semis caput.

In praepositio corrumpit verba ut facio inficio, capio incipio, gradior ingredior[s],
Cic. Cat. III 6,14 partior impertior (ut Tullius Cicero[t] Invectivarum libro .III. ait: *Atque etiam viro forti, collegae[u] meo, laus impertitur*), fateor infiteor, quaero inquiro. || Interdum[v] ·n· litteram[w] G. 322, 22
in ·m·[x] commutat[y] ut pius pietas impius impietas, improbus[z] improbitas[a], imploro[b]
Cic. in Verr. act. II V 72, 186 (Cicero[c] in libro .XV. *Omnes imploro et obtestor*[d]), immunis immunitas[e], immanis[f]
Augustin. epist. 138, 14 immanitas[g], impunitas[h] (Augustinus[i] Afer: *Nihil est infelicius felicitate*[k] *peccantium*[l], *qua*[m] *poenalis nutritur impunitas*[n]), imbuo imbutus[o], immortalis; aut ipsa praepositione integra cohaerentia corrumpuntur[p] ut salsus insulsus[q], sapiens insipiens, aptus ineptus, castus[r] incestus (Vergilius in ⟨·X·⟩

Verg. X 389 thalamos[s] ausum incestare novercae[t]),

facio inficio, capio incipio, amicus inimicus, aequus[u] iniquus, quaero inquiro[v], partior impertior[w], armatus inermis, barbatus imberbis[x], damnatus indemnis[y].

Con praepositio aut ipsa in compositione[z] corrumpitur ut commoveo, commercium, meo commeo[a], meatus commeatus, corroboro[b], corruo, corrumpo, colloquor[c], colloquium[d], collega, collegium, collectio, collectanea, colludium; aut accedentes orationum partes corrumpit[e] ipsa manente integra: fateor confiteor confessus, gradior congredior[f] congressus, cantus concentus, scando conscendo[g], statuo constituo, cano concino, iacio conicio[h] (ut

Verg. IX 535 Princeps ardentem coniecit[i] lampada Turnus)

---

a) oppeto *R*, appeto *cett.* b) obposui P^1 c) codo occdo *suprasc.* i *N* d) pacientis *K* e) commutesco KP^1, cõmutui *K*, ôbmutesco *F* f) comutui P^1 g) offici *F* h) b. ad statum *codd.*, b. *om. Mai Giles* i) conuersa P^1 k) occaluit *F*, occaluit. In praepositio interdum ·n· litteram *e. q. s. codd. edd. Sed quae infra apud Maium et Gilesium leguntur p. 322, 16 G* occipio — *322, 22* Tullius Cicero *et quae addunt codices optimi* KP_1, *huc pertinere et huc, ubi ea posui, transponenda esse ipsa verba sua sponte huc spectantia docent, quae hic concinunt, illic ordinem omnem perturbant; quae exstant in editionibus* Tullius Cicero Lucanus *vel ipsa indicare debebant, locum istum vitio aliquo pernicioso esse depravatum; num initio ac fine interciderint aliqua, nescitur, at conicere id nil cogit. Quae hic inserui, in textu Aldhelmi omissa, a librario in margine folii insequentis adscripta, deinde illo loco in textum recepta remanserunt in eo codice, ex quo posteriores omnes sunt descripti cf. p. 35* l) tertius KP^1, terrentius *F*, terentias F^3, *cf. p. 308, 1 G* m) adelfis *F* n) rąecte F^3 o) edupul *N*, edupol: u *ex* is F^3 p) doloris F^3 q) mea tu *Terent.;* meatu *codd. edd.* r) correptis P^1 s) congredior $FF^3NMaiGiles$, ingredior KP^1 t) Tullius Cicero Lucanus libro decimo *e. q. s.* $FF^3NMaiGiles$, ut tullius cicero inuectiuarum — inquiro KP^1 u) colligę KP^1 v) In praepositio interdum *codd. edd;* In praepositio *omisi, quod addere hic, cum priora essent sublata, necessarium erat.* w) littera *F* x) litterã non m P^1 y) commutaŭt *N* z) inprobus KNP^1 a) inprobitas KP^1 b) inploro *K* c) ceciro P^1 d) om̃ inploro et obtesto *F* e) immunitas immunis *signis transpositionis adscriptis K;* inmunis *et sic cetera deinceps* FP^1 f) in manis *KN* g) inmanitas *K* h) inpunitas *KN* i) agustinus FKP^1 k) felicatate P^1, i *supra* a *prius N* l) peccantium *Giles* = *Augustin.*, peccantum *MaiFN* m) quo *codd.*, qua *Augustin.* n) inpunitas P^1 o) inbuo inbutus P^1 p) corrumpantur *FN* q) insulsus *codd.*, inpulsus *Mai Giles* r) castus *om.* P^1 s) *inthalamos *codd.* t) incertare nouer.ae *F* u) aequs *s. l.* v *N* v) inquino *F* w) inpertior FKP^1 x) inberbis *codd. edd.* y) indemnis ni *ex* m P^1 z) in conpositione *codd.* a) meo commeo *om.* P^1, cõmea *F* b) corruboro *FKN* c) collocor *F* d) conloquium P^1 e) corrumpunt P^1 f) congredior *om. K* g) conscendo *om.* KP^1 h) iaceo coniceo KP^1, conicio *N*, conitio *F* i) conicit $FKNP^1$

M. 591 cado concido (ut *Quare concidit vultus tuus?*), | taceo conticeo (ut Genes. IV 6

Conticuere[a] omnes intentique ora tenebant), Verg. II 1

unde inchoativum[b] conticesco (genetrice Samuhelis vaticinante *Et impii in tenebris* I Reg. II 9 *conticescent*[c]), teneo contineo, tango contingo, calco conculco[d], facio conficio, capio
G. 322 concipio, quaero conquiro[e], quaestio conquisitio: nam queror | deponens[f] corripitur, unde querela vel querimonia[g] dirivatur, sicut in historia ecclesiastica cautum[h] est: *Omnes*[i] *querimoniarum libros iussit incendi;* seu utraque[k] corrumpuntur videlicet tam praepositio[l] quam subiecta pars ut rapio corripio, mando commendo[m], plector complector[n] (Cicero Cic. in Verrem II, IV 26, 57 libro .XIIII.[o]: *Nullo modo possum aut*[p] *memoria consequi aut oratione complecti*[q]), laedo collido collisio (unde poeta

Vix tamen effugit totis collisa[r] medullis), Simfos. 52, 2

rego corrigo, lego colligo. Interdum vero eadem ·con· praepositio[s] ·n·[t] litteram[u] non corrumpit, sed omnino amittit[v], si sequens pars a vocali inchoat ut aeternus coaeternus, coaevus[w], coaetaneus, coepiscopus[x], coacervo[y], coarto[z] (ut[a] *Et*[b] *angelus domini coartans*[c] Ps. 34, 5 *eos;* Lactantius[d] ad Demetrianum[e] *Et levi,* inquit, *et non coartato*[f] *spiritu, quotiens volu-* Lact. de opificio c. 15 *mus, efficitur*[g] *vox*)[h], ‖ arceo coerceo[i] (Lucanus libro decimo

Atque opifex rerum certo sub iure coercet), Luc. X 267

cohibeo, coaequo[k], coalesco[l] (vel inolesco[m]: Vergilius

udoque[n] docent[o] inolescere[p] libro); Verg. georg. II 77

ago per sinalipham cogo, ut[q] nolo malo, quod in praeterito[r] manifestius liquet[r] coegi.
M. 592 *Re* praepositio aut subnexas[s] orationum | partes corrumpit et ipsa detrimentum non[t] patitur ut salio resilio (Prosper in epigrammatibus

Si resilit, misero degit[u] in exilio), Prosp. ep. 64, 4

capio recipio, captio receptio, captus receptus, sapio[v] resipio resipisco[w], facio reficio, factus refectus[v], cano recino[x], gradior regredior[y], statuo restituo, statutus restitutus[z], quaero requiro[a], teneo retineo, taceo reticeo, premo reprimo[b], spargo respergo[c]; aut eadem ·re· praepositio[d], si ad verba[e] a vocalibus incipientia accesserit, ·d· litteram crebro assumit ut emo redimo, emptio redemptio, emptus redemptus, arguo redarguo,
G. 323 ago redigo, | actus redactus, undo redundo (ut[f] *Omnia flumina exeunt in mare et mare* Eccles. I 7 *non redundat*[g]), eo[h] redeo reditus, euntes redeuntes, iturus redeturus, redintegro, redibeo redibitio[i], oleo redoleo, olere redolere, olentes[k] redolentes: Vergilius[l]

et olentia Medi Ora fovent illo[l]. Verg. georg. II 134 sq.

---

a) conticuerunt KP^1, conticuer N b) incohatiuum *Mai* c) conticescent *s. l.* v N, conticescunt *cett.* d) conculca *s. l.* o N e) quero conquero K f) quęror N, depoñ queror P^1 g) quaerella ł quaerimonia N, q:·rella quęrimonia F, querella querimonia KP^1, uel *om. Mai Giles* h) actum P^1 i) omne N; *locum non inveni* k) seutraq: F l) p̄posita F m) comm̄da *s. l.* o N n) conplector FKP^1 o) *XIII *codd., cf. p. 196, 15* p) ꝑsū *(r supra p)* aut F q) conplecti FF^3KN; *inde a* consequi *denuo incipit* F^3 r) conlisa F s) eadem conpositio F t) non F^3 u) littera FF^3 v) ammittit F^3, omninomittit F w) coaequus P^1, coequus K, coaenus F^3 x) coaepiscopus F^3N y) coaruo *s. l.* ce N z) coarcto FN a) ut *om. FN* b) et *om.* P^1 c) coartans *etiam FN* d) luctantius P^1 e) edemetrianum FF^3N, ademedrianum d *supra* a P^1 f) coarto FF^3N g) uolumus efficitur *bis script.* KP^1 h) *sequitur* occipio — ut tullius cicero lucanus FN, occipio — inquiro KP^1, *vide supra p. 196 nota k* i) arceo coerceo KP^1, *om. cett.* k) coaeco F l) coequo olesco uirat P^1, calesco, o *supra* a, N m) ł indisco F n) undique FF^3K o) doc& K p) inalescere FF^3 q) ut *om.* KP^1 r) p̄ t̄ *(=praeterito tempore)* K, t̄ p̄to F, liquit F s) subnixas FF^3KN, subnixa P^1, subnexas *Mai Giles* t) non *om.* P^1 u) deget NFF^3Mai v) sapio — refectus *om.* KP^1 w) et resipisco FF^3N x) cancinno F^3 y) regredio K z) statutus restitutus *om.* P^1 a) requero K b) praemo N, premo reprimo *om.* P^1 c) *respargo *codd., om.* F d) rprepositio KP^1 e) aduerbja N f) ut — redundat *om.* F g) redundant P^1 h) eo *om.* P^1 i) redibeo redibitio *codd.;* redibitio *om.* P^1 k) olentes *om. Mai Giles*, e *ex* a P^1 l) Vergilius — illo *om.* P^1, uirg. F

Si vero a digamma verba incipiant[a] id est ·u·[b] loco consonantis posita, ·d· litteram praedicta praepositio repudiat[c] ut revertor[d], revolvo, revinco.

Matth. I 19 Aug. de civ. Dei XXII 22 *Trans* praepositio interdum ·n· et ·s· perdit ut traductus traducit[e] (ut *noluit eam traducere;* Augustinus[f] libro .XXII.[g] civitatis[h] Dei *Etiamsi eos,* inquit, *per haec ad sua traducere non potuerint*[i] et cetera), traiectus traiecit[k] (Vergilius in .X.[l]

Verg. X 399
Tum Pallas biiugis[m] fugientem Rhoetea[n] praeter[o]
Traicit),

trano tranas tranat[p], cuius simplicia sunt trans et no nas nat monosillaba[q]: Vergilius

Verg. X 264
quales[r] sub nubibus atris
Strymoniae[s] dant signa grues[s] atque aethera tranant

et[t] in georgicis

Verg. georg. III 270
montes et flumina[t] ⟨tranant⟩;

Sol. p. 94,14 M. Solinus quoque in collectanea rerum memorabilium[u] de cervis: *Si maria,* inquit[v], *tranent, non aspectu petunt*[w] *litora sed olfactu*[x].

Circum praepositio ·m·[y] aliquoties amittit[z] ut[a] circuitus[b].

Sic *ante* praepositio ·e· in ·i· commutat ut anticipo[c] psalmigrafo[d] adstipulante [ut[e]]:

Ps. 76, 2 *Antici|paverunt*[f] *oculi mei vigilias.* M. 593

Dis praepositio interdum ·s· litteram in compositione perdit ut † diluto dilusus[g], dilanio, diluo, dilabor dilapsus (ut

Sedul. I 130
foveam dilapsus in atram),

dilancino dilancinatus[h]; idem Solinus de leontofono bestia[i] ait: *Morsu*[k] *quidem abstinent,* Sol. p. 120,15 M. *sed dilancinatas exanimant*[l] *pedum nisibus*[h]. Quodsi ·s· littera in principio verbi ponatur, eadem praepositio non perdit ·s· ut disspolio[m], dissolvo, dissero[n]; interdum ·s· in ·f· mutatur ut fido diffido diffidentia[o], fero differo differentia, fundo diffundo[o] (Vergilius in ·X·

Verg. X 903
Undantique[p] animam diffundit in arva cruore[q];

Sol. p. 101, 14 sqq. unde Iulius Solinus in collectanea rerum memorabilium | ait: *Idque*[r] *in centum viginti*[s] G. 324 *milia*[t] *passuum*[u] *diffundi*[v], *qui fidem ad verum*[w] *ratiocinati*[x] *sunt, aestimaverunt*); facultas Sol. p. 153, 18 sq. difficultas (ut idem Solinus: *Multisque difficultatibus fatigatus*[y] *Ripheis se iugis adnectit*[z]), facilis difficilis, tam praepositione corrupta quam nomine. Sequentibus autem[a] ·c· ·p· ·t· dis praepositio integra manet ut cerno[b] discerno discerniculum[c], crepo discrepo[c], curro[d] discurro, calcio discalcio, cedo discedo[e], cingo discingo[d], placeo displiceo[f], placuit displicuit (·a· corrupta[g] et[h] in ·i· mutata), puto disputo, perdo disperdo, pono dispono[i],

---

a) incipiant KP^1, incipient *cett.* — per digammon *p. 185, 7* b) ut *F* c) praepositio repudiat KP^1, rep. praep. *cett.* d) reuertar *s. l.* o *K* e) traducit *om.* P^1 f) agustinus NFF^3K g) XXII *codd.*, XX *Mai Giles* h) ciuitas P^1 i) potuerint NFF^3, Augustinus potuer̃ KP^1 k) traiectus traiecit *om.* P^1 l) uirg̃ F^3 m) biiungis P^1 n) rhotea *K*, rhoa *s. l.* re *N*, rohtea F^3, rboeta *F*, rophea roothea P^1, Rhetea *Mai* o) post P^1 p) truncat P^1 q) modosyl̃ P^1 r) qualis sit FF^3N, qualis KP^1, *om. Mai Giles*, quales *Verg.* s) strymoniae *K*, strimoniae *cett.* — graes *F*, grues *cett.* t) et — flumina *K*, *om. cett.* u) memorabilium *K*, *om. cett.* v) mariamquit P^1 w) repetunt *F* x) olfactram P^1, olfactam *K* y) ·m· aliquoties *K*, maliq̃ P^1, aliquotiens M F^3, m *om. NF* z) ammittit *NF* a) cum, ut *Mai Giles* b) circuitur *FN* c) anticipio FKP^1 d) psalmigrapho *codd. edd.*, in psal̃ P^1 e) *ut *codd. edd.*; adstipulante ut *om.* P^1 f) antecipauerunt *K*, antecipauerunt uig̃ ocul̃ P^1 g) diluto dilusus *codd.*; *an* diuido diuisus *legendum?* dilutus *F* h) dilancino — nisibus *om.* P^1 i) leonto sonobestia *F* k) mursu *K* l) examimant *N*, examinant FF^3K, exanimant *Mai Giles* m) dispolio FKP^1 n) dissero *om.* P^1 o) diffidentia — diffundo *om.* P^1; diffidentia differentia fero F^3N p) undantinque P^1 q) cruere *F* r) ideoque P^1 s) uiginte *N* t) milia *codd.*, CXX milia P^1 u) passiuum P^1 v) diffundi *om.* P^1 w) aduenarum *codd. edd.*, aduerum *Solin.* x) rationati *s. l.* ci *K* y) fatigatur P^1 z) adnectiti *K* a) añ KP^1, aut *F* b) cero *s. l.* N P^1 c) discerniculum — discrepo *om.* P^1 d) curro — discingo *om. F* e) cedo *om.* F^3KN, cedo discedo *om.* P^1, credo discredo *Mai Giles* f) placeo displiceo *om.* P^1 g) correpta *K* h) et *codd.*, *om. Mai Giles* i) pono dispono *om.* P^1

tendo distendo, tribuo distribuo[a], traho distraho, tingo[b] distingo, pecto dispecto (id est pectino dispectino[c]), pendo dispendo[b].

Sunt aliae praepositiones, quae[d] similiter in compositione figurarum[e] corrumpunt[f] annexas orationum partes ut *per, prae, pro, de, se*[g] ut perficio, praecipio, proficio, decipio, rapio deripio (Vergilius

Tergora deripiunt costis[h]), Verg. I 211

paro separo, cerno secerno[i], pono sepono[k], cedo secedo[l], cubo secubo[m], duco seduco[n], cado decido (ut *folium eius*[o] *non decidit*[p] et alibi[q] *aruit foenum et flos decidit*[q]), patior Ps. I 3
M. 594 perpetior pas|sus perpessus et cetera similia[r]. I. Petr. I 24

△ Tripertitam praepositionis regulam cum quadrifaria[s] figurarum compositione velut quoddam[t] atrae caliginis chaos adhibitis documentorum lanternis[u] luculente illustrasti[v]; restat ut omissa[w] praepositione et compositione positionis[x] tantum[y] et elevationis[z] tempora epitrito quarto congruentia regulariter edisseras. ><[a] Epitriti quidem non serviunt divisionibus, cum tamen in epitrito quarto arsis anticipet[b] tempora quaterna[c] et thesis terna.

△[a] Lex prosodiae promulgetur! ><[a] Epitritus quartus, si paenultima positione longa fuerit, acuto pronuntiatur[d] accentu ut[e] hostimentum id est aequamentum vel exagium trutinae[e]; si vero paenultima naturarum legibus protelabitur, absque scrupulosa ambiguitate circumflexo profertur[f] accentu ut contignatus, fortunatus[g].

CXLI. DE PROSODIA[g].

G. 325 Prosodia est signum sermonis iter rectum faciens legenti. | Sunt autem prosodiae .X.[h 1]: acútus, gràvis, circumflêxus, lōnga, brĕvis, dasia[i], ‘psili[k], apostrofus’ hyfen ⌣, hypodiastoli ⸗[l], dividuntur autem[m] haec in .IV.: in tonos[n], in tempora, in respirationes, in passiones. Tonus autem aut pertrahitur[o] aut attrahitur aut medietas sillabae[p] bonam vocem habens[q] . . . . . ; toni sunt tres[2]: acutus, gravis, circumflexus. Acutus tonus est

---

a) tribuo distribuo *om. P*[1] b) tingo — dispendo *om. P*[1] — cingo discingo *K* — penso dispenso *K*, pendo dispendo *cett.* c) dispectino *om. N MaiGiles* d) qui *F* e) figuram *P*[1] f) conrumpunt *N* g) re *Mai Giles*, se *codd.* h) cortis *F* i) recerno *K*, cerno secerno *om. P*[1] k) repono *Mai Giles* l) recedo *F*[3] m) cubo secubo *om. P*[1] n) reduco *Mai Giles* o) folium & non *P*[1], filium eius *F* p) defluit *s. l.* cidit *N* q) et alibi — decidit *om. P*[1] r) assus & multa similia *P*[1] s) quadã *KP*[1] t) *sic etiam infra* u) lanternis *KP*[1], laternis *cett.* v) inlustrati *KP*[1], inlustrari *F*[3], illustrasti *Giles* w) ommissa *P*[1] x) p̃positionis *FP*[1] y) tantum *KP*[1], tm̃ *NF*[3], tam̃ *F* z) et eleuationis *KP*[1], eleuationisque *cett.* a) >< *et infra* △>< *om. P*[1] b) anticipet *codd.*, anticipat *Mai Giles* c) IIII *P*[1] d) pronuntiatur *codd.*, pronuntietur *Mai Giles* e) ut — trutinae *om. P*[1], tritinę *F*, *s. l.* v *N*, trytinae *F*[3] f) profertur *KP*[1], proferatur *NFF*[3] g) fortunatus explicit de prosodia *K*, accentu EXPL, ut contignatus fortunatus *om. P*[1], *in quo insequens caput excidit.* DE PROSODIA *NFF*[3] h) decim *NF*[3] i) daseia *Giles*, dasia *codd. Mai* k) psili *codd.*, psile *Mai Giles; totum locum sic scripserunt codices:* ácutus gràuis circumflêxus lōnga brĕuis dasia[ᵇ] *(suprasc.* hispidus*)* ‘psili *(suprasc.* subtilis*)* apostrofus’ *(suprasc.* egressio*)* hyfen *(suprasc.* coniunctio*)* hypodiastole *(suprasc.* separatio*)* l) ‘hypodiaistole *FNK*, hypodiastolae *F*[3]*; sed vide infra p. 200 not. z* m) h᷑ (= autem) *K* n) tonos *s. l.* in *K* o) trahitur *F*[3] p) sillabę *F* q) *praedicatum deest in codd.*

---

1) *cf. Roger L'enseignement p. 355.* — hypodiastole *ab uno Aldhelmo nominatur, ceteri eam* diastolen *vocant cf. Roger 356, 5. Etiam in ordine eorum, quae de prosodiae generibus affert, cum ceteris dissentit Aldhelmus. Nam cum ipse decem prosodias esse doceat, tres accentus, duo tempora, duas respirationes, tres passiones, Diomedes (Gr. L. I 434), Priscianus q. f. de accentibus (Gr. L. III 520 sq.), Donatus (Gr. L. IV 371sq.), Sergius (Gr. L. IV 483 sq.), Cledonius (Gr. L. V 33), Pompeius (Gr. L. V 132: hic solus apostrophum ante diastolen posuit), Audax (Gr. L. VII 330 sq.), Isidorus orig. I 19 respirationes non tertio, sed ultimo loco numerant* 2) *Donatus Gr. L. IV 371, 1* Toni igitur tres sunt: acutus, gravis, circumflexus ... *31* acutus accentus est nota per obliquum ascendens in dexteram partem /, gravis nota a summo in dexteram partem descendens \, circumflexus de acuto et gravi facta /\. *Exempla* pax pix nux *leguntur (cum aliis) apud Priscianum (Gr. L. III p. 521, 6), sola (in nonnullis codicibus) apud Donatum Gr. L. IV 371, 9*

nota per obliquum[a] ascendens in dexteram partem ut est[b] páx, píx, núx; gravis est a summo in dexteram partem descendens[c], ut est hòmo, bònus, pàrvus; circumflexus est nota de acuto[d] et gravi facta, ut est mêta[e], mûsa, coêpi. Tempus est significatio extensionis sive contractionis invisibilia discernens[f]; tempora sunt duo: longum et breve. Longum est significatio productam litteram vocalem[g] ⟨indicans⟩, ut est

Verg. I 1 Arma virumque cano, Troiae | quī prīmus ab ōris[h]; M. 595

breve est significatio correptae vocalis, ut est

Mallius Theod. Gr. L. VI 590, 5 Ingentes actus[i] carmĭnă nostră cănunt[1].

Spiritus est productio vocis: aut[k] citata aut lenis de ore profertur; spiritus sunt duo: dasia[l] et psili.[m] Dasia est qualitas sillabae[n] iuxta sonitum spirantis, ut est hŏmo[o], hăbitans, hăbens; psili est qualitas sillabae[n], quae[p] iuxta extremitatem labiorum[q] profertur ut ŏrator[r], ădiit, ŏrare. Passio est vox passibilis coniuncta et unita et divisibilia discernens; passiones sunt .III.: apostrofus, hyfen[s], hypodiastoli[t]; apostrofus[u] est signum extritae[v] vocalis: ⟨exteritur autem aut vocalis⟩ una aut vocales duae, quod[w] non habent Latini, sed Graeci; hyfen est coniunctio[x] dictionis, ex duabus — perfectis imperfectis — compositae[x], ut est lucifer unigenitus[y], primogenitus; hypodiastoli[z] est divisio compositarum litterarum propter ambiguitates, ut est

Verg. VIII 83 viridique[a] in litore conspicitur sus;

ut non erret, qui legat, ne prorsus *ursum* legat[2].

Acutus loca habet tria, quomodo dicunt[b] Graeci[3]; ⟨quomodo⟩ Latini[c], duo: paenultimam et[d] antepaenultimam; paenultima[e] nomen est ante unam sillabam a fine habens accentum ut árma órna, ónus[f]; antepaenultima[g] est nomen ante duas sillabas habens a fine accentum, ut est Basílius[h], Gregórius[i], † Bobátius[k]. Circumflexus[l] | nomen[m] est[n] G. 326 loca habens duo, sicut dicunt Graeci, Latini[o] autem, unum; circumflexus nomen est ante unam sillabam a fine habens accentum, ut est caêlum, caêli[p], caelôrum. Tempora ponuntur in vocalibus litteris, ubi producuntur vel corripiuntur ut est nĭhil, ămem, flaminiâ, mĭnus[q]. Spiritus ponitur initio[r] vocalium litterarum, rarius in medio, ut est hŭius, trahŏ,

a) oblicum *NF* b) est *K, om. cett.* c) discendens *KF*[3] d) acuta *s. l.* o *K*, acutae *cett.* e) moêcha *F*, mô&a *NKF*[3], môeta *Mai Giles, sed* mêta *legendum ex Prisciano III 521, 13 K = Donato IV 371, 12 K = Isidorus orig. I 18, 6* f) descernens *N* g) productam litteram uocalem *codd.; participium aliquod (correxi ex Manlio Toletano et Iuliano Toletano p. 51* indicans*) excidit;* productae litterae uocalis *Mai Giles* h) ab horis *FF*[3] i) ingens *(s. l.* te*)* acutus *N*, ingentes acutus *FF*[3]*K*, ingens acutus *Mai Giles* k) quae *Mai Giles, om. codd.* l) dasia *codd.* m) psili — *hic et infra* — *codd.*, psile *Mai Giles* n) sillabę *F* o) hŏmo *etc. codd.* p) quae aut *Mai Giles;* quae *om. codd.* q) labiorum sp̄s *F* r) ŏrator *etc. codd.* s) yfen *F*[3]*KN*, yfeny *F* t) ypodiastoli *NK*, hypodiastoli *F*, ypodiastilo *F*[3] u) apostrofos *F*[3]*N* v) ex tristitia *codd., corr. Mai* w) *vocalis unius aut duarum, quos *Mai Giles,* vocalis una aut uocales *(*vocalis *F*[3]*)* duae, quos *codd.; vocales duas nominavit Aldhelmus diphthongos* x) coniunctio dictionis ex duabus perfectis imperfectisue compositae *Mai Giles,* coniunctio conposita dictionis ex duabus perfectis inperfectis *FF*[3]*N*, conpositum *F*[3]*N*, c̃ conpositum *F*, compositae coniunctionis . . conpositum *K*, perfectis imperfectis *est asyndetum adversativum* y) lucifeꝛ genitus *N*, luciferum genitus *FF*[3], lucifer *omisso* genitus *K* z) hypodiastoli *codd.* a) uirideque *FF*[3]*N* b) dicant *F* c) *quomodo *om. codd.* d) et *K, om. cett.* e) peneūl. antepeneūl. peneultima *N* f) hónus *codd. edd.* g) Antepeneūl *N* h) básilius *NF*, basĭlius *F*, bāsilius *F*[3] i) grigórius *N*, grégorius *F*, gregōrius *K*, grēgorius *F*[3] k) bobatius *codd.; at nomen latinum non est* l) circumflex *N*, circumflexū *F* m) nomen *om. K* n) est *om. F*[3] o) *ut supra* quomodo, *sic hic* sicut *videtur excidisse* p) caêli *om. Mai Giles; paene evanuit N* q) nĭhil ămnis flămma *(*flamina *F*[3]*NP*[1]*)* mŭnus *codd.; recte haec referuntur ad versum qui exstat apud Mallium Theodorum (Gr. L. VI 590 cf. Manitius p. 599) et apud Iulianum Toletanum p. 51:* Et nihil est quod amem Flaminia minus r) initium *FKP*[1]

1) *Versum hunc Mallius Theodorus Gr. L. VI 590, 5 et Iulianus Tolet. (p. LI c. 230) afferunt pro exemplo metri elegiaci* 2) *Hoc exemplum afferunt eadem adnotantes iam Diomedes p. 435, 15, Donatus p. 372, 8, Sergius p. 484, 16, Pompeius p. 130, 35, 132, 12, Isidorus Orig. 18, 6* 3) *Donatus Gr. L. IV 371, 2 sqq.*

inveho[a]. Apostrofus ponitur supra, sicut diximus; quo non utuntur Latini, sed Graeci. Hyfen ponitur infra ad dexteram partem, ut est sub⁀urbanus[b]. Hypodiastoli[c] ponitur infra contrarie atque hyfen[d], ut est Constantinopolis[e].

CXLI. DE SINZIGIIS[f].

Enucleatis igitur grammaticorum[g] regulis et metrorum pedibus, qui septies, ut iam promulgavimus[h], quaternario concluduntur laterculo[1], operae pretium arbitror, ut multimodas alternantes sinzigiae replicationes, quae rethoricis mancipantur disciplinis, stimulo[i] festinationis compulsi praeterire studeamus; quarum[k] vocabula haec esse noscuntur[1 2]: proxilius[m], diprolius[n], diopros, trampus[o], cribussus[p], namprossimalus[q], phymarus, atrorbus[r], rivatus, pranulus, linuatus[s], machaus, matrimus, phynulus, febrinus. Hi[t] sunt proprie[u] rethorum pedes, qui quaternarum mensuram[v] sillabarum transeuntes a metricis magnopere spreti repudiantur, siquidem proxilius ex tribus longis et tribus[w] brevibus constans huiuscemodi scematibus componitur ut – – – ◡ ◡ ◡, diprolius[x] vero versa vice ex tribus brevibus et tribus longis constat tali figura[y] ◡ ◡ ◡ – – –, diopros autem[z] et trampus[a] reciproca duarum sillabarum alternatione[b] variantur utpote[c] – – ◡ ◡ ◡ ◡ et iterum ◡ ◡ ◡ ◡[d] – –. Sic et ceteri[e] sinzigiarum pedes huiusmodi praeposteris vicissitudinum ordinibus alternare noscuntur. Et stat[f] praeterea nomen sinzigiae serviens figurae compositae, quod in genetivo plurali .IX.[g] sillabarum et .XXII.[h] litterarum esse deprehenditur ut Constantinopolitanus, si dicatur pontifex Constantinopolitanus[i], et genetivo pontificum Constantinopolitanorum.

ALLOCUTIO EXCUSATIVA AD REGEM[k].

CXLII. G. 327 M. 597

Appropinquante iam stili[l] termino, o reverentissime fili, | subnixis[m] precibus satagens velut flexis genuum poplitibus[n] suppliciter imploro[o 3], ut hoc opusculum, quo manifestissime declaratur, quod tua sagaci eruditione non livescam[p] et strenua[q] instructione non tabescam, contra omnes aemulorum catapultas et venenata garrulo|rum iacula[4], quae de faretra obliqui livoris[r] plerumque[s] intorquere nituntur, inexpugnabili[t] metrorum pelta

---

a) *inruhō FF^3P^1, in^{r}ruo K, inruho *Mai Giles* b) suburbanus N, suburban' K c) hypodiastole *Mai Giles* d) *contrarietate hyfen *codd.* e) constantinopolis N, constantinapolis o *supra* a K f) DE SINZUGIIS F^3, *om. cett.* g) quā F^3 h) ꝑmulgabim$_{\ell}$ K i) stimolo F k) quorū F l) eē uocabuli noscuntnr F m) proxilius *NMaiGiles*, prolixius FF^3K n) diprolius *sic codd.* o) diopstrāpus N, diopstāpus F^3, strampus P^1 p) cribus · sus P^1F q) nampsimalus P^1 r) atrobus P^1 s) liniatus F t) Hii *codd.* u) propriae F^3 v) mensarū F w) longiritrib; F x) diplius KP^1, diplodius FF^3NMai y) fiigura P^1 z) dioplos aū K a) tranpus *codd.*, ranpus *s. l.* t K b) alternante P^1 c) utpute P^1 d) – – ◡ ◡ ◡ *(et)* V V V – – F e) ceteris *FN*, ceterum P^1 f) et stat *codd.*, constat *Mai Giles* g) nom̄ F^3, nomen Fm^1 h) XXII P^1, XX *FNMai Giles* i) si dicatur pontifex constantinopolitanus *om.* P^1F k) ALLOCUTIO EXCUSATIUA AD REGEM F^3, *om. cett.* l) stilo K m) subnexis *Giles* n) poblitib; F, poplitibus genuum P^1 o) inplora F^3 p) libescam *codd.*, liuescam *Mai Giles* q) extrenua F, et strenua — tabescam m^2 *s. l.* K r) obliquis FF^3, liboris FF^3KN, liuoris P s) prerumq; P^1, plurūq; F t) inexpugnabilis *Mai Giles*

---

1) *cf. ad initium huius partis tractatus* 2) *Ut multi egerunt de synzygiis, ita nullus habetur, qui haec nomina tradat, cf. etiam Roger, L'enseignement p. 399. Iulianus Toletanus p. XXIV. XXV c. 103 nihil cum Aldhelmo commune habet. De synzygiis vide Pompeium Gr. L. V 123 et Isidorum Orig. I 14, 20. De nominibus allatis penes codices unica est auctoritas quamvis sublesta* 3) *prosa de virg. c. XXXVII* subnixis precibus — flectere nitebantur *c. XLVII* subnixis precibus .. poposcerat; *carm. de virg. 2031* subnixis precibus gestit compellere virgo. — *epist. ad Gerunt. p. 87, 27 G* subnixis precibus et flexis poplitibus vestram fraternitatem adjurantes suppliciter efflagitamus 4) *prosa de virg. c. XIII* venenatis piaculorum iaculis, *c. LX s. f.* venenatas aemulorum ansatas, *Epist. Merow. I 281, 7* hostis occulti venenata iacula

et grammaticorum parma[a] protegere[b] digneris[1] meique laboris industriam, si voti compotem summus Olimpi[2] regnator effecerit[c], tanto velim[d] devotae mentis effectum[e] ostendens enixius mireris[f] et uberius venereris, ut hoc[g] sit quaedam[h] fessae menti[i] rata recompensationis portio[k 3] ac oblata remunerationis vicissitudo, quanto[l] constat neminem nostrae[m] stirpis prosapia[n] genitum[4] et Germanicae gentis cunabulis confotum in huiuscemodi negotio ante[o] nostram mediocritatem[p] tantopere desudasse[q] priorumque[r] argumenta ingeniorum iuxta metricae artis disciplinam[s] litterarum textui[t] tradidisse praesertim inter tot tantosque saecularium rerum tumultuantes[u] strepitus constitutum[v] et ecclesiastica[w] pastoralis curae sollicitudine[x] depressum[5], quibus mens meticulosa[y] ac scrupulosa quasi quodam artissimo catenarum repagulo[z] constringitur. Non enim[a] hoc proferendo horrendis superciliorum iaculis me vulnerandum[b] arbitror neque dirissima elationis[c] turgidae falarica confixum perhorresco[d], si paulisper[e] de gratuita divini muneris[f] gratia, quae singulis quibusque non meritorum praecurrentium praerogativa, sed caelestis beneficii munificentia confertur, fretus domino glorier, siquidem[g] illustris[h] ille, qui dicebat

Verg. georg. III 11—13

Primus ego[i] in patriam mecum[k], modo vita[l] supersit,
Aonio rediens deducam[m] vertice Musas;
Primus Idumaeas referam[n] tibi, Mantua, palmas,

(et longiuscule idem poeta et infra[o] prosequitur[p]:

ibid. 292 sq.

iuvat[q], inquit, ire iugis, qua nulla priorum[r]
Castaliam[s] molli devertitur orbita[t] clivo[u]) —

hoc, inquam, ille versificans[v] significari voluit, nullum ante | se[w] Latinorum georgica M. 598
Romulidis scripsisse[x], quamvis Hesiodus et Homerus et ceteri Graeci disertitudinis[y]
fa|cundia freti et Argolicae urbanitatis privilegio praediti quadrifariam agriculturam G. 328
lingua Pelasga[z] deprompserint[a].

---

a) parma r *in ras.* P^1 b) ptege *s. l.* m^2 re *K* c) efficerit *codd.* d) uellim FF^3N e) effectum *codd.*, affectum *Mai Giles* f) mereris P^1, miseris s *prius in* r *F* g) hoc *om. F* h) quadam *F* i) mentis *F* k) partio *F* l) quantũ *F* m) nrãte P^1 n) prosapiam *K* o) negotiante P^1 p) *hic desinit K* q) deludare P^1 r) *propriorumque *codd. edd.* s) displinã *s. l.* ci *N* t) textui FF^3N, texuit P^1, textum *Mai Giles* u) tumultuante FF^3N v) constitutus P^1 w) ecclesiasticas *codd.* x) sollicitudines *codd.* y) meticolosa v *supra* o *N*, maculosa P^1 z) repagula FF^3N a) n̄beñ *F* b) uulnerandom v *supra* o *F* c) durissima elationis P^1, dirissim(a)e lationis F^3N, dirissimae elationis *Mai Giles* d) porrisco F^3 e) sipaup *s. l.* lis F^3 f) numeris P^1 g) glorier. Siquidem *N Mai Giles* h) ill *F* i) eigo P^1 k) meam *s. l.* cv F^3 l) uitam FF^3 m) dededucam P^1 n) referram F^3 o) et infra P^1, et *om.* FF^3N p) prosequester P^1 q) iubat *codd.* r) piorum P^1 s) castalium ut FF^3N, castalium et P^1, ut *om. Verg.* t) obrito FF^3N u) diuo *F* v) uersicans P^1 w) se *om.* P^1 x) *romuli disscribsisse *N*, romuli discripsisse FF^3, romulis disconscipsisse *s. l.* r P^1, Romuli descripsisse *Mai Giles cf. Festsch. f. A. v. Bamberg p. 3* y) desertitudinis FF^3N, dissertitudinis P^1 z) pelarga P^1 a) depromserint FF^3

---

1) *prosa de virg. c. XI* cum tuta pelta protecti, *ib. c. LIII* aerea umbonis parma protectum, *Epist. Merow. I 281, 6 Leobgytha:* tuarum orationum parma muniar contra hostis occulti venenata iacula, *298, 3 Denehartus et Lullus:* ut atra contra piaculorum spicula parma tuae orationis protegere non recuses, *p. 338, 2 Lullus:* ut contra antiqui hostis venenata spicula orationum tuarum frequenti iuvamine muniar 2) *prosa de virg. c. II* superi regnator Olimpi 3) *prosa de virg. LX* sit mihi praesentis opusculi rata recompensatio vestrarum precum frequens collata vicissitudo 4) *prosa de virg. XLIX* Secundam, nobili stirpis prosapia oriundam 5) *prosa de virg. c. LIX* Fateor autem caritati vestrae, .. pastoralis curae sarcina gravatus negotiorumque terrenorum ponderibus oppressus ita perniciter, ut satagitis, dictare nequiveram, quia securae quietis spatium .. scrupulosa ecclesiastici regiminis sollicitudo denegabat et tumultuans saecularium strepitus obturbabat. *Epist. Merow. I 261, 15 Eangyth et Heaburg:* quod miseriarum molibus .. depressi sumus et saecularium rerum tumultibus

Denique priusquam[a] sermo supremus[b] competenti calculo terminetur, paterna sollicitudine coactus, quae solet natorum commodis consulere, commoneo, ut ea, quae difficillima[c] sudoris et laboris[1] industria, acsi gravi sarcina oppressus[d], dictando descripseram sine sudoris et laboris contritione rimanda ac recensenda, nullatenus spernendo[e] contemnas ac solertis ingenii[f] gratiam prae ceteris contribulibus et[g] coaetaneis[h] tibi divinitus[i] collatam[k] torpentis otii[l] segnitie squalescere patiaris. Et absurdum nempe[m] arbitror, si te pertaesum sit[n] affabiliter investigando et ventilando[o] percurrere, quod me pertaesum[p] non fuit[q] difficulter commentando et coacervando digerere[r], si illud, inquam, te pigeat velut insolescentem ac delicatum[s] paulatim masticare et[t] ruminare, quod me non piguit[u] utpote[v] pistoris pinsentis officio[w] functum commolere[x] et tollere[y]. Quamvis ergo mundanae dispensationis curis velut scopulis[z] refluis algarum illisionibus et undarum circumlatrantium vorticibus fatigatus populorum frena commissorum[a] moderando gubernes, nequaquam tamen huius rei[b] gratia praepeditus melliflua divinarum studia scripturarum[2] neglegenda[c] et sub huiusmodi[d] occasionis[e] praetextu[f] parvi pendenda ducas.

Nam inclitus[g] ille Theodosius[3], ut prisca veterum opuscula produnt, qui totius propemodum mundi gubernans monarchiam[h] maritabatur et regalibus florentis imperii sceptris[i] undecies[k] labente annorum circulo[l] feliciter fungebatur[m], cotidiani sumptus[n]
M. 599 alimoniam | et corporeae sustentationis edulium, in quibus mortalium vivacitas vescitur, in praecelso potestatis culmine antiquarii[o] scriptoris mercimonia indeptus[p] est, malens[q] scripturarum emolumento litterarum carnalis vitae nutrimenta per laboris exercitium adipisci quam inertis desidiae[r] torpore tabescens gratuitis[s] epularum diliciis saginari[t]. Unde etiam, cum Prisciani[u] grammatici .XVIII. volumina, qui Romanae lumen facundiae vocabatur[v], propriis palmarum digitulis calce tenus digesta[w] describeret[x], inauditam
G. 329 antecessoribus et inexpertam praeteritis saecu|lorum imperatoribus promulgabat sententiam posteris, ut reor, exemplum industriae derelinquens: *Ego*[y], inquit, *Theodosius*[z], *totius orbis imperator, inter curas palatii hoc volumen propria manu descripsi* et cetera[a]. Propterea caelestis tubae clangor et supernae salpicis classica concrepuerunt dicentis: Ios. 1 8 *Non recedat liber legis de ore tuo et meditaberis*[b] *in ea die ac nocte.* Idcirco[c] in omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis!

---

a) primus quam *F* b) supp̄m; P^1, summus *F* c) deficilima *F* d) pp̃ssus *F* e) recensendo spernendoq; P^1 f) ingenui F^3 g) et *om.* P^1 h) c&aneis P^1 i) diuinus *F* k) collectam P^1 l) otiis F^3 m) et *om.*, absurdum. Nempe P^1, nemphe *F* n) pertessum *FG*, ptēs sumpsit P^1, ptes sumsit NF^3 o) uentilandoque P^1, et uentilando *cett.* p) pertessum *FNP*^{1}, ptes sum F^3 q) fuerit F^3 r) congerere P^1 s) dilicatum F^3N t) ac *Mai Giles*, et *etiam N* u) pigit v) utpute P^1 w) offici F^3N, officii *F* x) conmolere *N* y) torrere P^1 z) scopolis FF^3, scopolim s *supra* m *N* a) conmisorum *N* b) regi *F* c) neglegenda *sic codd.* d) huiuscemodi P^1 e) occasionib; FF^3N, occasioni P^1 f) pr&extum P^1 g) inclitus FF^3P^1 h) monarchiū *F* i) imperiis ceptris P^1 k) undeties P^1 l) circilo P^1 m) fungeba|/tur *F* n) suptus *N*, subtus F^3 o) antiquaris P^1 p) indeptus P^1, indemptus *N Mai Giles* q) mallens *F* r) dissidiae FF^3N s) gratuitus *s. l.* i *N* t) saginare FF^3N u) pristiani F^3 v) uocabitur P^1 w) digestum *codd.*, digesta *Mai Giles* x) discriberet P^1 y) E|/go F^3 z) thedosius *N*, theodosius o *prius ex* u P^1 a) descrips & c&era *F* b) meditabis FF^3 c) Ircirco F^3

---

1) *prosa de virg. c. LX* meique sudoris et laboris fiat fulcimentum vestrae intercessionis adiumentum 2) *prosa de virg. c. II* melliflua divinarum studia scripturarum 3) *Theodosius II (obiit 450 p. Ch.) notus est ille calligraphus, ad quem scripta sunt carmina anthologiae Latinae 724 (cf. v. 4* inclita proles, *v. 5* totus quem vix capit orbis*) et 783; cf. de eo L. Traube, Sitzungsber. der Bayer. Akad. 1891 III 419. O. Iahn, Ber. der Sächs. Ges. der Wiss. 1851 III 343. M. Hertz, Philol.-klin. Streifzüge, Berol. 1849, 22. Sed recte posuit M. Hertz (cf. etiam Priscian. I praef. VIII) hariolatum hic esse Aldhelmum; nam codicem Prisciani saeculo VI scribentis exarare eum non potuisse saeculo fere iam ante Prisciani opus mortuum. Narrat idem Aldhelmum secutus eumque etiam in sermone imitatus Angelomus Luxoviensis (saec. IX) in Enarratione in canticum canticorum c. VIII s. f. (Migne CXV 627 sq.).*

Quae est enim labentis mundi prosperitas aut fallentis vitae[a] felicitas? Nonne simillima collatione[b] ut somnium evanescit, ut fumus[c] fatescit[d], ut[e] spuma marcescit[1]?
Ps. 61, 11 *Divitiae,* inquit psalmigrafus, *si*[f] *adfuerint, nolite cor apponere!* Utinam nobis praesentium rerum possessio non sit futurarum[g] remuneratio! Utinam[h] caducarum copia secutarum non sit inopia! Utinam lenocinantis mundi oblectamenta aeternae beatitudinis non gignant[i] detrimenta! Quin potius transacto fragilis vitae intervallo succedant[k] suffragante Christo perpetua[l] praemia[m] meritorum! Quod ipse praestare[n] dignetur, qui pro nobis in patibulo pependit, cum aeterno patre vivens ac regnans una[o] cum spiritu sancto per infinita semper[p] saecula saeculorum! AMEN.

---

a) uita *F* b) conlectatione F^3 c) funus *FN* d) fanescit *s. l.* t *N* e) et *N* f) palmusgraphus *(corr. m*[1]*)* fusi *N* g) futurarum P^1, futurorum *cett.* h) utinam *om. Mai Giles;* Utinam nobis p̄sentium caducarum: nobis p̄sentium *del. N* i) gignunt $F(?)F^3N$ k) succedunt FF^3N l) pp&uã *F* m) prima P^1 n) p̄stabit re *N* o) una *om. Mai Giles* p) semper *om. F* — *In fine* FINIT DŌ GRATIAS P^1 Orapro me sepissime dñi caeli carissimę · uti mea innumera · xp̃s remittat crimina F^3 sicut nauigantibus desiderabilis portus. Ita scriptori nouissimus uersus. || Ora p me sepissime · dñi cęli carissime · uti mea Innumera, xp̄s remittat crimina · *N*

---

1) *prosa de virg. c. VI* instituta simillima collatione declarantur. *c. XLIII* Sed omnis praestigiarum scena .. ut cera liquescens emarcuit, ut umbra fatescens dicto citius dissolvebatur. *Epist. Merow. I 242, 36 sqq. Bonifatius:* universa mundi huius pretiosa .. simillima collatione rerum ut umbra praetereunt, ut fumus fatiscunt, ut spuma marcescunt

EPITOME TRACTATVS ALDHELMIANI.

Exstat in codice Vossiano, quo Ademari grammatici studia continentur (cf. praef. aenigmatum p. 46), epitome primae tractatus metrici partis, quae est de numero septenario: nam fol. 153^{v}—154^{v} legitur post aenigmata Aldhelmi praemisso titulo Inciṗ. de metrica arte. *Primus hanc nihil de ea diligentius quaerens commemoravit Lucianus Mueller, sed iamdiu ante hunc eam, ex quo codice sumpta esset, non addens multaque falso legens descripserat Abrahamus Gronovius in codice Leidensi Gronov. 5^{a} fasc. I; nunc ipse denuo eam ex codice descripsi edendamque curavi, ut etiam in prosa Aldhelmi eandem versatam esse lubidinem declaretur, quam in carmine de virginitate apud librarium codicis R et in carminibus ecclesiasticis apud eum deprehendimus, qui scripsit codicem Berolinensem. De rege Oswaldo, cum in allocutione coniungatur cum Aldhelmo, quaerendum non est: quippe suo arbitrio id nomen pro Acircio, quem ignorabat, inseruit epitomator pro rege Northanumbrorum alium eiusdem gentis inserens. Epitome satis anxie sequitur textum Aldhelmi nec omittendum est, quod in nonnullis eandem verborum formam praebet atque P^{1}, quocum in aenigmatum textu codicem Vossianum consentire constat; nec tamen ideo ad Ademarum ipsum eam referre cogimur.*

Num plura excerpserit ex Aldhelmi tractatu librarius quam quae in codice Ademari habemus, nescitur licetque conicere eis illum se continuisse propter ipsam argumenti gravitatem; sed inscriptio ipsa: Inciṗ. de metrica arte, *cum tamen nil nisi de numero septenario excerpta sequantur, eam afferre videtur coniecturam, ut etiam cetera pariter in usum suum convertisse cum censeamus nec omnia in codicem suum recepisse Ademarum. Accedit aliud. Apud Willelmum enim Malmesburiensem (Gesta pontif. V § 190 p. 335 H.) legitur:* Ista enim sunt eius (Aldhelmi) verba in calce libri, quem fecit de scematibus. Haec, inquit, de metrorum generibus et scematibus pro vilitate ingenii mei habes, multum laboriose, nescio si fructuose, collecta, quamvis mihi conscius sim illud Virgilianum me posse iactare:

Primus ego patriam mecum, modo vita supersit,
Aonio rediens deducam vertice Musas.

Talia non leguntur apud Aldhelmum, qui versus Vergilianos contextu longe alio sub finem tractatus p. 202, 15 sq. laudat fallitque Hamilton lectorem ad 'librum de Septenario etc. Migne Patrologiam LXXXIX p. 255' — sic errato typographico legitur pro 235 — eum relegans, qui locus praeter versus Vergilianos nil commune habet cum Willelmo, nec eo loco, quo de scematibus egit (p. 84—92), quicquam talc habet, quale Willelmus affert. Coniecit Boenhoffius (Aldhelm von Malmesbury, Dresden 1894 p. 97) sumpta haec esse e tractatu de scematibus, qui perierit; non credo Aldhelmum bis idem in re non eadem dixisse eisdem versibus Vergilianis allatis nec concordat hoc cum eis, quae in tractatu ipso leguntur p. 76 et 202, quibus locis haec prima esse, quae scripserit, neque ullum in eis ante ipsum elaborasse profitetur. At Willelmo ignota omnino est altera Aldhelmiani trac-

tatus metrici pars (sola aenigmata et capitula partis prioris p. 344 H. affert), in qua genuina legebantur: fieri igitur potuit, ut haec ex epitome partis prioris desumpta afferret non adhibito codice ipso non dubitans, quin essent vera. Haec si recte sint disputata, Willelmi locus ad ea, quae in fine legebantur epitomes, cuius prior tantum pars extet, pertinere sit putandus; at tamen tenendum est, plane aliam eorum, quae Willelmus laudat, esse naturam atque eorum, quae habet Vossianus. Nam cum haec Aldhelmianis ipsis ad verbum respondeant, cum Willelmi loco Aldhelmianum nihil concordat. Nec tamen potest negari non supra locum de scematibus continuasse opusculum suum epitomatorem eumque suis verbis concludere potuisse laborem suum additis eis Vergili versibus, quos in genuini operis fine ab Aldhelmo invenit laudatos.

Praeter Vossianum nullus alius codex tradidit epitomen.

DOMINO GLORIFICANDO REGI OSWALDO ALTHELMVS SALVTEM.

p. 61 Confido, reverentissime fili, pepigisse nos pignus foederis ante bis denos annos. Nam tempore pubertatis nostrae, cum ornaretur sub manu pontificali vestra indoles, memini te vocabulum dignitatis
p. 62, 4 adoptivae sortitum, quem fructum sermo propheticus explanans designavit virgultum tipo Dei genitricis de radice Iesse pullulare septeno sapientiae intellectu. Isdem namque septiformis numerus miraculis adstipulatur, cuius misterium revolvens de scripturarum amoenitate quasi quosdam flosculos pratorum coacervans ad unius texturam coronae congerere nitar.

p. 62, 18 Hic, inquam, numerus ab ipso mundi primordio sacer oriundus extat. Nam non solum universitas creaturae septenario ebdomadum curriculo patrata est[a], verum perennis requies non nisi septeno temporis
p. 63, 7 incremento. Eiusdem supputationis sacramentum patuit in cataclismo, dum de mundo septena et septena
p. 63, 15 bicameratam[b] legantur arcam ingressa; septenaria[c] Iob prosapia et septena[d] lanigerarum pecudum summa in principio libri, qui dactilo et spondeo scanditur apud hebreos; rursus in calce idem bidentium numerus ad remunerandam pacientiae palmam. Denique Isaias .VII. matronas sub tipo .VII. ecclesiarum adprehendisse xp̃m celestium et terrestrium reconciliatorem, Heliae autem conquerenti dictum: *Reliqui mihi VII milia*[e] *virorum*; qui dum subolem Sunamitis septies artus artubus membraque membris copulans suscitaverat, redemptorem signat genus humanum septiformi spiritu a labe peccati vivificantem. Sed et Machabeorum pignora, qui suillum contempserunt edulium, non inmerito septiformem ecclesiae speciem praefigurasse noscuntur. Quid? etiam proverbialis aula nonne septenis columnarum fulcimentis innixa sustentatur? Cortinae quoque tabernaculi nonne quadruplicato septeno calculo hoc est .XXVIII. cu-
p. 64, 22 sqq. bitis in longum protenduntur? Quod autem nonnumquam paracliti gratiam praefiguraverit, interdum vero priscae legis imaginem praetulerit, sacra auctoritate docemur, ut est: *Da partem his, qui septem sunt!* Sed et idem tabernaculum Eleazar de sanguine buculae aspersisse legitur. Gloriosissimus etiam regum
p. 65, 3 sqq. sollemnem delubri festivitatem .VII. diebus catervatim celebrasse describitur. Nam sacer dominici
p. 65, 15 sqq. pectoris accubitor Smirnae, Pergamo ac Filadelfiae et ceteris per Asiam ecclesiis septupla serie scrip-
ibid. 18 sqq. sisse perhibetur. In eodem nihilominus apocalipseos oromate septena voluminis signacula cernere promeruit, quae solus leo de tribu Iuda aperire nativitatis et passionis praerogativa potuit. Etenim
p. 66, 3 sq. nisi quis eum solvisse crediderit, obtunsis optutibus velut epilenticus aut scotomaticus opaca prophe-
ibid. 6 tarum contemplabitur. Idem etiam ectasi .VII. aurea candelabra et totidem sidera in dextera habentis contemplabitur[f]; illud quoque exodi candelabrum a praedicto numero minime discordare sentio. Fundamenta
p. 66, 21 sqq. quoque civitatis Dei .VII. epistularum canonicarum rivulis sunt irrigata. Nam summus auctor .VII. frag-
p. 67, 7 minibus panum crescentibus .IV. milia[g] virorum satiasse legitur, .VII. quoque cistellas reliquiis replevisse.
p. 67, 14 Nec non et illa iubeleorum festivitas septenis annorum ebdomadibus celebrata non nescitur. Porro pen-
ibid. 19 tecostes[h] solemnitas reciproca .VII. ebdomadarum vicissitudine nonne huiusmodi laterculum adstipulari
p. 67, 23 dinoscitur? LXX quoque linguarum loquelae deciesque septena progenies bellicosi Gedeonis a tiranno
p. 68, 11 Abimelec prostrata, cui ramnorum surculus sub tipo antixp̃i assimulabatur. Caelesti etiam claviclario sciscitanti, quoties vincula delinquentibus enodanda forent, redemptor noster respondit: '*Non solum usque septies sed usque septuagies septies*' id est quinquagies novem et quinquies octoni, quae in unum redacta

---

L = codex Vossianus 8° 15 : XII (fol. 153ᵛ—154ᵛ) saec. X/XI. Post aenigmata in L haec leguntur: EXPL̃ ENIGMATA DE VARIIS REB; | Aldelmi ep̃i. Inciṕ de metrica arte. Dn̄o glorificando regi osualdo *e. q. s.*

a) sunt *L* (narrantur *KP*¹) b) de mundis *Aldh.*, bicameratum *L; om.* et tricameratam *ut P*¹ c) *hic et infra post* Isaias *excerptor verbum* (est; fertur) *omisit* d) septem *L* e) VII *L* f) *sic L; obiectum omisit excerptor* g) IIII *L* h) pentecosten *L*

quadringenti nonaginta calculantur. Undecies quoque septenaria propago ab ortu mundi usque ad[a] caelestis puerperii cunabula concatenationem accipit, quam Antiochensis medicus a prole Dei inchoans decursis .LXXVII. laterculis generationum protoplastum terminum posuit, quod praefigurabatur relatione historica: *Septies vindicabitur de Cain, de Lamec uero LXXes VIIes.* Quid, inquam, ille nepos p. 69, 5
Abrahae nonne septies iteratis incurvationum vicibus cernulus inclinabatur? Illustris autem[b] vir p. 69, 11
desideriorum .LXX. ebdomadibus usque ad cunas bethleemitici ducis porrectis declarat xp̄i adventum hoc est evolutis .XCVIII. lustrorum circulis, quod est a XXo anno Artarxerxis, regis Persarum, decuplato videlicet Septenario, tunc existente olimpiade LXXX[a]IV[a] usque in annum .XV. Tiberii solares supputantur anni .CCCCLXXV. id est iuxta lunarem calculationem .CCCCXC. adiectis quadrantibus et
embolismorum incrementis. Sirorum quoque princeps nonne septenis vicibus formam regenerantis p. 69, 24
gratiae alveo Iordanis declaravit? Nunc .VII. sacerdotum salpicibus iubeleorum clangor dirutam p. 70, 11
urbem evertit, quae figura iuxta anagogen peractis .VII. saeculorum voluminibus ruiturum mundi terminum manifestat. Ornamenta quippe ecclesiae septenis officiorum gradibus continentur, quae a primo ordine destincta per exorcistas et acolitos[c] incrementa virtutum capiunt et usque ad
summi pontificatus gubernacula ac sacerdotum infulas pedetemptim pertingunt[d]. Idciro praxapostolicon[e] totidem viros diaconatus officio functos ecclesiae primitivae dispensatores probat. Nam
duplex Nilotici rex somniorum[f] praesagia portendens septenas spicarum glumulas cum totidem buculis p. 71, 8
contemplatus praedicto numero minime refragare[g] deprehenditur. Altera quoque testamenti tabula .VII. ibid. 11
praeceptorum tenere[h] scripta legebatur et orationis dominicae intercessio .VII. sententiarum serie
contexitur, siquidem diurna et nocturna horarum intervalla — fiscale tributum officium[i] — septena sinaxeos intercapedine revoluta rotantur. Et alibi psalmistae oraculo eloquia domini argento, quod septuplo expiatur, coaptari noscuntur. Saeculares quoque disciplinae totidem partibus calculari cernuntur: ibid. 22
arithmetica scilicet, geometrica, musica, astronomia, astrologia, mechanica[k], medicina. Sed universa
temporum vicissitudo nonne binis et quinquies denis ebdomadarum voluminibus iugiter rotatur? Nec p. 72, 1
ipsa superna creatura huiuscemodi supputationis laterculo carere cognoscitur, dum visibilis mundi factura septenis orbibus caelorum sperae impetu praeceps vergentibus circumvallata cingitur. Porro
lunaris rotunditas septenis variatur figuris hoc est bicornea et sectili ac reliquis, quae septiformem ecclesiae speciem designare patrum statuta sanxerunt. Nec praetereunda reor Pliadis vel Arcturi sidera; p. 72, 10
nam Arcturus, ⟨qui⟩[l] boreo aquilonis poli cardine volvitur, qua Scithia regna horrendum incolunt
barbariem, septiformi temonis[m] et plaustri sidere designatur, et qui numquam occasurus semper brumali G. 226, 1
circio copulatur, propter vicinitatem axis non inmerito priscae legis austeritatem praefigurat. Quid
referam Athlantidas[n] vel Pliadas seu Vergilias sive botrum septena⟨riam⟩[o] carismatum distributionem
praefigurare? Astrorum quoque situs, quae dicuntur Hiadae vel Suculae, ante frontem Tauri locatus p. 73, 1
septiformis esse monstratur, unde mathematici[p] fatum fortunam vel genesim[q] aut suprema Parcarum ibid. 6
fila dicunt. Nec non et planetarum dispar volubilitas septenis stellarum curriculis rotatur. Sed et ibid. 10
latibula noctis .VII. partibus dirimuntur, hoc est conticinio, intempesto, crepusculo et ceterra. Fidiculam ibid. 15
quoque modulatione armoniae resultantem .VII. constare fidibus regula declarat Virgilii: *.VII. discrimina vocum.* Sed mihi, ut poeta refert, *ante diem clauso componet vesper olimpo, quam possim decerpere* ibid. 19
tota, quae numeris[r] *.VII. monstrent*[s] *exempla sacratis.* Sed forte quilibet percunctetur, cur hic cal- p. 74, 5
culus saepius a me replicetur: recolat argumentum ⟨me⟩ sumpsisse, unde postmodum fragilis et gra- ibid. 11
cilis ingenii frutices et nutabunda verborum vimina patulis defusa ramusculis succreverunt[t].

---

[a]) usque a *L* [b]) aū *L* [c]) acolitos o *supra* a *L* [d]) ꝑgunt *s. l.* in *L* [e]) praxapticon *L* [f]) rex somniorum *L*: *propter* contemplatus *nil mutandum* [g]) *sic L* [h]) tenere *L* = P^1, tenore *cett.* [i]) *haec plane temere excerpta videntur* [k]) mechanitia *L* [l]) qui *om. L* [m]) demonis *L* [n]) athlandas *s. l.* ti *L* [o]) septena *L* [p]) matematici, ı᷑ *supra* t *L* [q]) gne/sim *L* [r]) q *s. l.* oꝛ᷑ numerus *s. l.* oꝛ᷑ *L* [s]) montrent *L* [t]) sacrm̄tis *L* [u]) *finis et excerpti et paginae; nulla subscriptio est addita.*

ALDHELMVS

DE VIRGINITATE.

I.

PROSA.

PRAEFATIO.

Ad prosam Aldhelmi recensendam primo loco adhibui codicem Wirceburgensem (A) = M. th. f. 21 (olim bibliothecae Cathedralis 82). Hunc scriptum esse saeculo nono medio ipsa, quae fol. 1a in margine superiore legitur, inscriptio partim paene evanida docet: Quicunq; legerit hunc librum . . . Gozbaldo ep̃ . . . *cf. E. Steinmeyer, Althochd. Glossen IV 666 n. 644; altera manus infra scripsit* Berner. *In priore lacuna scriptum fuisse E. Duemmler (Zeitschr. für Deutsches Alterthum XIV (N. F. II) 190) secutus, ut videtur, Oeggium Korographia I 510, dicit:* agat gratias*; ego dispicere mihi videor* de . . . . . pro, *quae supplenda ita putem* de uirginitate, oret pro Gozbaldo*; ultima autem verba fuisse non, ut Duemmler legit,* qui iussit hunc librum scribere, *sed ut legit Steinmeyer* qui iussit eum fieri *ipsae litterarum umbrae indicant. De Gozbaldi autem nomine nulla potest esse dubitatio. Obtinuit is episcopatum Wirceburgensem inde ab anno 842 (cf. E. Duemmler, Ostfraenk. Reich I 178) usque ad annum 855. Exaratus est codex (cf. L. Traube, Regula St. Benedicti p. 63), ut etiam alii codices pro Gozbaldo scripti (e. g. Palaeogr. Society II 67. 68, cf. etiam Catalogum codicum manusc. Bodl. II, 1 (Laudiani) n. 120* Gozbaldus iussit me, *n. 124* Gozbaldus sancto me donauit Kiliano ut Dominum pro se cum devoto roget ore, *n. 135* Gozbaldus iussit ut scriberer*) scriptura Carolingica a manibus inter se satis distantibus; sed leguntur non solum in correcturis, sed etiam semel in textu continuo (fol. 42b) in fine capituli LI inde a verbis* riparum marginibus *usque ad* sidera scandunt *litterae insulares; quod notatu dignum est, non solum ideo, quoniam inde correcturas illas eodem tempore quo textum scriptas esse apparet, sed etiam quod sic testimonium exstat, non semel prius scribendi genus, quod Wirceburgi usurpatum erat, esse abolitum et in primo auctore Anglosaxonico transcribendo etiam popularium studium esse versatum: quippe colonia monachorum insularium etiamtum Wirceburgi degebat (cf. S. Hellmann, Sedulius Scottus p. 187). Nec desunt indicia, quibus coniectura superstrui possit de origine eius, quo usi sint Wirceburgenses, archetypi. Constat enim satis artam inter illos et Fuldenses intercessisse consuetudinem (cf. L. Traube l. l.), necnon constat Lullum e Britannia Aldhelmi opera ut sibi mitterentur orasse: scribit enim M. G. Ep. Mer. I 338 ad 'fratrem Dealwinum iamdudum magistrum':* Similiter obsecro, ut mihi Aldhelmi episcopi aliqua opuscula seu prosarum seu metrorum seu rithmicorum dirigere digneris ad consolationem peregrinationis meae et ob memoriam ipsius beati antestitis. *Primum institutus est Lullus (cf. H. Hahn, Bonifaz und Lullus p. 239) Malmesburii; illic etiam Dealwinus, olim sodalis eius, litteras docuisse videtur: ex ipsius igitur Aldhelmi coenobio primum opera eius ad Lullum in continentem et per hunc, si non ipsum — nam cum Sturmio non satis amice Lullus est conversatus — at tamen aliis intercedentibus Fuldam, inde Wirceburgum pervenisse potest conici. Fuldae etiam postea adservatos esse codices Aldhelmi (cf. Beihefte zum Centralblatt f. Bibliothekswesen*

XXVI 95. 101) nolo premere, quoniam de eorum aetate nil constat, sed certe e bibliotheca Malmesburiensi etiam ea manarunt, quae in celeberrimo codice Vindobonensi epistolari saec. IX ut videtur Fuldae exarato, inde Coloniam translato ex epistulis Aldhelmi sunt servata (cf. E. Duemmler Ep. Mer. I 221). Ut non firmissima haec esse indicia concedo, ita nil sane in eis inest, quod non sit verisimile; si vero fides eis est habenda, facile intelligitur, qui factum sit, ut hic codex Germanicus cum eis Anglicis consentiat, qui eiusdem classis testes cum illo priorem et sinceriorem textus formam servarint.

Codex, in tabulis saec. XV ligatus, scriptus in forma quarta q. d. (27 × 18, 5 ctm.) duos quaterniones (8ᵇ: I; 9ᵃ: II) quatuor biniones (17ᵃ: III; 21ᵃ: IIII; 28ᵇ: V; 32ᵇ: VI) duos quaterniones (36ᵃ: q; *alter non est signatus) unum unionem continet; singulae paginae lineas vicenas septenas, octonas, quinas, senas, ternas stilo ductas habent scriptura subfusca; titulum prima manus non scripsit, posterior supra paginam primam addidit:* Aldehelmus ad uirgines sacras · xvij. *In altera folii primi pagina leguntur versus Prudentii peristeph. 3 (Eulalia) 1—105, quos post textum Aldhelmi (50ᵃ) excipiunt versus 106—128 (*simulacra dehinc*); 50ᵇ vestigia litterarum cernuntur, quae ut plurima eorum, quae fol. 1ᵃ exstant, plane sunt detersa, ita ut diu textura caruisse codicem appareat. Neque capitulorum indicem habet neque numerat aut discernit capitula singula aliter quam simplici littera maiuscula. Ex codice hoc, qui ad Aldhelmi textum recensendum nondum adhibitus est, glossas Germanicas primum descripsit I. G. ab Eckhart in Commentariis de rebus Franciae Orientalis II 981, deinde E. Duemmler l. l. et E. Steinmeyer, Althochdeutsche Glossen II 11.*

Ex codice Wirceburgensi descriptus est, ut vix potuerit describi religiosius et stupidius, codex Guelferbytanus (G) = Helmstedtiensis 365 saec. X, de quo conferendi sunt O. v. Heinemann, Die Handschriften der Herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel I 1, 294 et E. Steinmeyer, Alth. Gl. IV 662 n. 632.

Continet nunc 1. Aldhelmi prosam de uirginitate *fol. 1—43. 2.* Concilium Aquisgranense *44—63ᵃ (63ᵇ legitur* epistola Bardonis *(episc. 1031—1051)* ad conuentum S. Albani *(*Moguntinensis*); cum 1—43 et 44—63ᵃ a manu aequali seu ut mihi videtur eadem scripta sint saeculo X, haec epistola manu s. XI addita est). 3. post folium insertum (= Evang. Matthaei XXVII)* Isidori sententias *ab initio et in fine mutilas. Cum 1 et 2 sive primitus sive mature in unius codicis corpus colligata fuisse (nam non unius codicis ab initio fuisse partes et pagina antica folii extremi dimidia et insequens tota vacuae et dispar linearum numerus — 31 et 28 — demonstrant) inscriptio saeculi XIII fol. 1ᵃ (*OPVS ALTHELMI DE laude uirginitatis scorū | uiroꝝ & quædam instituta conciliorum*) doceat, tertia pars manu plane alia (bis Stephani librarii nomen invenitur) exarata non inde ab initio cum illis coniuncta fuit; sed cum codex in possessionem* Flacii Illyrici, *cuius manus argumentum totius codicis in folio primo inscripsit, pervenisset, codex iam omnia, quae nunc in ligatura saeculi XVII comprehenduntur, continebat. Si inde, quod epistola Bardonis in ea exstat, coniecturam facere liceat, ex monasterio S. Albani Moguntinensi, ut codicem carminis de virginitate Vindobonensem — uterque igitur ad centuriatorum studia esset referendus — eum oriundum esse suspicor. In dextro folii primi angulo legitur* N̊₅ 2̂1. *Codici ipsi nunc folium, in quo Augustini lectiones leguntur, praefixum est.*

Pars Aldhelmiani textus — complet quinque quaterniones et binionem unum — nitidissime scripta duas correctorum manus plane diversas experta est: altera est librarii ipsius eademque glossas et latinas et germanicas suprascripsit, altera saeculi XVI.

Priore correcturarum genere ipsa, quae intercedit inter Wirceburgensem et Guelferbytanum necessitudo, clarissime illustratur. Unum affero exemplum, quod instar plurimorum sit. Cap. XI scripsit A: buccis ambroni////bus *(in ras. fuit* bu*)* et labris lurconibus, *in margine ad* ambronibus *adnotatum est alia manu et alio atramento* auidis, *ad*

ambronibus *item in margine* uoracibus*; librarius Guelferbytani locum ita descripsit, ut correcturam in* ambronibus *recte reciperet, sed cetera sic exararet* bucis auidis ambronibus & labris uoracibus lurconibus*; deinde intellecto errore totum locum erasit, sola textus verba in rasura collocavit glossis supra scriptis, ita ut et ante verba Aldhelmi et post ea spatium satis amplum relinqueretur:* /////// ambronibus (auidis) /////// & labris (uoracibus) /////// lurconibus. *Hac ratione factum est, ut plurimae rasurae in codice exstent, in quibus prima manus textum genuinum cum glossa suprascripta posuit, cum antea in textu continuo una cum lectione genuina etiam glossemata legerentur.*

Nec tamen ubique glossemata sic inlata advertit librarius: veluti c. VI s. f. uirgulti *ad* defruti *in Wirceburgensis margine adscriptum in Guelferbytani textu insertum est, item c. X* tyrocinio initium militiae *(sic!) legitur et* cymbae conpagibus nauicula*, c. XVII* rubro coloris bleiha stibio*, c. XXXVI* replentur farciuntur*, cum in A* replentur *supra* farciuntur *scriptum sit: quid, quod glossam et in textu et supra lineam habet c. XXVI* fallaces. Pellaces *suprascr.* fallaces*, cum in A* fallaces *supra* pellaces *legatur. Sed etiam in aliis propter Wirceburgensis scripturam peccatum est: veluti c. XIX scripsit* discertis *(*discr̃etis *A), c. XXX* nam quoque *(*nā *(=* nostra*)* quoque *A), c. LII* quandorum tante *(*quando | ro tante *sed* ro *per ligaturam A), c. LIII* reptos *(*repertos*, sed* per *breviatione insulari A). His autem erroribus ut indoles librarii detegitur, ita certissimum nacti sumus argumentum, quo editionem principem ex hoc codice fluxisse demonstretur; nam quae supra attuli, ea omnia in illius textu leguntur; de eis, quae saeculo XVI in codice correxisse sibi visus est librarius, infra dicendum erit.*

*Ex Wirceburgensi in Guelferbytanum etiam ea translata sunt, quae post textus Aldhelmiani finem (*ΔΧϵΝ*) continuo in eo leguntur ex Prudentio, cum tamen prior eius carminis pars sit omissa; nec mirum, quod etiam hic librarius in modum ridicule servilem rem gessit: cum in A scriptum sit in textu Prudentiano v. 120* meres*, suprascr.* cin*, ita ut* in *simile sit* m*, in G legitur* Ωecineres. *Post* simulacra dehinc *legitur in G* AϺeN*, infra quod alia manus denuo scripsit* ȣmen uuolfganc.

Artissime vero cum ipso fonte Wirceburgensis coniuncta sunt fragmenta, quae Francisci Ienkinsonis industria bibliothecae suae comparavit, Cantabrigiensia (A^1*), quae quod tam exigua et exilia sunt, vehementer dolendum est. Sunt reliquiae codicis saeculo VIII/IX duabus columnis — ex omnibus prosae qui exstant codicibus veteribus hic solus (cod. Cantabrigiensis Gaius College n. 68 est saeculi XIV) ita scriptus erat — fortasse in Germania scriptura insulari accurate exarati. Unum complent folium (29 × 21 ctm.) et dimidium lineas viceuas senas continentia; scriptura columnarum 23 centimetros alta, 8,5 centimetros lata est; quatuor foliorum singulorum columnae unam fere Gilesianae editionis paginam aequabant. Olim textura libri fuerunt et viridi colore partes exteriores ita sunt oblitae, ut legi fere nihil possit. Continent autem huius vetustissimi omnium codicis fragmenta fol. 1*^{r} *col. 1* sul]phuris — xp̃i = *48, 21—31 G., col. 2* macta — genuinis = *48, 31—49, 4 G.; 1*^{v} *col. 1 (ca)r*pentur *(sic)* — cum x lepro | = *49, 4—15 G., col. 2* | siquos — squalentis ceni = *49, 15—25 G.; 2*^{r} *col. 1* Expletis igitur — ex uirginis = *53, 33—54, 5 G., col. 2 (solae primae quaternae vel quinae huius columnae intercisae litterae sunt servatae)* [asuo*?*] — [pudi]citiae . . . = *54, 5—13 G.; 2*^{v} *col. 1* docum]enta — sus]cipere = *54, 14—23 G., col. 2* meruit — concentus cum In | = *54, 24—34 G. Neque numeris neque titulis capita sunt distincta; initiales nigrae rubris punctis ternis sunt circumdatae et intus coloratae. Ut autem iam hic, quod posui, arta necessitudine haec fragmenta attingere Wirceburgensem comprobem, affero haecce: legitur in A*^{1} *48, 23 G.* abolisci = *A, 25* spere = *A, 31* anthletis = *A, 36* sine fumigabundis = *A, 49, 2* conexos cruen|tus = *A, 5 (ca)rpentur = A, 7* biluarum = *A; quod autem 54, 25/26 omisit* fauorabilis extiti et post caelestis puerperii praeconium uirgo*, hoc librarii ipsius incuria*

propter verbum fere idem (fauorabilis — fauorabilior) *aberrantis factum esse facile intelligitur.*

Necnon ad eam, quam Wirceburgensis exhibet, textus formam referendum est fragmentum Oxoniense = Ms. lat. th. f. 4 cf. F. Madan, Summary catal. of Western Mss. Bodl. libr. n. 30. 951. Est folium unum (15 × 12 ctm.) viginti duas lineas habens, atramento fusco scriptum saeculo X, scriptura characteris insularis, quae tamen formas vulgares et insulares iuxta habet. Capitula distinxit initialibus ante schema positis, sententias interpunxit per · — ·, — ·,,. Continet c. XXXI ludificare *(= 36, 33 G.) usque ad cap. XXXII* lampadibus ecclesiae *(= 37, 28 G.).*

Aetate fere par Wirceburgensi, sed in Anglia scriptus saeculi noni parte priore (sic recte A. Napier, Old Engl. Glosses p. XVI n. 11; octavo saeculo codicem adscripsit H. Schenkl, Bibl. patr. Lat. Brit. n. 1727 = Sitzungsb. der Wiener Acad. phil.-hist. Cl. CXXVII, 9 p. 17) est codex Phillipicus (P) nunc Cheltenhamii adservatus n. 8071 = foll. 26 in 4°; cum duo eiusdem codicis folia a librorum duorum tecturis soluta in bibliothecam Cantabrigiensem — haec quoque per Fr. Ienkinsonium — venerint (= Add. 3330), nunc codicis pretiosissimi, sed misere dilacerati folia omnino duodetriginta exstant, quae partem opusculi fere quartam continent. Ne ea quidem, quae bibliotheca Phillipica possidet, una in eam sunt inlata; primo solum folium 22 Thomam Phillipsium emisse indicant, quae ipse in margine folii 22ᵛ superiore scripsit: Preserved from the cover of a book by . . Singer Librarian to the Royal Institution & by him presented to Sir Thos. Phillips. Bart. 1827, *cum in eiusdem folii margine inferiore legantur haec:* This leaf only was given me by Mr. Singer; the others bought at Hebers Sale 1836*; catalogus autem bibliothecae Heberianae, quae venibat 1836, ipse quoque Cheltenhamii adservatus, docet* Aldhelmum de laudibus uirginitatis, fragmentum continens XXV folia, codicem membranaceum sec. VIII aut IX charactere Saxonico, most curious *(= n. 32) emptum esse* 20 £ 9 sh. 6 d. *Unde Richardus Heberus folia illa acquisiverit, non iam potest explorari; mature autem folia codicis integri ad bibliopegorum operam esse dissoluta constat.*

Folia (c. 19 × 15 ctm.; posteriora folia concisa sunt ad 13 × 10, 4 ctm.) scripserunt manus duae insulares, altera minoribus litteris usa a folio decimo incipiens; etiam linearum numerus differt; nam priora lineas undeviginti habent (inveniuntur tamen etiam 18. 20. 21. 22), posteriora viginti duas. Litterae intra duas lineas stilo ductas sunt positae, initiales sunt coloratae et punctis plerumque rubris circumdatae; capitula maioribus litteris indicantur, sed neque titulos habent nec numeros. Anglicae glossae, de quibus A. Napier l. c. p. XVII conferendus est, a duabus manibus saeculo XI sunt adscriptae; verba saepe continuo scribuntur, saepe punctis separantur; sententiae per puncta et virgulas semel posita vel saepius repetita dividuntur. Continent autem folia Phillipica partes prosae hasce: 1) 1. 2: unus tamen — cum diceret., *= 2, 19—3, 22 G. — 3. 4. 5:* rite rimando — propi(naret..)) *= 4, 34—7, 4 G. — 2) 6:* ut est illud — splendor *= 7, 33—8, 26 G. — 7. 9 (folia 8. 9 inverso ordine in Phillipico sunt ligata):* suppraema — conponat *= 12, 12—13, 24 G. — (Cantabrig. fol. 1:* humilitatis — manifesta(tur) *= 16, 8—32 G.) — 8:* uocibus quod — collum *= 16, 32—17, 17 G. — 3) 10—15:* pudicitiae — spectatoribus *= 17, 19—23, 17 G. — 16. 17:* conplanans — quinquies quadra | *= 24, 17—26, 17 G. — 18. 19:* muros — pollebat *= 29, 13—31, 11 G. — 20:* demum — fanaticae *= 34, 37—35, 35 G. — 4) 22:* sera penitentia — imperii sceptra *38, 28—39, 26 G. — (Cantabrig. fol. 2:* sponsalia erogantur — uincere ualuerunt *= 56, 13—57, 11 G.) — 21:* exsoluit — uirginitatis *= 60, 31—61, 25 G. — 23. 24:* ad eundem teophilum — post pauca *= 63, 16—65, 19 G. — 25. 26:* Quarum — cruenta|ta *= 66, 6—67, 35 G. — De notis Anglicis, quae Canticam prae se ferre dicuntur dialectum, videndus est A. Napier p. XXXII.; haec ipsa autem res, quod Cantica in libro reperiuntur vestigia, haud scio an originem indicet Cantuariensem.*

Quarto loco affero codicem Bruxellensem 1650 saec. X (B; 56 folia in 4°; 26,5 × 21,5 ctm.), de quo conferendus est I. van den Gheyn, Catalogue des manuscrits de la bibl. Royale de Belg. II 410 n. 1520 et K. Schiebelius, Die Sprache der Altengl. Glossen zu Aldhelms Schrift 'De laude virginitatis'. Halle a. S. 1907 p. VII. Liber elegantissime minusculis Carolingicis in lineis vicenis binis stilo ductis exaratus primorum capitulorum versus primos maiusculis rusticis habet scriptos; insequentibus capitulis breves titulos maiusculis conceptos addit librarius, quorum qui in fine libri leguntur, cum textu tabulae ipsius capitulorum concordant; numeri capitulorum, quos in margine plerumque adscripsit manus posterior, cum illa non conveniunt. Satis celeber liber est propter glossas Anglicas, de quibus legendus A. Napier p. XXIII adnot. I, ubi ceteri quoque viri docti hoc codice usi nominantur; hae pluribus manibus non aequalibus (cf. van den Gheyn l. l.) inter linearum spatia sunt scriptae; etiam latinas habet, quarum partem prima ipsa manus apposuit cf. Zeitschr. f. Deutsch. Altert. IX 402 sqq. Confusio quaternionum, quam manus saec. XVI fol. 8^b, 16^b, 32^b indicavit, nunc emendata est, cum codex denuo corio est ligatus.

Codicem oriundum esse e Britannia ut glossae Anglicae, ita notae grammaticales docent, quae plerumque falso pro neumis, quibus vel cantus vel recitatio dirigeretur, (cf. Schubiger, Sängerschule von St. Gallen p. 6) habitae ad vocabula longius inter se distantia coniungenda et ad ea, quae grammatica constructione conectuntur, indicanda saeculo X/XI textui fere sunt appositae; scite de notis hisce, quarum de natura et ratione omnis eo tollitur dubitatio, quod pedestris oratio eas exhibet, iamdudum iudicavit Ildefonsus de Arx in indice cod. Sangallensi 242 inserto, fusius de eisdem disseruit Hauthal, Ueber den codex Heinsianus des Horaz, Bonn 1847 p. 2. 32 sqq. cf. etiam L. Traube, Neues Archiv XXIX 566, R. Kauer, Wiener Stud. 1904, 227, Progr. Gothanum 1904, 5 adn. 1. Notae autem tales in multis codicibus Aldhelmianis maximeque in eis, qui in Britannia scripti sunt, inveniuntur: velut occurrunt in codice prosae Bodleiano 146, in Cantabrigiensi Coll. Corp. Christi, in codice Sarisberiensi, in codicibus Musei Britannici R^2, R^3, R^4, R^5; itemque in codicibus carminis e. g. in Bodleianis 49. 577, Rawlinsoniano C 697, Cantabrigiensi Collegii Corp. Chr. 285. Nec tamen mos iste in Britannia se continuit, sed etiam nonnulli codices in continenti scripti, praesertim Sangallenses, secundum illorum, ut videtur, exemplum, saeculo X eis, partim ab initio, partim a correctoribus, sunt instructi ut Parisinus 2339 (Lemovicensis), Parisinus 16700, Sangallensis 242, Turicensis (olim Sangall.) C 59 (carmen de virg.), Sangallensis 869 (de aris). Docent autem hae notae non minus quam ipsae glossae Latinae, Germanicae, Anglicae, quam diligenter in monasteriorum scholis lectitatus et in usu scholastico usurpatus sit Aldhelmus. Unum Bruxellensis locum signis grammaticalibus instructum exempli gratia appono, qui legitur fol. 24^a = c. XXX In quibus opulenta . . lucra et copiosa animarum emolumenta! *(hoc signo commata discernuntur)* p̃ouenerunt! quę dominicę gnarus cultor uineę . uelud maturescentes . . . . . adũexit . ut̃ . . . . inferr̃et . quatenus . . conũiuia . . . . . muneribus allatis grat̃ulabunda . . . . glo̊rificaretur.

Primus codicem possedisse videtur I. I. Baleus, qui in folio praefixo altero nonnullis de vita Aldhelmi allatis supposuit nomen suum; deinde ad Abrahamum Ortelium († 1598) pervenisse declarat codicis Bruxellensis 4164 ex hoc codice saec. XVII descripti librarius, qui dicit se usum esse exemplari Msto, quod olim Abrahami Ortelii *fuerit; tum bibliothecae Iesuitarum Antwerpiensium eum inlatum esse cognoscimus ex eis, quae leguntur in folio codicis ipsius 1^a* Collegii soc. Iesu Antwerp. D*(aniel)* P*(apebroch.); inde in Burgundicam bibliothecam translatus est. In folio priore praefixo Andreas Schottius († 1629) de opere ipso Aldhelmi et de codice agens scribit ingens esse operae pretium, editionem ex Orthodoxographis — i. e. editionem principem — in tomo tertio bibliothecae SS. Patrum repetitam cum hoc exemplari valde fideli et antiquo conferre, quod* ex Anglia

allatum flammisque iconomachorum ereptum esse *conicit: idque suo eum iure posuisse concedet, quicumque susceperit laborem istum.*

In fine codicis quaedam sunt addita ad Aldhelmum ipsum non pertinentia. Nam in margine folii 54^b legitur de Christo septem sacerdotii gradus repraesentante suosque monente, fol. 55^r glossae, quae infra[1] *adscribo, 55^v et 56^r exponitur de Salomonis (in marg. manus recens adscripsit* Eccl. *42 v. 14* Ergo Siracides non Salomon*) dicto:* melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier *et de praecepto:* calamum quassatum non conteret et linum fumigans non extinguet *(man. recens* Isaiae 43, v. 3*); pars fol. 56^r et folium 56^v sunt vacua.*

Codex Bruxellensis 4164—4166 (cf. I. van den Gheyn l. l.) ex hoc codice descriptus est saec. XVII: librarius librum Aldhelmi divisit in Prologum, Librum primum (De virginitate Sanctorum patrum), Librum secundum (De virginitate sanctarum faeminarum); sequuntur Glossulae in Aldhelmum et Canisii editio carminis adscriptis collationibus codicum Gandensis et Bertiniani.

Ei, quos hucusque enumeravi, codices omnes inter se eo coniuncti sunt, quod et soli liberi sunt ab ea interpolatione, quae ceteros initio capituli XXX obsedit, nec capitulorum per titulos numerosque divisionem nec capitulorum tabulam, quae in ceteris praeter Lambethanum et Herefordensem textui praemittitur, habent. Atque ut illorum recensio, si fides habenda est vestigiis supra exploratis, originem prae se fert Malmesburiensem, ita horum, quos nunc tractabo, fons haud scio an ab universa studiorum reformatione q. d., quae a Benedictinis monachis profecta est (cf. A. Brandl in H. Paul, Grundr. der germ. Philol. II, 1, 1098 sq.) maximeque a renovato Aldhelmi studio repetendus sit, quo St. Dunstanus, archiepiscopus Cantuariensis († 988; cf. Willelm. Malmesb. Gesta pont. Angl. V, 255 sqq.) memoriam Aldhelmi prosecutus est, quod etiamnunc aliquot Aldhelmi operum codices olim Cantuarienses probare videntur; nec dissentit hac cum opinione aetas codicis Regii 5, F. III, quem ego saeculo X scriptum esse puto.

*Atque ex his libris manuscriptis primum ei afferendi sunt, qui carent capitulatione. Quorum primum locum obtinet Lambethanus (**L**). Hic codex saeculo X pulcherrime in Anglia exaratus descriptus est a Toddio in A Catalogue of the archiepiscopal manuscripts in the library of Lambeth palace, London 1812 (praemisit hic imaginem folii 68^v), a S. W. Kerschawio in Art treasures of the Lambeth Library, London 1873, p. 29 sq., a C. Zangemeistero, Sitzungsber. der Wien. Akad. Philos. hist. Cl. 1876 p. 537, a M. Rh. James in The manuscripts at Lambeth Palace, Cambridge 1900 p. 8 sq. (apud hunc p. 29 ea sunt enumerata, quae praeter Aldhelmum in codice continentur), in Palaeografical Society, Nova Series I pl. 191, ubi fol. 94^v (=* spes pascebat inanis — ad fidem et contemptum *= 49, 6 — 50, 6 G.) phototypica imagine exhibetur.*

Complentur Aldhelmi opusculo folia codicis 66—112; olim separatim hunc scriptum esse codicem inde constat, quod folio demum 68^v incipit textus et folia 111^r et 112ro sunt vacua. Paginae (27, 4 × 19 ctm.) lineas habent tricenas binas. Neque capitulorum enumeratio in eo legitur neque capitula, quae inter se spatio vacuo, initiali insulari, prima-

1) Mesochorus . qui in medio choro stat. Pistis fides inde *(lineis deletum)* neophitus *(*i *in* y *m*^{2}*)* nouiter ueniens ad fidem. Canon . i . regula interpretatur. Ergum . gi . operatio unius diei inde ergastulum locus operationis . unde etiam carcer dicitur ergastulum per contrarium eo quod in eo operis quippiam non fiat. Avellanę *(*ę *m*^{2}*)* paruę nuces. Clitella . i . crates. Hic cantus . ti . summitas rote. Hic modiolus *(*i *suprascr.;* o *ex* u*)* . li . i . lignum in quo axis uoluitur. Et modiolus dicitur uas ex uitro fusum. Scutra sunt uasa ex uirgis contexta. Infrunitus . i . multum comedens uel uorax. Echo . i . imitatio uocis *(*imago uocis Horat. *adsc. m. s. XVI).* Explodo . i . excutio. Excutio *(corr.* ss*)* cum sono. Emporion . i . conuentus populorum. Etymologia . i . ueriloquium *(*um *s. XVI).* Economus *(*oeconom' *saec. XVI)* . i . dispensator. Obolus graece . latine sagitta. Inpostor . quasi hypochrita. Obtusior . i . crassior. Inremeabilis . quasi non rediens. Inremediabilis sine remedio. uel sine requie. Comminus . i . prope. Eminus . procul. Ruscus . sci . holen. — *G. Goetzius mihi scripsit haec sibi esse ignota.*

linea viridibus litteris exarata distinguuntur, aut numeros aut titulos habent. f. 68^b praefatio sola est scripta, incipiens a magna initiali R eleganter decorata, quam duae lineae excipiunt capitali scriptura conceptae; infra exstat pictura, de qua mox dicam. f. 69^a post initialem pulcherrime delineatam maiusculis viridi et rubro colore alternatim scriptis leguntur verba (J)AMDVDVM usque ad ALLATA, 69^b scriptura incipit communis. Complures correctorum manus apparent, quae mihi tamen videntur aequales textui; manifestissimum curae etiam ceteris in rebus observatae signum religiosa est interpunctio, qua commata(.), cola(!), periodi (⸗ vel ⸏) secernuntur; puncta grammatica liber utpote legentibus, non discentibus destinatus non habet. Initiales ipsae prae se ferunt consuetudinem anglosaxonicam litteras artificiosas mirabilibus beluarum capitibus foliisque decorantem.

Pertinuisse olim codicem (cf. James l. l.) ad abbatiam Sanctae Crucis Walthamiensem haud procul a monasterio Bercingensi sitam, cuius sanctimonialibus Aldhelmus librum suum dedicaverat, notatio, quae folio 66^b legitur, CXXX. al. ca *indicat separatimque eum illic esse adservatum id, quod fol. 67^a post titulum* Aldelmus de uirginitate *(s. XV)*[1] *scriptum est* doꝝ p̂ = dormitorii Prioris *(ut docuit me Warnerus v. d.), ac nescio an cum monasteriorum Bercingensis et Walthamiensis commercio aliquo modo cohaereat codicis splendor aut exemplar egregie scriptum referens aut eximiam curam officiose demonstrans. Adde, quod codex insignis est pictura dedicatoria inferiorem paginae, in qua praefatio scripta est, partem exornante. In qua delineatus est Aldhelmus sacerdotali habitu in solio, cuius spondae beluarum capitibus decoratae pulvinus impositus est, sedens et librum Hildelithae abbatissae cum benedictionis gestu porrigens, quem illa donatorem venerans accipit, stantibus post eam octo sanctimonialibus: nona, quam secundum prologum exspectes, omissa est; e quibus una librum tenet alterum. Qui picturam in Palaeografical Society l. l. describit, Aldhelmum exemplaria (*copies*) libri sui tradere illis interpretatur; aliter ego eam declaro. Puto pictorem de duobus de virginitate libris cogitasse, quorum alterum — prosam — iam acceperint sanctimoniales, alterum iam accipiant, ita ut aut non tam ad codicem prosae ornandum primitus factam esse picturam putandum sit quam ad codicem carminis, quod post prosam ad eas missum est — simili pictura, sed unum tantum librum exhibente instructus est codex Bodleianus 577 solum carmen continens — aut ad duos communiter libros i. e. prosam et carmen pertinere. Certe ad egregiam codicis Lambethani condicionem speciemque augendam etiam hoc ornamentum optime et valet et convenit.*

Codici autem huic utique debetur, quod textus prosae Aldhelmianae multo emendatior quam in prioribus editionibus legitur in ea, quae ab Henrico Whartone, qui primus eum commemoravit in Usserii Historia Dogmatica (London 1689) p. 356, anno MDCXCIII curata est, qui etsi de aetate codicis vehementer erravit, cum aequalem fere ipsi Aldhelmi opusculo esse credidit, tamen ita codice suo usus est, ut plurima tolleret menda, quibus usque ad ipsius operam illud erat inquinatum; sed cum in codice exscribendo se contineret maximeque interpunctionem eius sequeretur ab ea, qua textus iam edi solet, maxime abhorrentem, multa in eius editione legebantur, quae insequenti editori essent mutanda; attamen Gilesius, qui suam editionem in illa repetenda totam condidit, cum tandem exemplar Whartonianae ab amico commodatam accepisset, 'ne nimia correctione macularetur, ea tantum mutavit, quae ad sensum pertinebant, relictis multis, quae mos hodiernus non omnino approbat'.

*Capitulorum enumeratione caret etiam codex cathedralis Herefordensis P I, 17 (in 4^0 : 19 × 13 ctm.) pulchre scriptus c. a. 1200 (= **H**), de quo cf. H. Schenkl, Sitzungsber. der Wiener Akad. phil.-hist. Cl. CXXXIX (1898) p. 25 n. 4196 et A. Napier, OEG. p. XIV n. 3; fuit olim — ut docet inscriptio fol. 1 — ecclesiae Beatae Mariae Cirence-*

1) *In fol. 68^b legitur a manu s. XV* liber de conceptu uirginali *et a manu posteriore* Aldhelmus de uirginitate. Gul: Malmesburiensis sic appellat.

strensis. Duodevicenas lineas singulae paginae habent; capitula nec numeris nec titulis, sed initialibus maiusculis primo rubris caeruleisque, deinde rubris viridibusque sunt notata; linearum schemata non stilo, sed graphio atramento subfusco sunt ducta. Aldhelmi textus legitur fol. 1—103ª; sequuntur versus de Sancto Nicolao (scripti a manu posteriore, eadem, quae iuxta prosam adscripsit Aldelmus*), deinde* Forma uitae cuiuslibet Reclusae, *tum* Sancti Bernardi morlanensis de contemptu mundi uersifice composito. *Opusculo ipsi Aldhelmi post praefationem inscriptum est:* Orditur libellus de virginitate sacris virginibus editus, *cum supra prologum legatur lineis arcuatis inclusum* Incipit prologus.

Ex codice bonae notae accurate descriptus est; in capp. XXX et LV et in fine, ubi Amen *etiam in eo deest, consentit cum alterius classis codicibus ut Lambethano. Codicis Herefordensis collationem praesto fuisse Abrahamo Gronovio novam editionem paranti ex codice Leidensi 393 (= XXIII. Gronov. 5ª vol. I) apparet.*

Eorum, qui capitulorum tabulam cum textu prosae coniungunt, vetustissimus est codex Musei Britannici Regius 5 F. III (= R¹) scriptura insulari saeculo, ut equidem puto, decimo fere medio exaratus, cum A. Napier l. l. p. XVI n. 9 eum saeculi eius initio esse scriptum credat, C. Zangemeister (Sitzungsber. der Wiener Akad. LXXXIV (1876) p. 512 eum saeculo IX (vel octavo) adscripserit itemque is, qui descriptionem codicum Musei Britannici composuit (A. Kenyon), qui eum 'IX cent. in a Mercian hand' scriptum esse dicit. Habet folia quadraginta (24× 17 ctm), lineas vicenas quaternas stilo ductas. Ab initio et a fine mutilus est; nam in folio primo capitulatio praemissa incipit a capite XIII; in folio quadragesimo ultima haec leguntur tenerrima membra *= 62, 26 G. Index capituli XXXIX est omissus (cf. ad h. l.) et in textu inter fol. 23 et 24 ea omnia intercederunt, quae leguntur inter* Basilius pontifex *et* qua tempestate predictos *= 31, 13—41, 31 G. i. e. quaternio universus. In fol. 33ᵛ legitur* refertos æquiperat . , Et post caelesti puerperii, *suprasc.* ðt *(=* desunt*) i. e. omissa sunt* Expletis igitur — fauorabilis extitit *= 53, 33—54, 25 G.; haec tamen omnia, suprascripto* Explicit de masculini sexu : Incipit de feminini gradu, *ita exstant in folio insequenti = 34ʳᵛ, ut inferior paginae 34ᵛ pars vacua manserit; fol. 35ʳ pergitur* de agatha uirgine *= c XLI; similiter postea ea, quae f. 14ᵛ inter* contexere nitar ·· — En hieremias *(=20, 18 et 21, 6 G.) omissa sunt, postea 15ʳ (*helias vates — reddit spiritum: *= 20, 18—21, 5 G.) inseruntur. Capitulorum numeros non habet in textu, sed capitibus singulis inscriptiones colore metallico olim rubro nunc atro sunt additae; initia capitulorum maiusculis sunt decorata, quae simplicia belluarum capita exhibent; post praefationem legitur:* Incipit liber qui dicitur prosa aldhelmi episcopi. *f. 7ʳ manus saec. XII scripsit* Godwine mun æt tur gret ⁊ noc ceoh ge *(cf. etiam Napier l. l.), quae C. Wildhagen sic mihi interpretatur:* Godwinus monachus salutat *(vel* queritur*)* in turri *(vel* tangit turrim*); cetera, ut corrupta, incerta sunt. Glossae interlineares iam saec. X sunt adscriptae.*

Ubi confectus sit codex, nescitur; id unum constat, ex bibliotheca Iohannis Theyer, cuius manus aliquot in locis apparet, in bibliothecam Musei Britannici eum venisse; interpolatio capitis XXX ipso textu non potest demonstrari, quoniam is locus intercidit, sed propter capitulationis testimonium de ea videtur constare.

Sequitur codex Oxoniensis = Digby 146 (= O) scriptus saec. X (fol. 104, 24× 16 ctm, lineae stilo ductae undevicenae) minusculis vulgaribus, sed intermixtis et litteris et breviationibus Anglosaxonicis; monuit me H. Schenkelius similem sibi videri scripturam ei, quae cernitur in Boethio et Persio (= Bodleian. F. 1, 15) a Leofrico episcopo Exeteriensi ecclesiae St. Petri donatis (cf. Bibl. patr. n. 4341 = Sitzungsber. der Wien. Akad. 1898 p. 67). Notae grammaticae, quales supra p. 215 descripsi, et litterae supra positae aut verborum ordinem significantes aut ad interpretationes marginales lectorem revocantes et litterae Graecae pro signis usurpatae (ψϴϕϘψ; haec maxime in extrema libri parte inveniuntur) idem spectantes occurrunt; glossae Latinae duabus manibus saeculi XI

sunt inter lineas adscriptae itemque anglicae (cf. A. Napier p. XXVII): omnia haec ad scholasticum usum librum destinatum fuisse declarant. Continet Oxoniensis

*1. fol. 1—95^r Aldhelmi prosam de virginitate praemissa capitulorum tabula, quae tamen in singulari ternione a manu non eadem sed aequali ita est scripta, ut pars fol. 6^r et tota pagina insequens sint vacuae; fol. 7^r sine titulo (*libellus de uirginitate *saec. XV est additum) prosa ipsa incipit; capita singula numeris primaque linea maiusculis rusticis q. d. exarata significantur. Post praefationem initiali simpliciter, sed pulchre depicta incohatam legitur rubro metallico scriptum* Orditur libellus de uirginitate sacris uirginibus editus. *Extrema prosae vocabula (inde a* Valete — participes*) decrescente linearum longitudine artificiose per formam triangularem scripta serieque punctorum ac linearum inclusa sunt.*

2. fol. 95^v—100^r epistolam ad Ehfridum: hac codicis parte usus est iam Usserius.

3. fol. 101^c—104^r (100^v et 101^r sunt vacua) narrationem de morte Edwardi regis, quae saec. XII/XIII scripta postea est addita.

De libro conferendi sunt G. D. Macray, Catal. codd. mss. bibl. Bodleianae p. IX (Oxonii 1883) p. 143 et A. Napier, Old Engl. Gl. p. XIII n. 1. Fol. 1^r legitur codicem fuisse sexagesimum sextum Thomae Allenii; deinde venisse eum ad Kenelmum Digby indicat inscriptio haec: Vindica te tibi Kenelme Digby; *ab hoc donatus est bibliothecae Bodleianae. In parte paginae inferiore scriptum est* Liber monasterii Abendonie, quem Iohannes Clyss — *vixisse eum initio saeculi XVI docet Napier l. l.* — fecit ligari anno . . .: *insequentia abscissa sunt; nunc in textura antica et postica insignia sunt impressa Kenelmi Digbyi. Notandum est Abendoniae (= Abingdon prope Oxonium) magnopere favisse Aldhelmo St. Dunstanum et abbatem monasterii eius fuisse saeculo XI Faricium, qui primus vitam Aldhelmi descripsit: hic quem in alterius capitis de vita Aldhelmi fine commemorat* 'antiquissimum codicem' *(p. 365 G.), eum non Aldhelmi, sed Bedae, quem modo laudavit, fuisse codicem operae pretium est admonere. In hoc autem monasterio Abendoniensi quod tantum studium in Aldhelmo lectitando et explicando sit positum, non est mirum.*

*Sed Cantuarium ipsum ducimur codice eo, qui nunc est Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis n. 326 (= C^1). Scriptus est textus Aldhelmi minusculis Carolingicis saeculo X in foliis 1—70 (23, 2×16 ctm; lineae 24) habetque puncta grammaticalia. Ex notis in folio praefixo (*D*(istinctio)* II. G*(radus)* IIII. dem*(onstratio)* prima*) et in pagina prima (*dc*) exstantibus apparet, eum olim fuisse Ecclesiae Christi Cantuariensis, cuius in catalogo, quem Henricus de Estria, 1284—1331 eius monasterii prior, composuit, sic affertur:* Aldelmus de laude uirginum, primus, lib. I. *Cantuario Parker archiepiscopus eum Cantabrigium in collegium Corporis Christi transtulit cf. Edwardis Memoirs and libraries (London 1859) I 129, et M. Rh. James, The sources of Archbishop Parkers collection of Mss. at Corp. Christi college (Cambridge 1899) p. 58 et in The ancient libraries of Canterbury and Dover (Cambridge 1903) p. 21 n. 47 et p. 506; vide etiam A. Napier, OEG. p. XIV n. 4.*

Singuli codicis quaterniones praeter ultimum p. 16. 32. 48. 64. 78. 94. 110. 126, numeris I—VIII sunt numerati; post capitulorum enumerationem (I—LX; lapsu calami pro LX scriptum est XL ut in OR^2) lineae spatio haecce leguntur singulari quadam vocabulorum Latinorum, Graecorum, Anglosaxonicorum commixtione maxime mira (cf. etiam A. Napier p. XIV, qui recte versus singulos distinxit): þus me ȝesette sc̃s et iustus. | beorn boca ȝleaw. bonus auctor. | Ealdelm æþele sceop. etiam fuit | ipselos on æðel anȝ̂elsexna | byscop on bretene. biblos. Ic nu sceal. | ponus et pondus. pleno cum sensu. | ȝeonges ȝeanoðe geomres iam iamq; | secȝan soð. nalles leas. þ̄ him symle wæs | euthenia oftor on fylste | æne on eðle ec ðon ðe || *(fol. 3^b)* se is — *haec corrupta videntur* —| yfel on ȝesæd. Etiam nusquã | ne sceal *(*seal *cod.; corr. A. Napier)* ladiȝan labor quẽ tenet | encratea. ac he ealneȝ sceal | boethia biddan ȝeorne | þurh his modes ȝemind

micro in cosmo | þ him drihten ȝyfe dinams on eorðan | fortis factor, þ he forð simle ‖; *quae L. Morsbachio et C. Wildhageno ducibus sic vertenda puto:* Sic me composuit sanctus et iustus | vir librorum peritus bonus auctor | Aldhelmus, nobilis vates; etiam fuit praeclarus (*ὑψηλός*) | in terra Anglosaxonum, episcopus in Britannia. | Ego, liber, onus (*πόνος*) et pondus pleno cum sensu | lucto iuvenis statim tristis, | oportet vera dicam, minime falsa: ei *(sc. Aldhelmo)* semper fuisse | valetudinem (*εὐθηνία*) saepius praesidio | et laudes (*αἶνη*) in terra, etiamsi de eo mala sunt dicta. | Etiam nusquam is, quem labor tenet, excuset se oportet patientiâ *((ἐγκράτεια i. e. nunquam se satis laborasse dicat),* | sed semper oportet | auxilium (*βοήθεια*) petat studiose per animi sui sententiam in parvo mundo (*μικρῷ . . κόσμῳ*), | ut sibi dominus donet vigorem (*δύναμις*) in terra | , fortis factor, ut iam semper [in opere perseveret?]. *Nulla lacuna indicata, sequitur textus prologi a pulchra initiali beluarum capitibus ornata incipiens, ita ut reliqua paginae huius pars vacua mancat, similiter atque in Lambethano et Sarisberiensi.*

Inde a fol. 7^{r} iterum ab initiali simili textus ipsius tractatus orditur; capita singula per litteram maiusculam simplicem notata lineae unius spatio distinguuntur; capitibus I—XXV numeri sunt appositi, cetera numeris carent; tituli non sunt adscripti; in fine capituli XLIX legitur credebatur; V ⁝ V : V . L : F ⁝ L ⁝ C ⁝ M CR ⁝ ST :: · M : N *i. e.* vive vale fili cum Cristo amen. *Aldhelmi textus fol. 75^{r} (*patrię participes. *—) sine subscriptione finitur. Sequitur post duarum linearum spatium* [C]onperias, lector, litteras tam grecas *(haec maiusculis rubris, cetera nigris minusculis sunt scripta)* quam latinas superpositas quibusdam lineis istius codicelli suas habere significationes. & greca nomina quere signi . . .; *haec ad sequentis carminis scripturam pertinent, cuius proprietates cum transsumere e codice suo noluerit librarius, etiam descriptionem interrupit; leguntur enim infra versus primi septendecim ex Abbonis clericorum decore (*Clerice dipticas lateri ne dempseris umquam | Effipiam diamant stragula pariterque per poma*) cf. Mon. Germ., Script. II 802, Zupitza, Zeitsch. f. deutsches Alt. XXXI 1 sqq., eidem qui etiam in altero monasterii St. Augustini Cantuariensis codice, nunc Cantabrigiensi inveniuntur G. g. V. 35 n. 17). Quos versus sequuntur glossae quaedam a* b *et* c *incipientes*[1], *et post sententias christianas (*Ama Deum! diligent te omnes . . . Tres infelices leguntur in lege: qui scit et non docet, qui docet et non facit et qui nescit nec interrogat*) ab alia manu scriptus tractatulus, qui inscribitur* Dic mihi, frater, unde fuit factus Adam. Ego dico tibi, de octo partibus fuit factus *e. q. s., deinde 1. versus sex:* (*N*)auta rudis pelagi ut seuis ereptus ab undis — (*P*)roque laboris agat iste sui requie *(cf. Progr. Goth. 1904 p. 5, 3 = PlaC II 402. III 684), 2. Explicatio evangelica:* (*C*)entum oues uniuersitas est angelorum et hominum. Una autem erraverat, *3. Vituperatio ebrietatis, 4. Excerpta ex Alcuini disputatione Pipini et discipuli (Patrol. lat. CI. = Alcuini opp. II 977 Migne):* Quid est terra? Mater crescentium *e. q. s. cf. praef. ad aenigmata p. 54. 5. Grammatica quaedam:* Omnes nominativi singulares corripiuntur nisi quintae declinationis *etc. Pagina 139 vacua est, in latere legitur* D *et* fot gewædu *(= pedum vestimenta); p. 140 scriptae sunt litterae septem runicae interpositis punctis, quae vocales significant, infra* DI*; finem facit figura, ex XVIII orbibus lineisque rectis composita, cum inscriptionibus partim evanidis (affero unum:* Ordine quadrifido cOlludens cornua natO*), qualem in Lambethano 204 saec. X C. Zangemeister (Sitzungsber. d. Wiener Akad. LXXXIV (1876) p. 538) invenit et descripsit. Habes igitur etiam in hoc codice farraginem ad usum scholasticum destinatam.*

---

1) Bassium est (quod) uxori datur . osculum filio . suauium scorto *(cod.* scorti*).* Bidubium quae *(cod.* qui*)* post duos uiros uidua est *(cf. Corp. Gl. IV 26, 5)* Bigam(us) est uir secundae uxoris *(ib. 25, 36).* Biuira . secunda coniux . blax vel blas ·i· stulti . loquax *(ib. 25, 65).* Blenni . tetri *(IV 488, 12).* Blicea ·i· stulta . *(=* bilicia . stulta *IV 25, 27)* bobinator inconstans *(*bobimatores inconstantes *IV 26, 18)* . ceco igni *(Verg. Aen. IV 2)* occulto amore . calorate ardenter;

Cantuariensi codici huic adiungo alterum = Oxoniensem Bodleianum 97 saec. XI. (= C²) fol. 75 (21, 5×15 ctm) lineis vicenis trinis cf. Catal. Mss. Oxon. 1697 n. 1928. A. Napier OEG. p. XV n. 6 M. R. James, The ancient libraries of Canterbury and Dover p. 21. 506. A fine mutilus est, cum ultima eius verba sint fidei fragilitate tremebundis = *81, 20 G. In folio praefixo legitur D II G V (vide supra p. 219), infra quam notam scriptum est saec. XV:* Aldelmus de laude virginum*; deinde* De librario Sancti Augustini Extra Cantuariam *et infra hoc* W parell possessor huius libri*; in folio primo iuxta titulum capitulationis:* SX. *Fuit igitur olim ecclesiae Christi Cantuariensis, unde — et solus est, de quo hoc constat — tralatus est post a. Ch. 1284 in bibliothecam St. Augustini. Nam in catalogo Henrici de Estria (cf. supra p. 219) notatur:* Adelmus de laude uirginum, secundus, lib. I *cf. James l. c., qui quod scribit librum esse saeculi IX, hoc error calami aut typothetae sit oportet. Tertius — ut id iam hic afferam — Cantuariensis afferri videtur prosae Aldhelmianae codex (cf. James l. l. p. 503) in notis Lelandi, qui inter codices monasterii St. Augustini affert* Aldhelmum de Virginitate prosa et carmine. *Quae ante hunc et post eum laudantur, ea omnia nunc exstant in codice celeberrimo Cantabrigiensi Gg. V 35 saec. XI olim Cantuariensis St. Augustini. Sed in hoc quamquam nunc leguntur carmen Aldhelmi et aenigmata, tamen non legitur in eo prosa, nec est prosa inter ea, quae nunc in codice illo desiderantur cf. R. Priebsch, Deutsche Handsch. in England I 25. Errasse igitur puto Lelandum aut tacite hic inseruisse codicis, qui hic non nominandus erat, memoriam: et sane mirum esset, si in uno codice carmen et prosa fuissent coniuncta, quoniam, qui haec duo coniuncta habeat, omnino nullus exstat. Quartus Aldhelmi codex Cantuariensis, ut etiam hunc simul afferam cum fratribus, est Musei Britannici Regius 15 A XVI, in quo leguntur aenigmata: etiam hic olim pertinebat ad bibliothecam abbatiae St. Augustini.*

In folio 1ʳ INCIPIUNT CAPITULA LIBRI DE LAUDE VIRGINITATIS*; singula capitula (I – LX) alternatim ab initiali viridi aut rubra ordiuntur excipiturque fol. 3ᵛ sub fine textus sine titulo; capitula numeri primo in propriis lineis positi, deinde in fine lineae aut in margine adscripti separant primaque in codicis parte primae capitulorum lineae maiusculis scribuntur; punctis grammaticalibus textus caret. Usus est hoc codice Giles, qui collationem eius post textum editum libro suo addidit p. 387 sq.*

Simillimus Bodleiano Digby 146 est codex Sarisberiensis (S) = codex cathedralis Sarisberiensis n. 38 saec. XI ineunte scriptus, nunc denuo ligatus. Humore partim affectus est et sub finem muribus adesus: 81 folia (27×16, 5 ctm; lineae 23); conferendi sunt de codice (M. Thompson) A Catalogue of the Library of the cathedral of Salisbury, London 1880, p. 9, H. Logeman, Anglia XIII 26 sqq., A. Napier ibid. X 204 sqq. Fol. 1 et 2 (inverso ordine sunt positae) partes epistulae ad Ehfridum leguntur, non, ut Napier putat, primo a codice alienae, cum iam Wharton eas cum ceteris foliis coniunctas invenerit; in codice misere habito facile, quae desunt, perire potuerunt. Fol. 3—6ʳ tabula exstat sexaginta capitulorum (Incipiunt capitula libri de laude uirginitatis)*; post eam fol. 6ᵛ et 7ʳ sunt vacua. Fol. 7ʳ pulchra initiali decorata — ei, quae est in (L), R¹, O, simili — legitur praefatio; post hanc excidit folium unum, in cuius pagina altera pars capituli alterius* (Iamdudum ad pontificale proficiscens conciliabulum — artibus in gymnasio) *erat scripta; incipit fol. 8ʳ a verbis* exerceri, qui laboriosi = *2, 15 G. Finis scriptus est, ut in O et R², versibus decrescentibus, sed in Sarisberiensi extrema haec lineis decoratis sunt inclusa:* trina personarum sub | sistentia: totius mundi | . . . . par | tici | pes |; — amen *deest. Initiales litterae sunt serpentinae nigrae et in initio rubrae; glossae suprascriptae sunt interlineares Latinae Anglicaeque; puncta grammaticalia habet. Capitula numeris in vacua linea supra positis initiisque per maiusculas rusticas scriptis sunt notata; si oratio continua propter sententiam est dividenda, margini, ut in C¹ et O, saepe adscribitur K. Scriptura est vulgaris, sed ut ligaturas quasdam habet vetustas (ꝙ = na, ꝰ = us), ita*

scribae errores (e. g. tirorum = tironum) Sarisberiensem ex codice insulari derivatum esse docet; hoc quoque notandum, virgulam pro m *suprascriptam non post vocalem legi, sed ante eam vel supra; nec tamen forma scribendi deest communis. Interpunctio eadem est atque in Lambethano. Etiam huius codicis iam partes fuerunt in textu Aldhelmi constituendo; nam Wharton ex eo edidit 'Indiculum seu summulas Capitulorum', quae 'in prioribus editionibus et in codice Lambethano' deerant.*

*Cum codicibus hisce componendus est codex Musei Britannici Regius 7 D XXIV (= **R**²), saec. X, quem descripserunt C. Zangemeister, Sitzungsb. der Wien. Ak. LXXXIV (1876) p. 512 — is cum IX, fort. VIII saeculo scriptum esse putat — et A. Napier, OEG, p. XV n. 5. Legitur Aldhelmus in huius codicis foliis 82ʳ—162ʳ (17,2×11,6 ctm), singula folia lineas habent vicenas senas. Scripturae character est insularis; notae interlineares latinae et anglicae paucae (cf. Napier l. l. p. 153 sqq.) fere continuae eadem manu sunt additae; fol. 82ʳ—85ʳ leguntur capitula (I—LX: pro LX scriptum esse XL iam supra notavi), quibus inscriptum est* Incipiunt capitula libri sequentis de virginitate*; manus saeculi XV supra posuit* Liber de virginitate*; fol. 85ᵛ vir ad pluteum sedens scribensque i. e. Aldhelmus delineari coeptus est: librum sinistra tenet, dextra scribit; omnia praeter figuram viri paene evanida sunt seu potius tantum adumbrata; similis sedentis episcopi imago etiam in Bodleiano 577 saec. X fol. 1ʳ et in Regio 5 E XI saec. XI exstat; etiam in O et S spatium, ubi poneretur imago, relictum est. Textus notis grammaticalibus est instructus.*

Praefatio littera initiali capitibus beluarum decorata est et coloribus rubro, gilvo, viridi expleta: similiter spatia inter litteras et in litteris ipsis sunt colorata; fol. 86ʳ legitur cum titulo Orditur libellus de virginitate sacris virginibus editus*; textus ipse usque ad finem, cuius simile schema est atque in Bodleiano et Sarisberiensi* (. . . ab al | to . . dignetur | Valete . . soro | res . . alumne | scolasticę . . marga | ritę . . ge | minę . . pa | triae parti | cipes: —) *etiam in R²* amen *deest.*

Sequitur 162ᵉ usque ad finem (168ʳ; 168ᵛ vacuum est) epistula ad Ehfridum, quae etiam in Bodleiano et Sarisberiensi tradita est, manu aequali nec tamen eadem exarata (textus ipsius ἀπόγραφον manu Patricii Youngii, ut docet catalogus, confectum ante fol. 162 est interpositum), cum folia praefixa 1—81 librum Guimundi de corpore et sanguine *continentia saeculo XII sint scripta.*

Hi tres codices (Bodleianus Digby, Sarisberiensis, Regius 7 D XXIV) tantam vel externi habitus prae se ferunt similitudinem, ut ad archetypum eundem referendi esse videantur.

*Eiusdem originis est etiam codex Musei Britannici Regius 6 A VI (= **R**³) saec. XI, (foll. 109 28, 5×16, 2 ctm; lineae stilo ductae) atramento subfusco scriptus cf. A. Napier, OEG. p. XV n. 7. Quatuor folia prima (saec. XIII) continent commentarium ad canticum canticorum tractatusque grammaticos, fol. 5ʳ—9ʳ epistulam ad Ehfridum, 9ᵛ—12ᵛ tabulam capitulorum I—LX* (Incipiunt kapitula libri sequentis de laudibus s(an)c(t)arum virginum)*, ita ut pars 12ᵛ vacua maneat, 13ʳ—109ʳ textum tractatus: fol. 107, quod exciderat, moderna manu in pergameno suppletum est. In fine huius libri leguntur versus, qui tertio addito etiam in Harleiano 3013 exstant,*

Tres digiti scribunt totum corpusque laborat,
Scribere qui nescit, nullum putat esse laborem,

postremo 109ᵉ Richardi Worcestrensis versus de morte Henrici Wincestrensis († 1171) saec. XII|XIII scripti. Capitula vacuo spatio, in quo plerumque numerus legitur, et littera initiali et prima linea maiusculis rusticis viridi rubroque colore scripta dirimuntur; puncta grammaticalia sunt apposita; scholia sat multa marginalia et glossae interlineares Anglicae leguntur. In capite XX et XXXIX partes novae maiusculis conspicuis sunt notatae. Conclusio scripta est non tam artificiose quam in praecedentibus, sed sic tamen, ut lineae breviores tres ita concludantur cęlestis patriae participes.

Similis est Musei Britannici Regius 5 E XI (= R⁴) saec. XI, fol. 120 (22× 13 ctm; folia 1 et 120 accurate respondent foliis 116. 117, quae in textu ipso suo loco leguntur) cf. A. Napier, OEG. l. l. n. 8. Folium 2ᵛ Aldhelmi praebet imaginem suprasc. S. ÆLDELMᵛˢ EP̄C *(cf. Bodl. 577 saec. X fol. 1ʳ); ante episcopum pictus est pluteus, in quo ipse liber est positus, cuius haec verba leguntur* IAM | ƉVƉVM | ad pon | tifica | le pro | ficiscens. *Glossas Latinas Anglicasque habet et puncta grammaticalia. 3ʳ—7ᵛ, cuius pars inferior vacat, leguntur* Capitula libri de laude virginitatis, *8ʳ prologus cum salutatione, 8ᵛ vacua est, 9ʳ* incipit liber de laude virginitatis; *initia capitulorum numeris, initialibus rubris, maiusculis rusticis significantur; in margine nonnunquam* k *appictum est; in fine legitur* caelestis patrię participes.

Accedit codex Musei Britannici Regius 6 B VII (= R⁵) = 53 folia 30,5×20 ctm, lin. 25; splendide scriptus est sub saeculi duodecimi initium cf. A. Napier, OEG. p. XVI n. 10. In fine reliquiarum sanctarum positus est index, sed monasterii, cuius fuerunt, nomen erasum est. Ante capitulorum tabulam (1ʳ—3ʳ) legitur maiusculis scriptum: Incip̄ cap̃la libri *(rubro colore)* Aldelmi ep̄i *(viridi c.)* de laude virginum *(rubro c.); capitulorum argumenta rubris viridibusque initialibus distincta sunt praefixis numeris (I—LVIII) olim rubris nunc atris; in fine* Expliciunt capla*; reliqua paginae pars vacua est. 3ʳ incipit prologus ab initiali viridi per lineas litteris maiusculis rubris viridibusque alternantibus, post quem legitur:* Orditur libellus de virginitate *(litt. maiusc. virides)* sacris uirginibus editus . . . *(litt. rubrae). Initialis perpulchre picta ornat tractatus ipsius initium similiter atque antecedentia scriptum; capitula litteris rubris incohata numeris significantur, qui tamen post LII (= LIII G) deficiunt. 53ʳ post* patriae particeps *(supra* e *scriptum est* i *et supra* p *scriptum est* e*) legitur* Explicit liber Aldel *(litt. rubrae)* | mi ep̄i de virginitate *(litt. virides).*

Cum hoc arta necessitudine coniunctus est codex Harleianus *3013 saec. XII, qui fol. 3—7ʳ continet epistulam ad Ehfridum, 7ʳ—10ᵉ capitulationem (I—LX), 11ʳ—96ʳ tractatum, quem finit:* patrię participes*; sequuntur duo versus ex R³ allati addito tertio hoc*

Dum digiti scribunt, vix cetera membra quiescunt

(cf. Bedae excerpta = Migne, Patrol. XCIV 551). Capitula ut in R⁵ aliisque sunt distincta.

Codicem Cantabrigiensem Gaius College n. 687 saec. XIV duabus columnis scriptum, quem unum ad textum editionis Whartonianae emendandum Giles adhibuit, tantum inspexi.

Ex his codicibus totos equidem contuli cum textu Gilesiano Wirceburgensem A, Guelferbytanum G, Bruxellensem B, Bodleianum Digby 0, Regium 5 F. III R¹, fragmenta Cantabrigiensia A¹, fragmentum Oxoniense, Oxoniensem C², Phillipica P, paene totum Cantabrigiensem Collegii Corporis Christi; ceteros partim contuli et excerpsi. In textu constituendo secutus sum Wirceburgensem et aetate et fide omnium facile primum.

Restat ut de editionibus typis expressis paucis absolvam.

*Editionem prosae principem publici iuris factam esse Giles p. VII dicit a Canisio: at in Antiquae lectionis volumine quinto (Ingolstadii 1604) Canisius carmen edidit, non prosam. Primi autem editoris laus, quae tamen eo vel maxime minuitur, quod corruptissimum suppeditavit textum omnemque recensendi operam lectoribus reliquit, vindicanda est Iohanni Iacobo Grynaeo, theologo Basileensi, qui in altera Orthodoxographorum editione — in priore (Basileae 1555) nihil de Aldhelmo legitur — Basileae 1569 in officina Henricopetrina impressa (*Monumenta S. Patrum Orthodoxographa hoc est Theologiae Sacrosanctae ac syncerioris fidei Doctores numero circiter LXXXV; *in priore* opera fidei Doctorum numero LXXVI *edita erant) p. 1677—1717 prosam eamque solam edidit hoc titulo:* ALDHELMI DE LAUDIBUS VIRGINITATIS LIBER*; nulla capitulorum distinctione textum separat, sed ante cap. XII inscriptum est:* DE PRINCIPALIBUS VITIIS.

Ex eis, quae Grynaeus in praefatione brevissime dicit, unius Hermanni Contracti testimonium afferens, non altius eum in vitam operaque Aldhelmi inquisivisse apparet, nec unde sumpserit sua lectores edocet, quemadmodum eos non edocet de ceteris libris a se editis. Constare autem supra iam commemoravi ex textu ipso, posuisse editionem illam qualemcumque Grynaeum in solo codice Guelferbytano; quod etiam inde elucet, quod, quae in codice leguntur a manu saeculi XVI correcta, ea in textu editionis Basileensis leguntur, ita ut conici oporteat, correctiones illas in codice Guelferbytano a Grynaeo esse adscriptas. Possedit autem codicem tunc Matthias Flacius Illyricus, qui codicem Grynaeo commodasse putandus est, quemadmodum alios ei commodasse vel constat vel verisimile est (cf. Zentralbl. für Bibliothekswesen 1908 p. 173 sq.). Hic textus — in capita XXX divisus — per Sacram et Maximam Bibliothecam Patrum, in cuius editionibus posterioribus (primum Coloniae Agrippinae 1618 vol. VIII 1—53) carmen a Canisio, aenigmata a Delrio edita adiuncta sunt, traditus[1], *quamquam, quicumque eum citabat vel nominabat, de gravissimis eius corruptelis querebatur, tamen retentus est absque codicum auxilio usque ad Henricum Whartonem, qui ipse 'adeo misere corruptum' suo iure dixit Aldhelmi librum 'ut vix unica periodus vitio insigni immunis in eo deprehendi possit'. Quem cum taederet immeritae Aldhelmi incuriae, 'qui primus Romanae pariter ac Graecae literaturae gloriam concivibus suis Anglosaxonicis asseruisset', ipse ex Cantuarensis archiepiscopi sui bibliotheca codicem nactus Lambethanum, secundum quem prosam expressit librarii vestigiis anxie etiam in eis insistens, in quibus relinquendus erat, et addita ex Sarisberiensi capitulorum tabula prosam denuo edidit in libro, qui inscribitur* Bedae Venerabilis opera quaedam Theologica, nunc primum edita, nec non historica, antea semel edita. Accesserunt Egberti Archiepiscopi Eboracensis Dialogus de Ecclesiastica Institutione, Et Aldhelmi Episcopi Scireburgensis Liber de Virginitate, Ex codice antiquissimo emendatus. Londini MDCXCIII, *p. 291—369. Hanc editionem, quam prioribus longe superiorem, erratis tamen iam abundantem ipse dixit, Giles in sua operum Aldhelmianorum editione Oxonii 1844 p. 1—82 ita repetiit, ut Cantabrigiensis codicis admodum recentis collatione contentus et 'centum fere inelegantiis sublatis' ea tantum mutaret 'quae ad sensum pertinerent', cetera, ne 'nimia correctione exemplar editionis Whartonianae ab amico sibi commodatum macularetur', intacta relinqueret (cf. supra p. 217). Et utinam vel ea, quae professus erat, patrasset neve vitiis editionis a se repetitae alia plura maxime propter incuriam addidisset! Gilesii textum integrum in Patrologiam suam Latinam (= tomus LXXIX 103—162) transsumpsit I. P. Migne (1863), ita ut, quod Whartonem olim de textu in Orthodoxographis publicato iudicasse indicaverat, id ad vulgatissimum nunc Aldhelmi textum haud immerito possit transferri.*

Ac ne ei quidem, qui in singulis prosae locis vel emendandis vel interpretandis operam suam collocaverunt, inter quos primo loco propter Observatorum in scriptoribus ecclesiasticis monobiblon *(Daventriae 1651) laudandus est Iohannes Fridericus Gronovius — ceteros I. A. Fabricius in Bibl. Lat. med. aevi. I 142 sq. enumeravit — novis codicum subsidiis, a quibus unicum textus universi remedium peti potuit, sunt innixi et, quamquam non nulla suo Marte prospere effecerunt, misera tamen operis Aldhelmiani condicio non est mutata. Paraverat sane saeculo duodevicesimo nec tamen absolvit novam editionem Abrahamus Gronovius, Iohannis Friderici nepos, cuius adnotationes textui Whartoniano adscriptae in bibliotheca Leidensi (cod. Leidens. 393 C = XXIII. Gronov. 5[a] vol. I) etiamnunc exstant. Is ab initio codicis Herefordensis lectionibus usus brevi in editionibus Magnae Bibliothecae*

---

1) *Primum repetitus est Grynaei textus in editionis Parisinae, quam curavit Margarinus de la Bigne 1575 apud Sonnium, volumine octavo; per errorem Basnagius inverso temporis ordine in Thesauro Monumentorum Ecclesiasticorum vol. I 112 dicit:* habetur prosa apud Sonnium, deinde inter Orthodoxographa. *Etiam editiones Parisinae annorum 1589 et 1659 solam prosam continent. De ceteris editionibus vide Th. Ittigium, De bibliothecis et catenis patrum. Lipsiae 1707.*

Lugdunensi et Parisina afferendis acquievit; quae ipse textui adscripsit, pleraque ex avi lucubrationibus desumpsit; ipse typographica errata tollere et biblicos aliorumque auctorum locos addere satis habuit.

Sed cum textus, qualis ferebatur, corruptissimus maneret, in eis, quae una cum textu tradita vel ex eo desumpta sunt, codicum subsidia adhibita sunt accuratissime. Nam non solum in Thesauro glossarum insigni G. Goetzii industria et sagacitate curato multa egregie sunt parata, quamquam quantum ad glossarum collectiones valuerit Aldhelmus nondum satis explicatum est (cf. Karl W. Gruber, Die Hauptquellen des Corpus: Epinaler und Erfurter Glossare. Erlangen 1904 p. 15, vide etiam I. Stalzer, Zu den hrabanisch-keronischen Glossen in ΣTRΩMATEIΣ Grazer Festsch. zur 50. Versammlung Deutsch. Philologen, Graz 1909 p. 88 sq.); glossis ipsis, quae ex Aldhelmi codicibus sunt collectae, in restituendo eo non multum iuvamur. Sed etiam et Germanicae glossae e codicibus Wirceburgensi et Guelferbytano in admirabili Eliae Steinmeyeri libro (Die Althochdeutschen Glossen II 11) optime sunt collectae et Anglicae tam eae, quae separatim sunt compositae, a Thoma Wrigthio et R. P. Wuelckero (in Anglo-Saxon and Old English Vocabularies I 985 sqq. e codice Cottoniano Cleop. A III), quam eae, quae in codicibus passim adscriptae legebantur, in A. Napierii opere omni laude dignissimo (Old English Glosses, Oxford 1900) ad artis criticae rationem redactae sunt. His igitur viris studia Aldhelmiana plurimum debent, nec non multa eis debet textus ipse.

CODICES PROSAE DE VIRGINITATE.

Wirceburgensis M. th. f. 21	*saec. IX*	*A*
Guelferbytanus olim Helmstedtiensis, antea Moguntinus (?)	*saec. X*	*G*
Fragmenta Cantabrigiensia	*saec. IX*	A^1
Fragmentum Oxoniense Ms. lat. th. f. 4	*saec. X frgt.*	*Oxon.*
Phillipicus, nunc Cheltenhamicus n. 8071 / *Fragmenta Cantabrigiensia*	*saec. IX*	*P*
Bruxellensis 1650, in Anglia scriptus	*saec. X*	*B*
Bruxellensis 4164—4166 ex hoc descriptus	*saec. XVII*	
Bodleianus Digby 146 olim Abendoniensis	*saec. X*	*O*
Bodleianus 97 olim Cantuariensis	*saec. XI*	C^2
Lambethanus olim Walthamiensis	*saec. X*	*L*
Herefordensis, olim Cirencestrensis	*saec. XII*	*H*
Britannicus Regius 5 F III	*saec. X*	R^1
Cantabrigiensis collegii Corporis Christi olim Cantuariensis	*saec. X*	C^1
Sarisberiensis	*saec. XI*	*S*
Britannicus Regius 7 D XXIV	*saec. X*	R^2
Britannicus Regius 6 A VI	*saec. XI*	R^3
Britannicus Regius 5 E XI	*saec. XI*	R^4
Britannicus Regius 6 B VII	*saec. XII in.*	R^5
Harleianus 3013	*saec. XII*	
Cantabrigiensis Gaius College n. 687	*saec. XIV*	

ALDHELMVS DE VIRGINITATE.

(PROSA.)

[Incipiunt capitula libri sequentis de virginitate. I. Salutatio et prologi praefatio. — II. De gymnicorum exemplis, qui in agone circensi victoriae palmam promerentur. — III. Quod haec gymnasii disciplina et theatralis comparatio in ecclesia spiritaliter exerceatur. — IV. Paradigma de apum solertia sumptum, quo scriptorum studia regulariter aequiperentur. — V. Quod apum castimonia virginalis pudicitiae typum portenderit. — VI. De conglutinata apum concordia et spontaneo subditarum famulatu, quibus regularis coenobiorum disciplina comparatur. — VII. Quod virginale privilegium ceterarum virtutum arcem obtineat numerosaque spiritalium charismatum merita praecellat. — VIII. Quod sanctae virginitatis praeconia ita immensis rumoribus extollantur, ut tamen concessae iugalitatis consortia minime condemnentur. — IX. Quod dispar virginitatis et iugalitatis comparatio de diversis creaturarum qualitatibus assumpta ⟨sit⟩. — X. Quod interdum inferioris vitae gradus superiorem otio torpentem anticipet id est tepidae virginitatis ignavia continentium castimoniae cedat. — XI. Quod superbiae typus, turgidae et inflatae virginitatis grassator, licet ultimus in catalogo vitiorum ponatur, tamen primatum sibi ceterarum vindicet passionum. — XII. De octo principalium vitiorum ducibus, quibus ceteri scelerum satellites subsequuntur. — XIII. De minori vitiorum caterva tyrannicae potestati subiecta, quae in collationibus Cassiani et moralibus beati Gregorii liquido clarescunt. — XIV. Quod nonnulli ab ipsis infantiae cunabulis sacrae viriginitatis propositum fine tenus legitime servantes reliquos coniugatos et continentes meritorum privilegio praecellant. — XV. Quod nemo corporalis pudicitiae castimonia fretus perfecte sine ceteris virtutum gradibus glorietur. — XVI. Quod vera humilitatis tutella vera virginitatis cautella existat. — XVII. De duplici ac dispari virginitatis et iugalitatis differentia. — XVIII. Quod angelicae vitae castimonia a virginibus per vim iam quodammodo praelibetur. — XIX. De tripertita humani generis distantia. — XX. Exemplum virginitatis ab Helia et Heliseo sive Hieremia sumptum. — XXI. Quod Daniel

---

Titulum non habent AGBL, liber (libellus) de uirginitate *OR*^{2} *ante capitula et post prologum*, *R*^{5}*H post prologum;* De uirginitate liber *Beda (cf. etiam ad titulum carminis)* Explicit Aldhelmi episcopi de uirginitate *in fine R*^{5}*;* liber de laude uirginitatis *C*^{1}*C*^{2}*R*^{4}*S* (opus de laude uirginitatis *S*^{2}*)*, de laude uirginum *Catalog. Cantuar. s. XIV Cantabrig. Gaius Coll. n. 68 R*^{5} *(ante capitula); Faricius*, de uirginum laude *Willelm. Malmesb.;* liber de laudibus sanctarum uirginum *R*^{3}*;* liber qui dicitur prosa Aldhelmi episcopi *R*^{1} *post prologum. In A manus posterior, sed vetusta supra textum scripsit* Aldehelmus ad virgines sacras. XVII, *in G titulus in folio praefixo a manu saec. XIV additus est:* Opus Althelmi de laude uirginitatis sanctorum uirorum [et quedam instituta conciliorum]; *in marg. superiore legitur* de conceptu uirginali *(saec. XV), infra manu recenti saec. XVII:* Aldellmus de uirginitate. Will. Malmesburiensis sic appellat. *Capitulorum enumerationem non habent AG(P)BL. Eos omnes, qui capitulorum hunc indicem praebent, ad unum redire archetypum eumque indicem non ab Aldhelmo ipso esse confectum docent ea, quae notavi ad cap. XXX et XXXIX.* INCIPIUNT CAPIŁA LIBRI SEQUENTIS DE VIRGINITATE *OR*^{2}, INCIPIVNT KAPITVLA LIBRI SEQVENTIS DE LAVDIBVS S̄CARVM VIRGINVM *R*^{3}, INCIPIUNT CAPITULA LIBRI DE LAUDE UIRGINITATIS *C*^{2}*R*^{4}, INCIPIT CAPITVLA LIBRI DE LAUDE UIRGINITATIS *C*^{1}, INCIP̄ CAPL̃A LIBRI ALDELMI EP̄I DE LAVDE VIRGINV̄ *R*^{5}. *Edidi capitulationem ipsam secundum O et R*^{1}*, qui codex ab initio mutilus incipit a cap. XIII, adhibitis passim C*^{1}*R*^{3}*S; in O singula capitula per* :~, *in R*^{1} *per* 7 *vel* 7 *vel* 7 *clauduntur. Primum edita sunt a Whartonio in editione sua (Lond. 1693) ex codice Sarisberiensi.* *III* spirȧtaliter *C*^{1} *IX* sit *deest in codd.*, est *add. Wharton* *XI* uindicat *O* *XIII* tyrannice potestate *O*, tyran nicae subiecta potestati *R*^{1} *XIV* coniugugatos *O* *XVI sic R*^{1} *(secundum textum:* vera . . delicatae virginitatis gloria vera . . humilitatis cautela tutetur*)* humilitatis cautela *O* vere uirginitatis *O*, verae *R*^{1} *XVII* dispēri *O* *XVIII* euangelicae *R*^{1} iam *deest in O* *XX* ab ////lia *O*

et tres pueri apud Chaldeos virginitatis gratia floruerint. — XXII. Quod forma virginitatis facilius in neutericis quam in veteribus inveniri valeat. — XXIII. Quod Iohannes baptista et euangelista infulis pudicitiae coronarentur et sententia Thomae. — XXIV. Quod Paulus apostolus simulque Lucas, evangelii tetrarcha, incorrupti pudicorum coetibus copulentur. — XXV. Quod Clemens, successor Petri, et Silvester pontifex integritatis gloria insignes haberentur. — XXVI. Quod Ambrosius apud Mediolanum et Martinus apud Toro⟨no⟩s pro incontaminata virginitate innumeris signorum virtutibus effulserint. — XXVII. Quod Gregorius Nazanzenus nec non et Basilius in Cappadocia simulque et Felix ob pudicitiae preconium claruerint. — XXVIII. Qualiter Antonius heremita et Paulus anachorita propter indefessam vitae puritatem apud Aegyptum celebri fama uulgarentur. — XXIX. Quod Hilarion et Iohannes solitariam ducentes vitam multis miraculorum signis crebrescerent. — XXX. Quod Amos, Nitriae habitator, et Benedictus, monachorum praeceptor, pudicitiae ornamentis praediti floruerint. — XXXI. Quod virtus nulla occasione ultroneam sibi debe⟨a⟩t mortem inferre, nisi quando pudicitia periclitetur, et de Malchi facto. — XXXII. Quod Narcisus pontifex ⟨et⟩ Athanasius, praesul Alexandrinus, ob integritatis gloriam celebres haberentur. — XXXIII. Quod Babyllus, venerandus antistes, cum tribus alumnis martyrii mitra coronaretur. — XXXIV. Qualiter beatus Cosmas et Damianus districta severitate tortorum torquerentur. — XXXV. Quomodo sanctus Chrysantus et Daria, virgo vestalis, ob pudicitiae meritum martyrizaverint. XXXVI. Quod beatus Iulianus apud Antiochiam et uirginitatis flore fronduerit et martyrii purpura rubuerit. — XXXVII. Quod sanctus Amos, primus Nitriae habitator, signis et prodigiis coruscantibus claruerit. — XXXVIII. Quod beatae memoriae Apollonius apud Thebaidam in primordio pubertatis theoricam exercuerit vitam. — XXXIX. Quod Hieronymus presbiter tam integritatis pudicitia praeditus quam interpretationis gratia decoratus limpidum scripturae iubar orthodoxis exhibuerit ecclesiis. — XL. (XXXIX.) Exempla de feminino sexu adsumpta: primitus de beata Dei genetrice et Caecilia virgine. — XLI. (XL.) Quod sancta Agatha pro virginitate servata diversa tormentorum genera pertulerit. — XLII. (XLI.) Quod beata Lucia apud Siracusas propter pudicitiam martyrizaretur. — XLIII. (XLII.) Quod Iustina, Dei virgo, castitatis gratia magorum necromantias vicerit et passionis palma triumphaverit. — XLIV. (XLIII.) Quod sancta Eugenia ob integritatis castimoniam conservandam sub tonsura virili militonum Christi

---

XXI florent R^1 *XXII* feteribus R^1 *XXIII* eguangelista *O* *XXIV* eguangelii *O* coetibus *O* *XXV* habentur R^1 *XXVI* in *(?)* caminata R^1 in numeris R^1 *XXVII* claruerit R^1 *XXVIII* anchorita R^1 indiuessam R^1 *XXIX* hilarionus R^1 solitaria R^1 *XXX* ammon R^1 praeceptus C^1 predictis *in marg.* prodictis *O*. *Quicumque capitula enumerant codices — etiam* R^4 *— hanc agnoscunt interpolationem. cf. ad textum* R^5 amos *— & linea sustulit, et scripsit* hornamentis preditus floruerit, *sed in textu eandem interpolationem habet ac ceteri* *XXXI* ultroneam sumptus sibi OR^3 debet *codd.* quando *om.* C^1 pudicitiae C^1 facto monachas . . . R^1 *XXXII* et *om. O* De narciso pontifice sc̄o pontifice qui uirginitatis honore claruit R^1 *XXXII* De athanasio ep̄o alexandriae R^1 martyrii intra *O* *XXXIII* De babillo ep̄o R^1 *XXXV XXXIV codd.*, De cosmę̄ et domiano mar̄t R^1 *XXXV* martyri=zauerunt OC^1 *XXXVI* De crysanti martyris uirtutibus et passione R^1 *XXXVI codd.*, *XXXVII* De iuliano martyre R^1 *XXXVIII codd.*, *XXXVIII* De appollonio R^1. *Eis, quae O exhibet, Wharton addidit ex S:* Item quomodo Apollonius Gentilium turmas cum simulachro debacchantes immobiles permanere fecit et quomodo tempore Paschali ad speluncam ueri Dei Christus solita pietate deliciarum affluentias contulit nec non ex tribus sportulis crustellis torcellisque refertis famelicis Aegypti turmis alimoniam exhibent *XXXIX* pudicitię *O* *XXXIX Hoc capitulum, quod in omnibus, qui capitula enumerant, codicibus indicatur praeter* R^1, *in nullo legitur codice. Insertum esse videtur a librario carminis versuum 1619—1652 memori; in* R^1 *propterea, quod a numero XXXVIII ad num. XL transitur,* (. . . . *L.* Exempla de feminino sexu *e. q. s.*) *omisso numero XXXIX, non tam defuisse in archetypo, quam a librario consulto omissa esse videtur capituli indicatio. In* OC^1SR^4 *in marg. iuxta* Nec praetereundum *legitur K, qua littera novum capitulum notatur. In O capitula sequentia non per* XLI, XLII *etc. numerantur, sed per* XL, XLI *etc. cum ad* Expletis igitur *adscripsisset librarius* XXXIX *XLII* siracusanos *(o ex* u m^1*)* *O* *XLIV* militonū̄ *O (in ras. fuit s)* sub tonsuram R^1

catervis adsciscerentur. — XLV. (XLIV.) Quod sancta Agnes in scammate martyrum legitime decertans purpureo cruoris murice rubuerit. — XLVI. (XLV.) Quod Tecla et Eulalia post virginale bravium feliciter martyrio coronarentur. — XLVII. (XLVI.) Quomodo Scolasticam in Italia, Dorotheam in Cessaria simulque Christinam pudicitiae preconia celebrarent. — XLVIII. (XLVII.) Qualiter Constantina, Constantini imperatoris filia, innumeras virginum catervas ad praecelsum puritatis fastigium erexerit. — XLIX. (XLVIII.) Quod Eustochiae et Demetriadis rumor ob castimoniae coronam creber et celeber apud Europam haberetur. — L. (XLIX.) De horrenda trium germanarum vexatione Chionae et Hirenis atque Agapae, quas Dioclitianus imperator tortoribus torrendas tradidit. — LI. (L.) De duabus virginibus, Rufina et Secunda, qualiter in agonia passionis martyrizando triumphaverint. — LII. (LI.) Quomodo sacratissimae Christi tirunculae, Anatolia et Victoria, roseo cruoris ostro rorantes constanter Romae martyrizaverint. — LIII. (LII.) Quod Ioseph ac David nec non et Samson, antequam conubii nexibus nodarentur, praecipuo virtutum praeconio claruerint. — LIV. (LIII.) Quod per Abel passio Redemptoris nostri, per Melchisedech autem superni pontificatus infula praefiguretur. — LV. (LIV.) Quod sacra virginitas non ornamentis corporalibus, sed spiritalibus oporteat gloriari. — LVI. (LV.) Quid beatus Cyprianus de virginibus, quae saeculariter comuntur, depromserit. — LVII. (LVI.) Quod Iudith Holofernem, Assyriorum principem, crepundiis corporalibus captum obtruncaverit. — LVIII. (LVII.) De habitu indisciplinatorum; quod virginitatis castimonia plus in arbitrio mentis quam carnis consistat. — LIX. (LVIII.) Apologitica excusatio dilati codicelli. — LX. (LIX.) Quod virginitatis praeconium, sicut in presenti opusculo rethoricis relatibus digestum est, ita in futuro opere metricis carminibus expolietur.]

REVERENTISSIMIS[a] CHRISTI VIRGINIBVS OMNIQVE DEVOTAE GERMANITATIS AFFECTV VENERANDIS ET NON SOLVM CORPORALIS PVDICITIAE PRAECONIO CELEBRANDIS, QVOD PLVRIMORVM EST, VERVM ETIAM SPIRITALIS[b] CASTIMONIAE[c] GRATIA GLORIFICANDIS, QVOD PAVCORVM EST, HILDILITHAE[d 1], REGVLARIS DISCIPLINAE ET MONASTICAE CONVERSATI- Giles p. 1.

XLVI pre uirginale brauium R^1 *XLVII* inital=ã . . in cessareã *O*, cessaria R^1 *XLVIII* erexerat OR^1 *IL sic (pro* Eustochii*) codd., ut supra* Babillus *pro* Babylas *IL—LII exciderunt in* R^1, *sed numeri continuantur, ita ut IL = LIII ... LVII = LX sit* *LI* triumphauerunt *O* *LIII* nodarent R^1 p̄cipue uirtutu' p̄conia R^1 *LIV* melchisedec *O*, mechisedech R^1 prefiguraretur *O* *post hoc capit.* Dea *(vel* Deti*)* R^1 *LV* sacra uirginitatis R^1 gloriari oporteat *O* *LVI* ciprianus R^1 comuntus *O* *LVII Ante* Quod uirginitatis castimonia *in R* LV *LIX* Apollogitica OC^1, Apologetica R^1 delati, codicelli R^2, Apologitica excussatio dilati codice illi *(ex* codicĩlli*?)* R^3 *pro* LX m^1, *in O* XL, *sed eraso numero* X; XL C^1R^2 est *(÷) supra lin.* C^1 meretricis C^1

a) Reuerentissimis *codd.*, Reuerendissimis *Trithemius in scriptoribus eccles. fol. 39 et edd., cf. e. g. tract. metr. c. I et c. CXLII* b) spiritalis *codd. et sic ubique*, spiritualis *edd.* c) castimoniae *suprasc.* m^1 continentie C^1R^5, continentiæ *suprasc.* m^2 castimonie *O*, continentię i castimonie R^3*Heref.*, continentiæ R^2S d) hildilithae AR^1R^2 *(sed* i *alterum ex* e*)*, hildiliche, *sed* i *in* íí *et* t *in* c *m. rec. G*, Hyldilichae *ed. pr.*, HILDELIDE *B*, hildelithę *(vel* hildelithe*)* $C^1LOR^3R^4R^5S$*Heref.* Hildilid *Beda*, Hildelida *Bonifatius Ep. Mer. I 252, 12; scilicet, quod Wharton et Giles habent, ante nomen hoc nullus codex in textu habet, supra lineam legitur in* Lm^2

---

1) *Beda h. e. IV 10* Successit autem Aedilburgi in officio abbatissae *(monasterii Bercingensis)* deuota Deo famula, nomine Hildilid, multisque annis id est usque ad ultimam senectutem eidem monasterio strenuissime et in obseruantia disciplinae regularis et in earum, quae ad communes usus

ONIS MAGISTRAE, SIMVLQVE IVSTINAE AC CVTHBVRGAE[a] [1] NEC NON[b] OSBVRGAE[c], CONTRIBVLIBVS NECESSITVDINVM NEXIBVS CONGLVTINATAE, ALDGITHAE[d] AC SCOLASTICAE[e], HIDBVRGAE[f] ET BERNGITHAE[g], EVLALIAE AC TECLAE[h], RVMORE SANCTITATIS CONCORDITER ECCLESIAM[i] ORNANTIBVS, ALDHELMVS[k], SEGNIS CHRISTI CRVCICOLA[l] ET SVPPLEX ECCLESIAE BERNACVLVS[m], OPTABILEM PERPETVAE PROSPERITATIS SALVTEM [2].

I. IAMDVDVM ad pontificale proficiscens[n] conciliabulum[o] fraternis sodalium catervis comitatus almitatis vestrae scripta meae mediocritati[p] allata satis libenter suscipiens erectis ad aethera palmis [3] immensas[q] Christo pro sospitate vestra gratulabundus impendere grates curavi; quo stilo non solum ecclesiastica promissorum votorum[r] foedera,
G. 2 quae fida pollicitatione spopondistis, ubertim claruerunt[s], verum etiam melliflua divinarum studia scripturarum [4] sagacissima sermonum[t] serie patuerunt[u].

II. [v]CVMQVE singulos epistolarum textus recitans[w] pernicibus pupillarum obtutibus specularer atque naturali quadam, ut mihi insitum fertur, latentium rerum curiositate contemplarer uberrimamque[x] verborum facundiam ac virginalem urbanitatis

---

a) cutburge *A*, cuthburg(a)e *BC²R¹Heref.OLR²R⁴R⁵S*, acudburge *C¹* b) nec non et *C¹LSR⁵*, et *supra lin. R³m¹*, *suprasc.* etiam *R²m²* c) osburgi *AG*, osburge *BC¹SHeref.LR²*, osburge *suprasc.* i *R¹* d) altgidę *A*, altgythe *BC²OSHeref.*, aldgythæ *L*, algethę *(supra* g *m¹* d*) R³*, algyde *C¹*, algythae *R¹R⁴* e) scolestice *C¹* f) hydburgę *LSR²R⁴*, hyꝫdburge *C¹*, eadburgę *OHeref.R³*, hydburge *(i supra* e*) R¹*, hydburgi *R²* g) bergidę *(n supra* r*) A*, berengydæ *C²*, birngidę *B*, byrngide *C¹*, byrngithę *R³*, byrngythe(ae) *LOSR⁴*, birngyde *C²*, berngydi *(i corr. in* e*) R¹*, byrngythi *R²*, birgithę *R⁵* h) *sic codd. (non* Theclae*); item prosa de virg. XLVI carm. v. 1976* i) æcle *A* k) Aldelmus *BC¹Heref.R⁴R⁵* l) xp̄icola cruci *A*, xp̄i cola crucis *(s add. m. rec.) G:* Christicola crucis *ed. pr.* m) vernaculus *codd., sed confer epist. ad Acirc. p. 185, 6* berna, unde bernaculus, quod melius per b quam per digammon scribi veterum auctoritas orthographorum testatur *Ante caput primum:* incipit liber qui dicitur prosa aldhelmi episcopi *R¹*, ORDITUR LIBELLUS DE UIRGINITATE SACRIS VIRGINIBUS EDITUS *OHeref.R²R⁵*, INCIPIT LIBER DE LAUDE UIRGINITATIS *R⁴* n) pro proficiens *(prius* pro *deletum) R¹* o) conciabulum *(suprasc. m¹* li*) C²;* pontificale *s. l.* episcopale *O* p) mēdi̇ocritate *(*i *supra* e*) A* q) inmensa *s. l.* s *A* r) promisorum *A* — tuorū *R¹* s) caruerunt *(suprasc.* l*) O*, claruerit *(corr. m²) R¹* t) seruorum *(corr. m²) R¹* u) paterunt *G* v) *Novum capitulum notavi* w) recitant *(supra* t *m²* s*) A* x) uberrimā/// *(in ras. fuit* que*) C¹*

---

pertinent, rerum prouidentia praefuit — *In epistola circa a. 717 scripta etiam Bonifatius eam* venerandam abbatissam *nominat (Ep. Mer. I 252); praefuit monasterio inde ab anno 664 cf. Plummer, Beda II p. 219; vide etiam Will. Malmesb. Gesta pont. II § 73 p. 143 — Epist. Lulli (Ep. Mer. I 219)* ancillarum .. gubernatrici et monasticae conuersationis normam .. praebenti 1) *Cuthburga fuit soror Inae regis, cuius* 'arctissima necessitudine consanguineus' *Kenten, pater Aldhelmi, erat. Nupserat Aldfrido, Northaninumbrorum regi (685—705 i. e. Acircio), sed non multo post* 'coniugio diducto' *in coenobium Bercingense secessit. Cf. ad Chartae n. 5 not. 4 et Browne, St. Aldhelm. p. 271. Certum hinc duci potest argumentum, post 685 scriptam esse prosam de virginitate, sed eodem indicio fit verisimile, non nimis diu post illum annum eam esse compositam: quoniam Cuthburga, cum non diu fuisset sanctimonialis Bercingensis, abbatissa facta est Wimbornensis. — De pictura codicis Lambethani vide praef. p. 217* 2) *Quamvis saepissime in epistulis Bonifatianis formula* caritatis *vel* sospitatis — *haec etiam in epistola ad Acircium legitur* — salutem *legatur, haec ipsa* (prosperitatis salutem) *in eis non invenitur; sed adiectivum utrumque* (optabilis, perpetuus) *in salutationibus maxime obvium est* 3) *c. LII (p. 70, 22 G)* erectis ad sidera palmis. *Epist. ad Ehfrid. (p. 92, 5 G)* ineffabiles altithrono grates pansis in edito utrimque volis tripudiantes obtulimus? — *Bonifatius ep. 50 (Ep. Mer. I 299, 6)* suspansis ad aethera palmis Deo gratias egimus. 4) *epist. ad Acirc. p. 203, 13* nequaquam .. melliflua diuinarum studia scripturarum neglegenda .. ducas. *Cf. cap. XXVI (p. 29, 34 G)* mellifluam dogmatum dulcedinem

disertitudinem magnopere admirarer, en, inquam, ineffabili gratulatur tripudio[1] ille superi regnator Olimpi[2] et rector caeli[a], cum taliter catholicas Christi bernaculas[b 3], immo adoptivas regenerantis gratiae filias ex fecundo ecclesiasticae conceptionis utero spiritalis verbi semine progenitas per maternam viderit sollicitudinem divinis dogmatibus erudiri ac velut sagaces gimnosofistas sub peritissimo quodam agonitheta palestricis disciplinis et gimnicis artibus in gimnasio exerceri, qui laboriosi certaminis coronam et olimpiaci agonis triumphum difficillimis propriae exercitationis viribus naviter nanciscuntur, ita dumtaxat, ut alius strenua anthletarum[c] luctamina cum aemulo sinuosis laterum flexibus[4] desudans in meditullio scammatis flagrante delibutus lubrici liquoris nardo solerter exercere studeat; alius iaculorum catapultas et sagittarum spicula de obstrusis faretrae latibulis depromens[5], non ut passivos[d] oculorum obtutus libere per aethera[e] relaxet[f], sed ut certos[g] pupillarum conspectus demonstret[f], pando strepente arcu et nervo stridente ad destinatum[h] indeclinabiliter dirigit locum; alius anhelantium[h] in stadio cursorum plantis fidens pernicibus, (de quibus egregius agonista et divini sermonis dog-

1 Cor. 9, 24 matista *Omnes*, inquit[i], *currunt*, *unus tamen accipit bravium*[i]) turmas ludi participes G. 3 15 et laboris consortes superans victoriae palma[k] fortunatus[l] feliciter perfruitur; alius cum caterva contribulium falerato vectus cornipede, quem calcaribus cruentatum et flagris caesum[m] aureis comunt[n] lupatis, (de quo facetus poeta

Verg. XI 875 et VIII 596 Quadripedante[o] putrem cursu[o] quatit ungula campum)

perniciter implicans orbes orbibus[p] spatia terrarum metitur; alius classicis nautarum cohortibus stipatus et densis remigantum[q] agminibus circumsaeptus per vitreos oceani gurgites[r] celerrimam[s] agens liburnam aut lintrem instanter hortante proreta et crepitante[t] naucleru[u] portisculo[v] spumosis[w] algosisque remorum tractibus trudit[x].

III. ET quidem universa haec, quae per gimnosofistas exerceri deprompsimus inter scolares[y] saecularium disciplinas, apud vestri discipulatus industriam non exterioris hominis motibus aguntur, sed interioris gestibus geruntur[z], siquidem microcosmum id

---

a) rector olimphi (olimpi) & regnator cęli *BC¹LOR¹R³Heref. (cf. Ep. Mer. I 259, 30 sq.)*; regnator olimpi et rector cęli *AG* b) uernaculus *(supra* u *m²* a) *C¹*, bernaculas *R¹m¹ cf. p. 229, 6* c) *sic AB (m²* n *eras.)*; adthletarum (d *ex* n *m²) R¹*, anthletarum, n *rubro atramento sublatum G, cf. H. Zimmer Nachrichten der Götting. Ges. 1895 p. 159:* antletę *etiam Lios monocus (PlaC IV p. 281) v. 114; sic scripsi cum codd. etiam epist. ad Acirc. p. 185, 3;* athletarum *L, vulgo ed. pr.* d) passius *(supra* u *alt.* u *m¹) A*, passiuus *GR¹S*, passiuus *B (*u *alt. in* o *m²)* e) aera *(suprasc.* æþera) *B*, post *(suprasc.* ł p*) C¹S* f) relaxat .. demonstrat *AGC²R¹ (*demonstret *B, sed* e *ex* a *vel* æ*)*, demonstræt *O* g) certus *AS* h) ad obiec|tum *R¹ (*obiec *man. s. XVII in loco detrito supplevit)* i) Omnes inquit currunt & ceť *C²* k) palmo *(*o *in* a *m²) C¹* l) fortunatu feliciter *(*s *suprasc. m²) C¹* m) cessum *AG*, cesum *OP*, ꝯcesſum *R¹* n) comant *AG* o) *sic codd.*, sonitu *Vergil. cf. ad p. 186, 6* p) orbes obibus *(suprasc.* r*) A* q) nauigantũ *AG*, remigantiũ *B*, remigatũ *(suprasc.* n*) O*, densremigantũ *(*is *suprasc. m²) C¹* r) gugites *(m¹ suprasc.* r*) P* s) celerrimam *om. AG*, celerrimum *(*a *ex* u*)* liburnicam *m¹*, liburnam *corr. m²R²* t) *sic A*, crepante *BC¹O* u) *sic AGP*, nauclerii *BC¹R¹R²m¹*, naucleri *OLSHeref.* v) portisculo *AGR¹*, portiſculo *BC²PSR²*, porticulo (s *suprasc. m¹) C¹*, porticulo *C²LOHeref.* w) spomosis *(supra* o *prius m¹* v*) C¹* x) trudiť/// (ru *in ras.) P* *Novum capitulum in codd. varie significatur aut indicatur* y) *sic codd.*, inter *supra lin. C²* z) geruntur gestibus *AG*

---

1) *ad epist. ad Ehfridum adnot. prima; Cuthbertus ad Lullum (Ep. Mer. I 398, 27)* ineffabili Dei pietati tripudiantes gratias egimus; *Egburg Bonifatio (Ep. Mer. I 259, 30)* En, inquam, ille superi rector Olimpi ineffabili gratulatur tripudio, qui taliter te doctrina exornat diuina 2) *Verg. II 779* superi regnator Olympi; *de virg. v. 108* regnator Olimpi = *1196. 1368, aenigmata 79 (VIII, 3) 5* summi .. regnator Olimpi. *Epist. ad Acirc. p. 202, 2* summus Olimpi regnator 3) *c. LV (p. 74, 4 G)* bernaculis Christi, virginibus ecclesiae 4) *Verg. georg. I 244* flexu sinuoso *M* 5) *aenigmata 33 (IV 3), 7* spicula non vereor longis exempta faretris; *de virg. v. 2276* spicula dum patitur longis exempta faretris, *ep. ad Ehfridum p. 94, 31 G.* tenso .. arcu spiculisque ex faretra exemptis

est[a] minorem mundum ex duplici et gemina materiae substantia constare vestrae sagacitatis solertiam[b] non arbitror latere, quin potius, sicut exterioris hominis[c] natura, qui in propatulo formatus visibiliter conspicitur, haud difficillime deprehendi[d] potest, ita interioris qualitatem, qui caelesti[e] afflatus spiraculo iuxta geneseos[f] relatum creditur[g], Gen. 2, 7
a vestra prudentia membratim et particulatim subtiliter[h] investigatam reor. Etenim celeberrimus ille nominis Christi[1] gerulus[i] ad exemplum militiae[i] Christianorum agonem protulit gimnicorum dicens: *Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant*[k], *nos*[l] I Cor. 9, 25
autem incorruptam et alibi: *non quasi*[m] *aerem verberans.* Et quamvis[n] gimnicorum ibid. 26
exempla, qui[o] agilitate corporis theatrales[p] populi pompas et praeconia circensium adipiscuntur, rite congruant ad comparationem eorum, qui per ampla[q] scripturarum stadia[r] decurrentes sagacissimam animorum[s] industriam et vivacis ingenii qualitatem assidua[t] lectionis instantia exercere noscuntur[2], IV. ast[u] tamen solertissimae apis[v][3] industriam praedictis exemplorum formulis coaptari posse uberrima rerum experimenta liquido declarant[w], quae roscido facessante[x] crepusculo et[y] exorto limpidissimi solis iubare[4] densos extemplo tripudiantium[y] turmarum exercitus per patentes campos gregatim[z] diffundunt, modo melligeris[a] caltarum[b] frondibus seu purpureis maluarum floribus incubantes mulsa[c] nectaris stillicidia[d], guttatim rostro decerpunt et velut lento careni[e] defruto, quod regalibus ferculis conficitur, avida[f] viscerum receptacula certatim implere contendunt, modo flaves-
G. 4 centes saliculas[g] et crocata genestarum[h] cacumina circumvallantes fertilem praedam

---

a) microcosmum ·i· mundum m. *O (i÷ C²)*, mi◡cro◡cosmum Id est *P* b) constare · sagacitatis sollertiam *O supra lin.* sagacitatis uĩræ sollertia *C¹* c) hominis *in marg. m²A* d) conpraehendi *C¹*, conprehendi *OHeref.* e) caelestes *A* f) iuxta illud geneseos relatum *R¹*, illud *man. rec.* g) geneseos creditur relatum: creditur *suprasc. m¹A*, iuxta//////////// geneseos relatum creditur *G* h) subtiter, *suprasc.* li *m¹A* i) *ab* Etenim *novam partem significat P; sic* (nominis Christi) *codd.;* Christi nominis *ed. pr.*, militae *P* k) Et illi̇quidem (i *suprasc. m¹); m² suprasc.* laborant *P; supra* quidem *m²* currunt *R¹*, accipiant *om. AG*, accipiunt (u *m² in ras.) P* l) uos *AG*, nos *ex* uos *P*, nos *B cett.* m) sic pugno non quasi *C¹R¹R⁴PS*, sic pugno *om. AGBR³Heref., suprasc. L (sed ita, ut inter* non *et* quasi *insereret)* pugno sic *suprasc. OR²; iuxta* uerberans *in margine* K *OS* n) *Capitulum IV hinc incipit R⁴* o) qui *codd.*, quae *Giles* p) theatralis *suprasc. m²* e *P* q) p am///pla *C¹* r) studia *(a supra* u *m¹) A*, stadia *(a pr. ex* u*) B*, studia *R¹* s) animorum *AGLPR¹R⁴*, animi≡ *(i ex* orum*) B*, animi *OC²R²R³*, animorum *suprasc.* animi *m¹C¹S (corr. m²)* t) asidui *(alt.* s *et* a *suprasc. m²) B* u) *Novum (quartum) hinc capitulum incipiunt codices (*De apium sollertia *insc. R¹) et editiones.* Ast *AG*, At *(sed* A *in ras.) B*, Eat *C¹*, At *cett.*, Et *Heref.* v) apes *(*e *ex* i*) C²* w) liquid declarant *suprasc.* o *m¹P*, liquide *R³S* x) *sic AC¹C²GOPR¹R³R⁴*, fatescente *(*a *supra alt.* e *m²) B*, facescente *Heref.*, facessante *suprasc.* recedente *m³L, suprasc.* deficiente *R²S, (*roscida*? L)* facessente *ed. pr. cf. p. 236, 8, ad carm. rhythm. 1, 159 et ad epist. ad Ehfridum* y) et *om. AG* — trepudiantium *R¹* z) gregatim campos *BL*, campos gregatim *AG cett.*, gregatim *(sed* e *ex* æ*) O*, gregamtim *P* a) *Hinc novum incipit capitulum, adscripto in margine* CAP II, Melligeris *(*Modo *add. m²) B*, Modo mellieris *AG* b) caltorum *(supra* o *m¹* a*) C¹* c) mulsa *(*s *ex* t *m¹) R¹* d) stillicia *(suprasc.* di*) A; ad* rostro *in A in marg. inferiore adscriptum est* p rostra semper plurales numerus et est locus ubi in urbe conticitur *(lege* contionatur = *Corp. Gl. V 577, 41); eadem verba in G in pag. praecedente adscripta sunt* e) carenae *AGR¹*, carenae *(suprasc.* ae *m¹* i*) P*, careni≡ *(*e *ex* i*) B*, caræni *G*, casiae *I. F. Gronov.* f) auidů *(corr. m¹) C¹*, auidauisęrum *P* g) saliculos *C²*, saliunculas *B* h) genestarum *codd.*, genistarum *edd.;* crocota *(*o *in* a *m¹) R¹*, crocata *(man. rec. suprasc.* ea*)* genestarum *(man. rec. alt.* e *in* i*) G*, croccata genistarum *ed. pr.*

---

a) euangelii C^1C^2LPS, eguangelii *O* b) bucina *codd.*, bucĩna *(ʌ al. atramento) A*, buccina *ed. pr.* c) ob *P* d) inlecebrarũ *ACG (corr. in* illecebrarum*); LO*, inlecebrorũ *B*, inlecebrarum *(sed* ar *in ras.) C^2* e) colludio *codd.*, colludio *Giles* f) uicistitudine *(suprasc.* si m^2*) A* g) grauita *(suprasc.* t*) C^1*, gratu ita C^2 h) p̄sagus C^2 i) septies C^2R^3 k) annorum curriculis R^3 l) laterculo *suprasc.* numero AC^2G *(ante* laterculo *rasura, in qua fuit* numero; numero *in textu codd. deest)*, laterculo numero *Giles = ed. pr.* m) CCCCXC$^{\text{ti a}}$· C^2LS n) fabræ factam C^1, fabrę factam *S* o) sine uiri uola *AGR*, vola *(suprasc.* o m^2*)* R^1, sine uiri *(suprasc.* li m^2*)* uolo *B*, sine uiri *(suprasc.* li*)* uolo *(suprasc.* a*) C^1*, sine uiri volo C^2P, sine uirili uolo C^2LOR^3S *(*li u *clariore atramento scriptum)*, sine uirili uola *(*a *in ras.)* R^4, viri uola *ed. pr. Giles* p) moritali *(*o *in* a m^1*) AG* q) conplex *(suprasc.* u*)* absciso *A*, conplexuabsiso *G*, abscisso *L*, absciſso *P* r) percussum *(*u *in* a m^2*) B* s) frutiferis *(suprasc.* c m^2*)* R^1 t) polotenus C^1GLR^1 u) cono *(suprasc. man. insul.* alto*) A; G* v) pr////petis *(supra* pr m^1 e; s *partim eras.) P* w) nymborum OR^2 x) obstaculo *(suprasc.* a m^3*) B* y) per obem *(suprasc.* r m^1*) A — cf. ad p. 230, 19* z) instrumenta *(suprasc.* o m^3*) B* a) succiſsa *P* b) ·VII· *LOPR*^{1}, octo C^2 c) luxoriante *AG (*o *man. rec. in* u*) P (suprasc.* u m^2*)* R^1 d) fl̄iorum *(supra ras.* o m^2*) P* e) fradaretur *(suprasc.* v m^2*) A*, frauderetur *B* f) *sic AG* g) *haec *addidi* h) terificos *(suprasc.* r m^2*) B* i) fexis *(supra* x m^2 l*) P* k) *sic* $AGOPR^1R^2$, literarũ *(suprasc.* t m^1*)* C^1 l) *sic codd.*, caraxatis *suprasc.* scriptis *et sequente rasura G* m) hoest *(suprasc.* c m^1*) O* n) mane · thecel · phares · C^1R^3, techel *cett., etiam AG*, tehel *suprasc.* c R^2 o) numerau//////t C^1 p) memora////tur *(in ras. fuit* n*)* R^1

---

1) *ep. ad Gerunt. p. 84, 20* huiuscemodi opprobrium apostolica compescit bucina. *vide cap. XVIII et c. XXIII 8* 2) *Hieron. prolog. in Danielem:* illud in praefatione commoneo, nullum prophetarum tam aperte dixisse de Christo. Non enim solum scribit eum esse venturum, quod est commune cum ceteris, sed etiam quo tempore venturus sit, docet; et reges per ordinem digerit et annos enumerat *e. q. s.* 3) *Hieron. in Dan. IX 24 (V 567 M.)* Dicit autem ipse angelus septuaginta annorum hebdomadas id est annos quadringentos nonaginta. *cf. Beda, De temporum ratione c. IX. Eundem numerum in carmine v. 331 ita computat, ut praeter quadringentos annos duodeviginti lustra circumacta esse dicat usque ad annum natalem Iesu Christi. cf. etiam ep. ad Acirc. p. 69, 22* 4) *cf. titul. ep. ad Winbertum p. 336 G* 5) *cf. c. XX init.*

Dan. 1, 6. 3, 12. 25 Ea tempestate etiam tres pueri avita Ebreorum stirpe[a] progeniti et in transmigratione Babiloniae[b] ad Chaldeos abducti nequaquam carnalis copulae voluptatibus operam dedidisse leguntur[c], sed in arto[d] spontaneae virginitatis proposito permansisse memorantur, quamvis importuna Iudeorum[e] garrulitas fribula[f] falsitatis deleramenta confingat asserens, nequaquam eosdem puberes aut praefatum[g] collegam externae peregrinationis participem ultroneos castitatis caelibes, sed invitos[h] spadones extitisse[i1], qui[k] secundo Matth. 19, 12 eunuchorum[l] gradui evangelica veritatis astipulatione deputantur[m2]. Hi[n] denique in tantum[o] paternae traditionis regulam et divinae sanctionis censuram servasse scribuntur[p], ut etiam ad obtinendam integritatis et continentiae gloriam opulentas[q] regalium fercu- Dan. 1, 10 lorum dilicias et principalis alimoniae pulmentum in tenerrima[r] pubertate contempserint[s]; vilibus tantum leguminibus vitam sustentare contenti lascivam[t] iuventutis petulantiam Dan. 3, 1 refrenarunt. Quamobrem inorme[u] Chaldaici regnatoris simulacrum, quod colosi[v] | subli- G. 23 mitatem[w] centenis ac septenis pedibus in alto porrectam[x] bis tricena cubitorum pro- v. 5 ceritate vincebat[3], licet horrendus salpicum clangor increpuerit et musica sambucorum[y] v. 19 armonia[z] persultans insonuerit[a] simulque flammivoma[b] camini incendia naptarum fomite sarmentorumque nutrimine succensa terribiliter[c] torruerint, flexis poplitibus suspicere[d] refragabantur et pro inflexibili rigidae[e] mentis constantia angelico fulti suffragio[f] ambustas malleoli machinas[g] crepitantesque clibani globos fide invicta vicerunt.

XXII. SED quid in veteribus viris[4], quibus priscae legis licentia nuptiales thalamorum copulas pro nepotum prosapia et posterorum progenie propaganda[5] clementer indulsit[h], thesaurum virginitatis examusim inquirentes velut apes de diversis[i] pratorum[k] floribus flaventium[l] favorum machinas tenaci glute[m] sarcientes morarum vincula nectimus[6]

---

a) stipe *(suprasc. r m²) A* b) babiloniae R^1R^2 c) memora *(paene extinctum)* leguntur *A* d) *sic* $ABC^1R^1R^2$, inarto *GLO* e) iudeorum *A*, iudæorum *G* f) frivola *codd.* g) *post* praefatum *rasura unius vocabuli, supra quam* ·i· socium *(m¹)* i. danielem *m²; in ras. fuisse videtur* trenum C^1, prę-phatum *O* h) ultroneos — inuitos *om. AG* i) spa///dones *(in ras. fuit* u*)* exstitisse PR^3 k) qui *suprasc.* s. gradus *L*, gradui *m¹ supra lineam O* l) enuchorum *AG* m) deputantur *B*, deputa////tur *P*, deputatur *AGPR¹* n) Hii $OPR^1R^2R^3$ o) intantum *L* p) scribuntur $AGOR^1R^2R^3$, describuntur *(*de *add. m²) P*, describuntur *cett.* q) gloriam· et opulentas *L*, epulentas *G* r) intenerrima *L* s) contẽpserint *(*i *ex* u*) BR^2*, contempserit *(suprasc.* n *m¹) O* t) lasciuiã *B*, lasciuam R^3 u) inormem *(extremum* m *sublatum) A*, inorme *(supra* i *m³* e*) B*, enorme *Giles* v) *sic* $ABC^1GOPR^1R^2$, colosii *(altera linea addita atramento altero) L; in inf. marg. in AG man. insularis:* quando cadit colosus cadit roma quando cadit roma totus mundus ca(dit) *cf. Hauck Kirchengesch. I² 414* w) sublimitatem *(*i *alt. in ras.) P* x) porrectum R^1R^2, perrectam *G* y) sambucorum *codd., Corp. gloss. II 480, 3* sambucum *ψαλτήριον; sed* sambucae *in textu Danielis et carm. v. 374* sambuca . . respondet musica z) armonia *codd.* a) insonuerit *m¹ supra lin. A*, inton uerit *supra lin. G* b) flammiuo/////a *(supra ras.* m *m¹) C^1* c) succens ter ribiliter *P* d) suscipere *m¹* (c *in* p, p *in* c *corr. m²) B, item sed corr. m²P*, suscipere R^1, suscipere refragaba(tur) *alia man. in marg.* R^2 e) ride *(suprasc.* gi *m²) B* f) sufragio *(*f *alter. suprasc. m¹) R^1* g) ma////inas *supra ras.* ch C^1 *Novum capitulum (XXII: B in marg. XI) incipiunt codd.* h) idulsit *(suprasc.* n *m²) A* i) ediuersis *L*, ////ediuersis *in ras. fuit* d *P* k) pratarum *AG* l) *ante* flauentium *rasura unius vocabuli A* m) glute *ABGOP*, glutæ *L*, glutine *Giles*

---

1) *carm. 367—390. Hieron. in Dan. 1 (cap. 1, 3 = V 518 Migne)* Unde et arbitrantur Hebraei Danielem et Ananiam et Misael et Azariam fuisse eunuchos *cf. Hieron. in Isaiam lib. XI cap. XI (IV 414 Migne)* 2) *Hieron. in evang. Matthaei lib. II c. XIX (VII 140 Migne)* triplex genus est eunuchorum . . . alii sunt, qui de matris utero sic nascuntur; alii, quos vel captivitas facit vel deliciae matronales; tertii sunt *e. q. s.* 3) *Non* 'colisaeum' *(cf. [Beda] Excerpta Patrol. L. Migne XCIV 543) plus centum cubitos altum confert Aldhelmus, ut intellexisse locum videtur librarius Wirceburgensis, sed colossum Rhodium, qui fuit cubitorum septuaginta = pedum centum quinque cf. Plin. n. h. XXXIII 39, Isidorus, Etymol. XIV 6, 22; perturbavit Aldhelmum modulorum varietas cf. Hultsch Metrol.² p. 77; nam bis triceni cubiti nonaginta tantum pedes efficiunt* 4) *carm. 391—394* 5) *c. XIX* ingalitas, quae ad propagandam posteritatis sobolem et liberorum procreandorum gratia . . nodatur *cf. ad c. VIII 1* 6) *Verg. ecl. VIII 77* Veneris, dic, vincula necto. *M.*

et otia[a] temporum terimus, cum etiam in rudibus[b] et neutericis[c] catholicae fidei sectatoribus, postquam latebrosa prioris instrumenti latibula funditus evanuerunt et limpida sequentis[d] testamenti luminaria per gratiam evangelicae[e] praedicationis crassae noctis caliginem illustrantia[f] in triquadro terrarum ambitu[g] diffusius spargerentur[h], innumera beatae virginitatis exempla affatim exuberent et ubertim suppeditent? E quibus haec paucula[i], quae ad memoriam venerant, carptim et cursim congessimus, quo facilius cunctis votivum integritatis munus mercantibus in propatulo patenter clarescat, quibus auctoribus edita pudicitiae proceritas velut[k] praestantissima[l] omnium virtutum farus seu quadrati rotundus obolisci[m] globus[n] ad tantum perfectionis fastigium et divinae contemplationis culmen[o] in altum surrexit[p], ut merito sextum evangelicae[q] beatitudinis[r] gradum consequi credatur, de quo evangelista[s], tropicus florentis[t] paradisi latex[1], quem Ezechiel Ezech. 1, 10
vultu declarat humano[2], ita congruenter adstipulatur: *Beati mundo*[u] *corde, quoniam ipsi* Matth. 5, 8
Deum videbunt. O quam limpida virginalis pudicitiae pupilla coruscat, o quam splendida piae castitatis acies illustrat, quas nec carnalis caligo illecebrae[v] obtundit[w] nec[x] spur-
G. 24 cae[y] obscenitatis glaucoma suffundit, quo plerumque — heu dolendum dictu[z] — etiam perfectorum palpebrae graviter grossescunt[a] et, qui putabantur pudicitia[b] praediti, dum saepe humanum fallitur iudicium, quasi scotomaticorum lumina tetris tenebris obturantur[c]! De qua fetida[d] impuritatis sentina animarum liburnas[e] lugubriter summergente[f] veraciter immunes fore creduntur, qui gloriosa non fictae puritatis palma perfecte potiuntur[g] et cum[h] caterva castae vexillationis victricia arma vehenti[i] per portas caelestis Hierusolimae[k] gregatim gradituri ante angelicum caelestis theatri consessum et terribile tribunal iudicis singulorum facta[l] iusta discretionis lance librantis virginalis triumphi tropeum[m] et illaesae[n] castitatis labara[o] laeti gestabunt[p].

XXIII. IOHANNES[q][3], sacer materna nondum editus matrice profeta[4], veteris instrumenti meta et prima rudi dumtaxat regnante gratia asperrimae poenitudinis lima, vox verbi salebrosos[r] complanans[s][5] anfractus, praeco regis saluberrimum Christi devulgans adventum, supernae prolis paranymphus[t][6] primitivae dispensans[u] ecclesiae rudi-

---

a) otio *(o in* a *m³) B* b) inrubus *(suprasc.* di *m¹) A* c) neutericis *codd.*, neotericis *Giles* d) sequentes *(suprasc.* i*) O* e) eguangelicę *O* f) lustrantia *BR¹* g) ambītu *(sic) A*, ambimtu *G* h) spargerentur *Aldhelmus scripsit quasi praeiret* cum i) paucul *R¹* k) uelud *O* l) praestantissima o. u. farus *AGOR¹*, prestantissima farus o. u. *B*, præstantissimus o. u. *LGiles cf. c. IX* quasi praecelsa farus in edito rupis promontorio posita *c. XLIX* usque ad summam uirtutis farum m) obolisci *cruce superpos. AG*, abolisci *R¹* n) globos *(suprasc.* v *m²) B* o) ad culmen *O* p) surrexit *ABm²* (erit *m³) GL*, surrexerit *OR¹* q) eungelicæ *(suprasc.* a*) A* r) bea tudinis *B* s) euuangelista *B* (u *prius delet.), suprasc.* matheus *m²*, eẽangelista *O* t) patentis (t florentis *suprasc.)* paradysi *B*, paradysi *L;* typicus f. p. latex *I. F. Gronov.* u) mundi *(suprasc.* o *m²) B*, mundo *A;* mundi *ut videtur, ex Augustino cf. Sabatier III 21* v) inlecebrę caligo *BOR¹*, caligo inlec(a)ebrę *AG* w) optundit *O* x) naec *R³* y) spurcae *codd.*, spineæ *Giles* z) dictu *codd.*, dictum *Giles* a) grossesunt *(suprasc.* c *m²) B*, grossescut *(suprasc.* n*) O* b) pudicitię *B* c) obturantur (t *prius in* d *m²) A*, obdurantur *G*, obscurantur *(suprasc.* t tu*) B* d) f&ida *ALR¹* e) liburnas *codd.*, liburnicas *Giles* f) summergente *ABm²GR¹* g) qui — potiuntur *minoribus litteris m² suprasc. O* h) cum *codd.*, dum *Giles* i) uehenti *AG*, vehentis i *in* e *m²;* uehentis *R¹B*, uehentes *LO* k) hierusolimae *AGL*, hierosolimae *R¹*, hierosolymę *O* l) fata *(suprasc.* c *m²) A* m) tropeum *AGO*, tropheum *BL* n) inlesę *codd.*, illæsa *Giles* o) labara *(suprasc.* b *m²) A*, labbara *G* p) gestabunt//// *(in ras. fuit* ur*) B* *Novum capitulum indicant codd. plerique* q) IOHANnis *A* r) salebrosa *suprasc.* incultos *G* s) conplans *(suprasc.* an *m¹) A* t) paranymphus *codd. cf. carm. v. 407* u) dispensas *(suprasc.* n *m²) A*

---

1) *cf. ad c. VII, 4* 2) *cf. ad carm. de aris (carm. eccles. IV) X v. 17* 3) *Auctiora de Iohanne baptista habet carmen v. 395—459* 4) *Lucas 1, 41. — Sedul. carm. pasch. II 144* matris dum ventre latet nondumque creatus Senserat obstruso iam tunc sermone prophetes 5) complanans: *Iesaia 40, 3. Ioh. 1, 23; Marc. 1, 3. Luc. 3, 4* 6) *carm. v. 407* Praedicat adventum Christi paranymphus in orbe. *carm. v. 421* Idcirco mundus mundum sine labe piacli Abluit

mentum, nonne pro integritate castimoniae totius[a] castitatis auctorem polo patente, voce
Matth. 3, 16 per aethera tonante, spiritu in simulacro alitis descendente Iordanis gurgite[b] tinctum, mundus mundum et virgo virginem baptizasse describitur? Quique torrido castitatis
Marc. 6, 18 ardore flagrans vetitos regalis tori[c] hymeneos compescens olidarumque polluta nuptiarum contubernia aporians[1] asperrimae[d] invectionis severitate coercuit et huius rei gratia putidos ergastuli[e] squalores libenter laturus purpureo carnis cruore rubris fibrarum rivulis[f 2] decurso sacram redemptoris[f] passionem misticis praesagminibus[g] portenderat[h].

IOHANNES[3], quadripertitae scriptor historiae et verax evangelicae relationis tetrarcha[i], quem salvator, unica mundi redemptio et conservandae castitatis alma praefiguratio, propter virginalis pudicitiae gloriam inter ceteros peculiariter pio dilexit[k] affectu, miris virtutum signis per totum orbem claruit. Etenim vimina virgultorum silvestria e frondosis[l] nemoribus allata mutavit in obrizum flaventis | auri metallum, teretes G. 25
quoque scopulorum glareas et rotundos[m] scruporum[n] lapillulos de arenosis litorum sablonibus[o] adductos contra creaturae ritum in rubicundas gemmarum congeries[p] superna[q] potestate fretus[r] facillime convertit. Nec non dispersa gemmarum fragmina, quae decepta germanorum simplicitas secundum stolidissimi sofistae[4] monita ad spectaculum[s] vulgi minutatim in frusta[t] friabat[u], in pristinum reformavit statum, sed et[v] matronam,

---

a) toti *(adsc. v² m²) B* b) iurgite R^1 c) thori *L* d) asperrime *AOP*, asperrima *BL* e) ergastuli *in marg.* m^1B f) ribulis *(b in v)* A, runulis m^1G. — redemtoris OR^1 g) mistici sp̄s agminibus *G = ed. princ.* (mystici); m. s. imaginibus *I. F. Gronov., qui tamen etiam* praesagminibus *coniecit, quod codd.* (p̄sagminibus) *habent* h) portenderat *codd.*, portendit *Giles* i) tetarcha *(suprasc.* r m^2*) P*, tethrarca *G* k) dilexit *codd.*, diligebat *ed. pr. = Giles* l) frondosis *(sis* m^2 *in ras.) P*, effrondosis *(f prius sublatum) G* m) rotundas *L* n) scruporum *AG (= ed. pr.)* PR^1, scrupearum *B (suprasc.* o m^2*)* C^1C^2LO *(suprasc.* saxarum nigrarum*)*; $R^2R^3R^4R^5$, scrupeorum *Giles* o) sablonis *AG* p) congeriēs *P* q) supne *(e in a* m^2*) B* r) potestate fretus *codd.*, fretus potestate *Giles* s) spectuculum *(a supra* u *alt.* m^2*) A* t) frustra *G* u) friabat AR^1Gm^1 *(man. rec.* fricabat*)*, in frustae friabat *(suprasc.* c m^2*) P*, fricabat *cett.; restituit iam I. F. Gronov. conferens carm. v. 1541*, in frustra fricabat *ed. pr.* v) et *ABLOP*, Sed ut *G*, sed etiam *ed. pr. = Giles*

---

1) *II Corinth. 4, 8 cod. Amiatinus:* aporiamur = coartamur *Corp. Gloss. V 491, 46* aporiatus angustiatus, *IV 422, 17* repulsus aporiatus. *cf. K. W. Gruber, Die Hauptquellen des Corpus-, Epinaler und Erfurter Glossares, Erlangen 1904 p. 15. 51.* 2) *carm. v. 1313* donec purpureo rorarent sanguine rivi *c. LIV* purpureo pretiosi sanguinis ostro. *fam. Hisper. 4, 11* fusis ostrei cruoris rivis. — cruore .. decurso: *participium tale verbi neutrius vix alius quisquam toleravit; aliter de tempore: epist. ad Ac. p. 67, 15 et Thes. L. L. V 232* 3) *carm. 460—478, ubi multa omissa sunt. [de aris V 11. 12] Desumpsit sua Aldhelmus ex eodem fonte ad Acta Iohannis referendo, quo usus est etiam Isidorus, De ortu et obitu patrum c. LXXII (V 183 Arev.)* Ioannes apostolus, filius Zebedaei, frater Iacobi, virgo electus a Domino atque inter ceteros magis dilectus, qui etiam super pectus magistri recumbens et evangelii fluenta de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit et quasi unus de paradisi fluminibus verbi Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit .... Cuius inter alias virtutes magnitudo signorum haec fuit: mutavit in aurum silvestres frondium virgas litoreaque saxa in gemmas, item gemmarum fragmina in proprium reformavit naturam, viduam quoque ad precem populi suscitavit [et redivivum iuvenis corpus revocata anima reparavit]. Bibens lethiferum haustum non solum evasit periculum, sed eodem prostratos poculo in vitae reparavit statum .... Unde accidit, ut quidam eum vivere asserant nec mortuum in sepulcro, sed dormientem iacere contendant, maxime pro eo quod illic terra sensim ab imo scaturiens ad superficiem sepulcri conscendat et quasi flatu quiescentis deorsum ad superiora ebulliat 4) *Mellitus de passione Iohannis = Codex apocryphi Novi Test. ed. I. A. Fabric. III p. 607:* Craton *(cf. Lipsius, Die apokryphen Apostelgesch. I 422)* philosophus in foro proposuerat de contemptu mundi spectaculum, ut duo fratres ditissimi, quos fecerat distracto patrimonio suo gemmas emere singulas, quas (*l.* has) in conspectu omnis frangerent populi *e. q. s.*

quam suprema sors gemina mortis multaverat[a] urna, turbis pauperculorum[1] subnixa prece poscentibus, quos sumptuosa erogatae stipis alimonia sustentabat, oratione sequestra[b] de letifero sopore suscitavit, cumque furibunda paganorum[c] ferocitate crudeliter cogeretur, ut mortiferum poculi haustum[2], in quo dirorum virulentus graminum sucus simulque truculenta regulorum et aspidum venena atque[d] quadripedis robetae[e] et spalagii[f] pestifera confectio[g] humanae naturae nocitura habebatur, potando consummaret[h], praemisso[i] Christi labaro tutus et Christi vexillo[k] armatus nec venenata draconum detrimenta tremibundus[l] extimuit nec horrida mortis discrimina pallidus expavit. Gemina quoque defunctorum[m] cadavera, quos letale virus crudeli mortis exitio perniciter prostraverat, in pristinum vitae statum restituit et sic in castitate florens[n] usque cicneam vetulae senectutis canitiem feliciter permansit. Nonnulli vero eundem non generali morte defunctum, sed speciali somno soporatum in sarcofago vitaliter quiescere contendunt, pro eo quod salvator dixerit[o]: *Sic*[p] *eum volo manere, donec veniam,* praesertim[q] cum de sepulcri tumba[r] pulvis ebulliat et quasi reciproco spirantis flatu in superficie[s] antri sensim scaturiat[t]? Ioh. ev. 21, 22

DIDYMVS[u 3], quondam dominicae resurrectionis incredulus negator, sed visis vulnerum cicatricibus credulus praedicator, qui Eoae tripertitas[v] Indiae provincias sereno evangelicae praedicationis lumine illustravit et[w] execranda sacellorum lustramenta et inepta pontificum[x] flaminia[y] funditus evacuavit, cum pudicos thalami consortes instruens de virginitatis laudibus loqueretur, *Habetis,* inquit, *integri|tatem*[z], *quae est omnium regina virtutum et fructus perpetuae virginitatis*[a]. *Virginitas soror est*[b 4] *angelorum et omnium bonorum possessio, virginitas*[c] *victoria libidinum, tropeum fidei, victoria de inimicis et vitae aeternae securitas.* En, apostolicae clangor bucinae velut tonitruali fragore concrepans[5] devotas[d] virginum mentes ad integritatis cultum cohortatur, dum eam immensis rumorum laudibus prosequitur. Ioh. ev. 11, 16. 20, 24 G. 26

---

a) multauerat *codd.*, mulctauerat *Giles* b) cum oratione sequestra C^2OR^3, cum *eras.* C^1 c) pagonorum *AG* d) adque *A*, ad quae *Giles* e) robetae *AGPR*^{1}, rubetae *BL*, rubete *O*, *Corp. gloss. V 387, 32* rubeta rana f) spalagi *AG*, spalagii *BPR*^{1}, spalangii *LO*, *Corp. gloss. V 333, 43* spalagius musca venenosa g) conuectio *(suprasc.* f *m*^{1}*)* R^1 h) conſummaret (n *ex* m) *A*, consummaret *GPR*^{1}, consũmeret (e *prius ex* a *in ras.) B* i) praemiso *PR*^{1}*; sequuntur tres versus rhythmici* k) et crucis uexillo *OP* l) tremibusdus (n *supra* s *m*^{1}*) A* m) defunctorum: unctor *in ras. B* n) flores *(suprasc.* n *m*^{2}*) P* o) dixerit *AGP*, dixit (it *in ras. m*^{1}*)B*, dixit *LO* p) Sic *AGOP* Si *Giles* q) p̃serim *corr. m*^{1}*B* r) tũ ha: ha *delevit m. post. G* s) sup ficię *O* t) antriſſcaruiat *(in marg. m*^{1} sensim*) P*, sensĩ̃ i *ex* u *B* u) Dydymus *AG*, Dydimus *BL*, Didimus *OR*^{1} v) eo etriptitas R^1 w) et *om. AGR*^{1}*, supra lin. m*^{2} *add. B* x) pontificſum *O* y) flaminea *B (*e *ex* c *m*^{2}*) C*^{2}*R*^{4}, flammea R^1, flamina R^5 z) habetis enim integritatem *AG* = *ed. pr.* a) perpetue uitæ *AG*, ppetuæ salutis R^1 b) est soror *O*, sororem *G* c) uirginitas est *B*, est *om. cett.* d) deuotans *G*

---

1) *ibid.* Sanctus Ioannes videns flentes pauperes et parentes ac viduas simul cum orphanis clamantes et dicentes: Sancte Ioannes apostole, ecce Drusianam efferimus, quae sanctis monitis tuis obtemperans nos omnes alebat serviens Domino *e. q. s.* 2) *ibid. p. 618:* B. Ioannes iacentibus mortuis his, qui venenum biberant, intrepidus et constans accepit calicem et signaculum crucis faciens in eo dixit ... audito (Dei) nomine serpens conquiescit, draco fugit, silet vipera et rubeta illa, quae dicitur rana, quieta torpescit et scorpius extinguitur, regulus vincitur et phalangius (*l.* sphalangius) nihil noxium operatur ... et omnes adversae salutis humanae radices arescunt 3) *In carmine Thomas non commemoratur, sed confer carm. de aris VI. Vel id, quod in India doctrinam Christianam propagasse narratur (cf. Lipsius l. c. I 227 sq.), indicare videtur, etiam haec ex auctore aliquo desumpta esse, qui Acta apocrypha Thomae adhibuerat. Sed ipsum frustra quaesivi* 4) *confer ad c. VII adn. 1. — Ad eundem auctorem haec referenda videntur, e quo sumpta sunt, quae leguntur c. XIX* 5) *cf. ad cap. XXI p. 251, 1*

Gen. 49, 27 Paulus ad Philipp. 3, 5 XXIV. PAVLVS[1], dudum Saulus, vas electionis, tipicus Beniamin *crepusculo*[a] *devorans*[b] *praedas, vesperi*[c] *dirimens manubias*[2], qui pithonissam[d][3] necromantiae spiritu[e] falsitatis fribula[f] vaticinantem et ob hoc[g] sumptuosas procerum opulentias affluenter[h] a. a. 16, 16 cumulantem gazasque quaestuum diliciosas affatim locupletantem mutae taciturnitatis Cor. 11, 25 valvam labris procacibus opponere imperio terrente[i] coegit quique — mirum dictu — Cor. 11, 24 quater senas in fundo maris profundo sospes transegit horas atque quinquies[k] quadragenas acerrimo crudelitatis tormento una minus accepit, nonne ob purae integritatis prae- 2 Cor. 12, 2 rogativam[l] tertium polum peragrans supernorum civium arcana castis obtutibus contemplatur et caelestis militiae[m] abstrusa[n] ineffabili rerum relatu rimatur, licet revelatio[o] quam dicunt Pauli[4] in nave aurea florentis paradisi dilicias eundem adisse garriat? Sed fas[p] divinum vetat catholicae fidei sequipedas[q] plus quippiam, quam canonicae veritatis censura promulgat[5], credere et cetera apocriforum deleramenta velut horrisona verborum tonitrua[r] penitus[s] abdicare et procul eliminare orthodoxorum[t] patrum scita scriptis decretalibus sanxerunt.

Ezechiel 1, 10 LVCAS[6], praesago vituli simulacro ab Ezechiele designatus[u][7] et tertius evangelicae praedicationis historiografus, qui apud Antiochiam medicinale cataplasma procurans primo purulentas[v] corporum valitudines[w] et aegrotas viscerum fibras ac deinde spiritales animarum incommoditates torrido dogmatum cauterio seu divini verbi flebotomo[x] salubriter sanabat, usque septuagenarium[y] ac[z] quartum aetatis annum illibatae castitatis[a] comes pudicissimus permansisse[b] memoratur[8]. Igitur cum generale mortis

Novum capitulum indicant codices a) crepuc̄ulo *(suprasc. s m²) A,* CREPCULO *(suprasc. us m³) B* b) deuoc̄rans *A* c) uespe *(e ex i m²) B* d) phitonissā *BL,* pit///onissam *(supra p m¹ h; in ras. fuit h) O* e) spū *(u in m man. rec.) G* f) fribula *OR¹,* frivola *cett.* g) oboc *(suprasc. h) A* h) affluenc̄////// *B* i) terrenti *R¹* k) *substantivum etiam versiones antiqua et nova omiserunt cf. Sabatier III 754,* quinques *(suprasc. i m¹) O* l) prorogatiuā *B* m) miliae *(suprasc. ti) A* n) abstrusa *A,* obstrusa *B* o) relatio *AG = ed. pr.* p) vas *R¹* q) sequipedas *AGB,* sesquipedas *codd. cett., quod I. F. Gronov. corr. in* pedissequas, *sed cogitavit etiam de* sequipedas *cf. epist. ad Gerunt. p. 85, 19 G* successores et sequipedae r) tc̄onitrua *B,* horrisona errorum tonitrua *I. F. Gronov.* s) pænitus *G* t) orthodorum *(suprasc. xo m²) B* u) simulacro signatus *AG,* ab Ezechiele designatus *cett.,* ab ezehhiele *O* v) pu///rulentas *(u in ras. m²) B* w) ualitudines *AGB (e ex i m²) LR¹,* corporum in ualitudines *O (in alio atramento) R²* (in *postea additum?)* x) flebotomo *ABGLO,* pleboto(mo) *R¹* y) septugenarium *AG* z) et *(suprasc. ac m²) L* a) castigatis *B* b) permansisse *ABOR¹,* mansisse *L*

1) *carm. 479—502 (in plerisque differunt) et de XII aris II* 2) *Hieron. quaest. in genesin 49, 27 (III 1060 Migne):* 'Benjamin lupus rapax, mane comedet adhuc et ad vesperam dabit escam'. Quam de Paulo apostolo manifestissima prophetia sit, omnibus patet, quod in adolescentia persecutus ecclesiam, in senectute praedicator evangelii fuerit. *cf. epist. ad Acirc. p. 65, 14 sq.* — *Sedul. c. p. III 208* ut typicus Moyses 3) pithonissa = habens spiritum pythonis *N. T.* 4) *De Pauli apocalypsi cf. R. A. Lipsius, Die apokryphen Apostelgesch. II 74* 5) *c. LIV* apocriforum naenias et incertas fribulorum fabulas nequaquam catholica receptat ecclesia. — *Augustinus in Ioh. ev. tractat. XCIX 8* Et inter ipsos spiritales sunt utique alii aliis capaciores atque meliores, ita ut quidam illorum ad ea pervenerit, quae non licet homini loqui. Qua occasione vani quidam apocalypsin Pauli, quam sana non recipit ecclesia, nescio quibus fabulis plenam, stultissima praesumtione finxerunt, dicentes hanc esse, unde dixerat raptum se fuisse in tertium caelum et illic audisse ineffabilia verba, quae non licet homini loqui 6) *carm. v. 503—523* 7) *c. XXII* evangelista . . . quem Ezechiel vultu declarat humano, *carm. v. 503 sq.* Quadripedis vituli Lucas formatur adinstar; *cf. ad carm. de XII aris X 17 et Hieron. ad Ezechiel lib. I (= V 22 Migne):* quidam quatuor evangelia . . horum animalium putant nominibus designari . . . vituli ad Lucae evangelium (referunt) 8) *Isidorus de ortu et obitu patrum c. LXXXII* Lucas Antiochenus evangelista et apostolicae conscriptor historiae, natione Syrus, arte medicus . . . . quique ab ineunte pueritia castissimus fuit et evangelicae praedicationis opus exercuit. Obiit septuagesimo quarto vitae suae anno. Sepultus in Bithynia, cuius quidem ossa regnante Constantino Constantinopolim fuerunt translata *cf. Hieron. de viris ill. c. VII*

G. 27 naturae[a] | debitum[1] suprema sorte persolverit[b], Constantino orbis gubernante monarchiam[2] ossa illius ad tutelam[c] regni Romanorum[d] Constantinopolim translata leguntur.

XXV. CLEMENS[3], caelestis clavicularii primus successor et secundus Romanae ecclesiae dispensator[e], quamquam[f] nonnulli Linum et Ancletum[g] in pontificatus regmine[h] nequiquam[i] praeferant[4], quod caelibatus castimoniam, etiam antequam salutifero lavacri baptisterio[k] mersus ab originali piaculo purgaretur, medullitus dilexerit[l], ipse propriis litterarum apicibus propalat dicens: *Ego Clemens in urbe Roma*[m] *natus a prima aetate pudicitiae studium gessi.* Ergo si, quod[n] praestantissimum constat[o] in cunctis virtutum gradibus et mortalium naturae difficillimum, nondum regeneratus sibi usurpans tantopere taxaverat[p], quanto magis credere fas est, ut post accepta fidei rudimenta spreto gentilium ritu, dum[q] per provincias Petrum sequeretur divini verbi semina serentem[r] et propagines evangelicae vitis credentium scrobibus pastinantem atque Simonicae letiferas necromantiae labruscas radicitus exstirpantem, plenius et[s] perfectius conservaverit! Qui deinceps itinerarium Petri .X.[t] voluminibus digestum luce clarius[u] elimavit[v] Rufino in[w] latinum ex Graecorum bibliothecis vertente[5].

Rufini versio Clementis recog. I 1

SILVESTER[x 6], qui apud Romam pontificalis cathedrae suscepit[y] sacerdotium, per omnes Europae provincias et florentis[z] Ausoniae parrochias, quam glaciales[a] Alpium

---

a) naturae R^1R^4 (n *ex* m), maturae $AGC^2R^2R^3R^5$, mortis debitum naturae C^1LR^1, m. d. maturae *O*, m. d. naturae *(suprasc.* m m^3*) B* b) psolueret *BLO* c) tutellam R^1 d) romanorum *AGO*, romanorũ *(*o *ex* i, rũ *adsc.* m^3*) B*, romani *L* *Novum capitulum (XXV; B in marg.* R^1 CAP. XII*) codd. indicant* e) romanae (a)ec(c)lesiæ dispensator *AG*, romanae dispensatore · *BLO*, ęcle *B*, æcclæ *L* f) quanquam *L* g) ancl&um *AG (ed. pr.);* cletum *cett., etiam in libro pontificali* Anencletus *vel* Aneclitus *et similia pro varia lectione habetur nominis* Anacleti, *quinti papae.* Cletus *in codices Aldhelmi inlatus esse videtur ex Praefatione Rufini in interpretationem recognitionum Clementis s. f.:* Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma h) regmine *AG*, regimine *cett.* i) nequiquam *codd.*, nequicquam *Giles* k) *In marg. inf. fol.* 17^a *codicis A (ultima verba sunt* purgaretur medullitus*) librarius adscripsit:* Surge igitur cithara totis quintendere fibris; *idem legitur in G in pag. insequenti* l) dilexerit *(sed* erit *in ras. pro* it*) B*, dilexit *L* m) roma *add.* m^1*B. Adscripsit in* R^1 *I. Theyer, qui olim possedit librum:* Clementis dictum. Sic enim incipit liber primus recognitionum n) si qđ *ABC*^{2}, si quod C^2GLO, si quid *Giles* o) *sic (omisso* esse, *quod Giles habet) codd. et ed. pr.* p) dilexerat *Abr. Gronovius* q) spreta R^1 — rit dum *(suprasc.* u m^1*) O* r) serente *AG* s) et *ABOR*^{1}, ac *Giles* t) X *AG*, de///cem R^1 u) crarius *(suprasc.* l m^1*) A*, clariꝰus *(in ras. fuit* d*) B* v) elimauit *(sed alt.* l *add.* m^1*) O, adscripsit I. Theyer in* R^1 Itinerarium petri decem uoluminibus Ruffinus w) in *add. supra lin.* m^1 *A* x) Siluester *AB (et sic etiam infra) GL* y) suscipit R^1 z) florentes *LO* a) clauciales R^1

---

1) *c. XXV* cum ... debitum naturae solveret *c. XXVIII* naturae debitum solvit. 2) *Willibaldus vita Bonifatii c. 8 p. 42* Constantino augusto orbis monarchiam gubernante 3) *carm. 524—538* 4) *Liber pontificalis ed. Mommsen p. 7.* Hic (Clemens) ex praecepto beati Petri suscepit aecclesiae pontificatum guvernandi, sicut ei fuerat a domino Iesu Christo cathedra tradita vel commissa; tamen in epistula, que ad Iacobum scripta est, qualiter ei a beato Petro commissa est ecclesia, repperies. Ideo propter Linus et Cletus ante eum conscribuntur eo, quod ab ipso principe apostulorum ad ministerium sacerdotalem exhibendum sunt episcopi ordinati. *Hieron. de viris ill. c. XV. De variis eorum, qui post Petrum episcopi Romani dignitatem obtinuerint, nominibus et confusione horum nominum cf. Hefele apud Wetzer et Welte I 777.* Ancleti = Anacleti *nomen, cum certa quaedam traditio vigere coeperit, a librariis receptae seriei gnaris in* Cleti *mutatum est* 5) Itinerarium Petri decem voluminibus digestum *sunt recognitiones Clementis a Rufino in Latinum conversae, quarum initium ipse supra citavit. cf. etiam A. Harnack, Gesch. der altchristl. Lit. I 226. Commemorat Aldh. hunc librum etiam in epistula ad Geruntium p. 85, 9 G* 6) *Silvestri Gesta nondum omnia sunt edita et in eorum exemplaribus 'maxima est varietas, cum alii codices haec Gesta contineant in duos libros divisa, alii uno libro conprehensa, alii passim narratiunculas exhibeant, quas in editis frustra requiras vel ea, quae in editis leguntur, alio loco habeant aut etiam minime habeant.' Bibliotheca Hagiogr. Lat. II p. 1119. Recte me A. Poncelet monuit, priorem capituli partem excerptam esse ex libris I et II Gestorum (cf. Bibl. Hag. Lat. n. 7726—29), alteram*

saltus praeruptis scopulorum cautibus cingunt, signis miraculorum crebrescentibus claruit, siquidem incontaminata corporis pudicitia[a] fretus et iugis[b] abstinentiae parsimonia praeditus ad letiferum Romae draconem in clandistino[c] criptae speleo latitantem[d], qui virulentis faucibus et pestifero spiritus anhelitu aethera corrumpens miserrimum[e] populum atrociter vexabat, per centenos latebrarum gradus[f] introrsum descendisse fertur et eandem mirae magnitudinis bestiam, cui paganorum[g] decepta gentilitas ad sedandam[h] furoris vesaniam fanaticae lustrationis spurcalia[i] turificabat, inextricabili collario constrictam[k] perpetuae ultionis animad|versione[l] perenniter multavit[m] et Romam, fallacis idolatriae[n] G. 28
cultricem, a funesto victimarum ritu evangelicis assertionibus et signis pariter coruscantibus correxit. Illud etiam non omittendum reor, in quo praecipuum conservatae castitatis documentum declaratur, videlicet quod imperatoris Constantini diuturna[o] valitudo et elefantiosa[p] corporis incommoditas accepto baptismatis sacramento statim ab eodem salubriter dicto citius curaretur et tam interioris hominis aestus quam exterioris gestus[q] per caeleste cataplasma duplici medicamine sine tricarum[r] obstaculo sanaretur[s].

Praeterea[t] absurdum fore suspicabar, si celeberrimum illud spectaculi[u] genus per totos mundi cardines vulgatum taciturnitatis silentio[v] oppilatum vilesceret et a nostris litterarum[w] apicibus intactum delitesceret[x], in quo triumphantis Christi victoria et Silvestri certantis castimonia geminae laudis praeconio crebrescunt. Nam Constantino orbem gubernante ad sinodale concilium populis catervatim confluentibus duodenos Iudeorum praeceptores et fariseorum rabbites dira disputationum spicula contra Christi tironem truciter torquentes divino confisus clipeo confutat. Idem namque[y] praesul somnium[z] Constantini rerum latentium praesagia portendens mira sagacitate prudenter patefecit, siquidem, imperator in civitate, quae Bizantium vocabatur, cum membra sopori dedisset et debitum naturae solveret, apparuit[a] ei in visione[b] nocturna quaedam anicula satis decrepita, etiam paene mortua, quam imperante Silvestro suscitare orando iubetur. Orante autem[c] Constantino[1] illa anicula surrexit[d] et facta est iuvencula[2] pulcherrima velut rubicundo venustae[e] pubertatis flore rubescens[f]; quae cum casta contemplatione

---

a) pudicia *A* b) iugis *codd.*, iugi *Giles* c) clandisti no *A* d) ltt̄antem *(supra* lt *add.* a, *supra ras.* i*) A* e) miserrimum *AGOR*^{1}, miserum *BL* f) latebrarum //////////// gradus *R*^{1} g) pagonorum *A* h) ad sedendam *R*^{1} i) spurcalia *codd.*, spurcalla, spurcamina *I. F. Gronov.* k) constricta *AG* l) anima uersione *AG*, anim aduersione *R*^{1} m) mutauit *ABGLOR*^{1}, mulctauit *Giles* n) idolatriae *codd.*, idololatriae *Giles* o) di///uturna *(in ras. fuit* u*) A* p) elephantiosa *AR*^{1}, elephantinosa *(B)L Giles*, elefantinosa *O*, ele plantiosa *G* q) interioris hominis quam exterioris gestus *A*, hominis quam exterioris *G supra lin.*, h. gestus q. e. ęstus *BLOR*^{1} r) sin&ricarum *supraposita cruce AG in marg. uterque codex:* trico(?) uuidar|fart s) sonaretur *R*^{1} t) Propterea *C*^{2} u) spectali *R*^{1} v) silento *(suprasc.* i*) O* w) litterarum *AGLOR*^{1} x) dilitesceret *ABGR*^{1} y) namque *codd.*, quoque *Giles* z) omnium *AG* a) aparuit *R*^{1} b) iuisione *(suprasc.* n *m*^{2}*) A* c) *in A hic et saepius pro* autem *legitur ligatura* lı̄. — ãt illa constantino anicula *R*^{1}*; eadem ligatura* (ãt) *pro* autem *etiam infra in R*^{1} *habetur; sed infra legitur in eo* tu lı̄ d) srrexit *(suprasc.* u*) A* e) uenustate *AG*, uenust<u>a</u>te *linea sub* ta *ducta B* f) rubescens *AG*, pubescens *Giles*

---

autem (Orante autem Constantino — usque in hodiernum diem *cf. Bibl. Hag. Lat. n. 7733—34) esse desumptam ex narratione, qualis exstat in codice Bruxell. 206 saec. XIII. cf. Catalogum codd. hagiogr. lat. bibl. regiae Brux. I 119* 1) *Hunc locum ita, ut saepe etiam verbis eisdem utatur, repetivit Willelmus Malmesb., Gesta reg. Anglorum ed. W. Stubbs II p. 410 § 354. Etiam initium visionis huius pertinere ad* beatum Silvestrum papam iam mortuum *commemorare omisit Aldhelmus; ita factum est, ut haec cum sequentibus parum concordent* 2) *Vita beati Silvestri (Catalogus codd. hagiogr. lat. bibl. reg. Brux. I 119 sq.)* facta est iuvencula pulcherrima et placuit oculis Constantini casta contemplatione, et induit eam chlamydem suam et diadema quod optimum habebat posuit super caput eius. *Ex eodem fonte sua videtur hausisse saec. XIII Guntherus Parisiensis, quem Canisius laudat ad carmen p. 835: vide Canis., Ant. lect. V 378 sq.*

regalibus placuisset obtutibus, induit eam clamidem suam[a] et diadema auro obrizo gemmisque purpureis ornatum posuit super caput eius. Helena[b] autem mater eius dicebat ei: 'Haec tua erit et non morietur nisi in fine mundi.' Igitur expergefactus imperator futurarum ignorantia rerum acriter artatur, donec per simplam ebdomadis[c]
G. 29 intercapidinem[d] corpore frugalitatis parsimonia macilento rursus[e] in | soporem solvitur[1]. Cui vir vitae[f] venerabilis Silvester[g] septima die ieiunii sui[h] adest iterum ei[i] in visione dicens: 'Anus decrepita haec[k] est civitas, in qua tu[l] moraris, nomine Bizantium, cuius muri iam[m] prae[n] vetustate consumpti[o] sunt, et paene omnia moenia eius[p] corruerunt. Ascende itaque illum equum tuum[q], in quo baptizatus in albis sedisti in urbe Roma et apostolorum et martirum limina[r] circuisti, et hunc sedens[s] tene labarum tuum[t], quod signo Christi ex auro et gemmis est pictum. Hoc labarum[u] tenens in dextera tua demitte[v] frenum equi, ut, quo eum duxerit angelus Dei[w], illuc eat; tu autem fixum cuspidem labari in terra sic trahe eum[x], ut semitam faciat transitus sui; per quam semitam exstrui facies[y] muros et hanc veteranam civitatem et paene mortuam in[z] iuvenculam suscitabis et tui nominis vocabulo nominabis[a], ita ut reginam illam facias omnium urbium. Erit enim in ea nomen domini Iesu Christi magnificum[b] et erunt in ea templa Dei ad[c] honorem omnium[d] sanctorum constructa et filii tui post te[e] et filii filiorum tuorum regnabunt[f] in ea[g]. Evigilans autem[h] Constantinus statim ad ecclesiam[i] perrexit indicansque[k] episcopo civitatis, viro sancto nomine Sisinnio[l], somnium, quod prius viderat, et offerens Deo munera et communicans sacramentum[m] dominicum ascendit equum et perrexit, quo eum duxit angelus domini atque per semitas labari fundamenta creverunt.

---

a) clamidem *AGLOR*[1], clamide sua *(sed rasura supra* e *et* a*) B* b) elena *R*[1] c) simpla *(simplam A; lineola, ut videtur, m. alia)* Inebdomadis *G*, ebdomadis *(*b *ex* p *m*[1]*) B* d) intercapidinem *AGR*[1], intercapedinẽ *(*e *prius ex* i*) B* e) rursum *L* f) uitae *om. AG* g) siluerter *A* h) sui *m*[2] *supra lin. B* i) ei iterum *L* k) haec *codd.*, hoc *Giles* l) tu *om. AG* m) muriam *(suprasc.* i *m*[1]*) A* n) pro *AG*, prae *BLO Giles* o) consũti *O* p) eius moenia *BLOR*[1] q) illum tuum equum *B* r) et apostolorum limina et martyrum *B*, martirum *L* s) *sic codd. omnes, et recte cf. Gregor. epist. II, XXXII* caballum illum sedere non possum, quia miser est, illos autem bonos sedere non possum, quia asini sunt. *Will. Malmesb. De gest. reg. Anglorum § 354* cui ... insidens t) tu////um: *in ras. fuit* ar *A* u) labaꝫrum *A* v) demitte *AB*, dimitte *G* = *ed. pr.* w) Dei *om. R*[1] x) fixum ... eum *codd., Vita Silvestri et edd. omnes*, et tu autem fixum cupidem *suprasc.* s *O; Will. Malm. l. l.* cuius cuspide in terram tracta muri scribentur vestigia y) exstrui facies *AG*, extrui facias *(suprasc.* e *m*[2]*) B ed. pr.*, extrui *R*[1], facias *L* z) in *supra lin. m*[1]*A* a) uocabulum suscitabis *AGR*[1]*P (sed suprasc.* re*)*, uocabulo *(*o *ex* ū*) B*, nominabis *in ras. m*[2]*B*, uocabulum resuscitabis *minoribus litteris suprasc.* nominabis eam *L* b) nomen dñi magnificu ihū xp̃i et ... tẽpla dn̄ẽ *O*, dñi nr̄i ihū xp̃i *R*[1] c) ad *(*d *ex* t*) A* d) omnium omnium sc̄orum, omnium *alt. linea ducta sublatum A* e) poste *(suprasc.* t *m*[2]*) B*, poste *O*, po////ste *suprasc.* t *m*[2]*; in ras. videtur fuisse* te *P* f) regnabuẽt *(suprasc.* n *m*[2]*,* regnabuit *m*[1]*?) P* g) in eam *sed puncta infra* m *P* h) lr̄ = autem *sic etiam infra P* i) æclesiam *L*, ęcclesiam *O* k) indiꝫcansq; *B*, ad æclæsiam indi/cansque, prexit *supra lin. m*[1]*A* l) sisinmo *G*, Silamino *ed. pr.* m) sacramentũ *(*e *ex* æ*) O*

---

1) *Gesta Silvestri l. l.* Septima autem die ieiunii sui adest ei iterum in visione sanctus Silvester dicens: Anus decrepita civitas haec est, in qua tua *(l.* tu*)* moraris, nomine Bizantium; cuius et muri prae vetustate consumpti sunt et pene omnia eius moenia corruerunt. Ascende .... in urbe Romana et per apostolorum et martyrum limina circuisti, et hunc sedens tene labarum tuum, quod signo crucis ex gemmis et auro est pictum. Hoc labarum tenens .... dimitte frenum equi tui, ut, quo duxerit angelus, illuc eat. Tu autem fixo cuspite *(sic!)* labari in terram sic trahe illum .... et hanc civitatem veteranam ... tui nominis vocabulo decorabis ... Erit enim in illa nomen domini Iesu Christi magnificum ... instructa, et filii tuorum filiorum regnabunt in ea. Evigilans .. pergit indicavitque .. viro sancto Sisinnio .. quod prius viderat et secundo. Offert Deo munera et communicans sacramento dominico .... quae graeco sermone dicitur Constantinopolis ad hodiernum diem

Appellata est autem[a] civitas Constantini[b], quod graeco sermone interpretatur Constantinopolis, usque in hodiernum diem. Igitur Silvester transacto pontificatus officio et consummato vitae curriculo cum palma virginitatis scalam Iacob ascendens[c] angelorum coetibus admiscitur[d] et beato supernorum[e] consortio feliciter perfruitur[f].

XXVI. AMBROSIVM[g 1] vero superni nectaris ambrosia redolentem sub taciturnitatis[h] velamento delitescere non patiari[i], cuius mellifluam dogmatum dulcedinem[2] et purae virginitatis praerogativam pulchra praesagia portendebant, siquidem[3], infantulus cum in cunis supinus quiesceret, ex improviso examen apium[k] ora labraque sine periculo pausantis | complevit, quae[l] ingrediendi et egrediendi[m] per tenera pueruli[n] labella[o] G. 30 certatim vices frequentabant ac demum genitore Ambrosio[p] eventum rei praestulante[q] et, a berna[r], quae altrix infantis fuerat, ne abigerentur[s], imperante supernis caeli climatibus per aethera[t] evolantes[u] catervatim mortalium visus[v] aufugiunt[w]. Qualis autem[x] vel quantus idem patriarcha virtutum gloria et miraculorum signis effulserit, neminem reor expertum, nisi qui gesta conversationis illius a Paulino, viro venerabili, digesta didicerit[y].

NEC[z] pudeat, Christi caelibes strictis pudicitiae legibus lascivam[a] naturae petulantiam coartantes[b] corporeosque titillationum[c] gestus velut indomitos[d] bigarum subiugales ferratis salivaribus[e 4] refrenantes Toronici[f] reminisci pontificis; quem antequam regenerantis gratiae vulva parturiret[g] et sacrosancti baptismatis rudimenta cognosceret[h], in catacuminorum[i] gradu et competentium statu stipem pauperculis porrigentem aga-

---

a) apellata *(= O)* est li *(= P cf. supra p. 258c)* ciuitas *AG; in superiore marg. in L manus rustica adscripsit* glori patr b) Constanni *(suprasc.* ti m^2*)* *P* c) ascendens *A,* scandens *Giles* d) admiscitur *ABGLPR*^{1} *(suprasc., ut videtur, olim* e*),* ammiscitur *O,* admiscetur *ed. pr. Giles* e) beatopnorũ R^1 f) p̄fruitur *(*r *in ras.* m^1*)* *O* g) Ambrosiũs *A;* DE SCO AMBROSIO *B* h) taciturnitatis *(*ta *in ras.)* C^1 i) patiar *(suprasc.* o m^2*)* *B* k) apium *codd.,* apīũ *O,* apum *Giles = c. VI* l) qui *AG* m) &grediendi *(suprasc.* e m^2*)* *B,* et egregiendi m^2 *add. in marg. P* n) pueru *(suprasc.* li m^2*;* u *in ras.* m^2*)* *B* o) labra *AG (ex antecedente:* ora labraque*),* labella *(suprasc.* labia m^2*)* *B,* labella *cett.* p) ambrosio *AG,* ambrosii *(*i *in ras.)* *B,* ambrosii *LO,* ambrosio *(*o *in ras.* m^2*)* *P,* o *ex* i C^1 q) p̄stulanti R^1 r) auerna *(suprasc.* ancilla *B)* *ABGOR*^{1} *(*ab ancilla *Rufinus),* uerna *LP,* et uerna que *(suprasc.* a m^1*)* C^1, vernae *Giles; cf. ad p. 229m* s) ne abigerentur *(supra* i m^2 a*)* *P* t) aetrera *(punctum sub* r *et suprasc.* h*)* *A,* aethra C^1 u) uolantes *AG,* euolantes *B(Rufinus)LOPR*^{1}, auolantes *Giles* v) uisūs̄ *(in ras. fuit* s*)* *CP* w) aufigiunt *AG* x) ãt R^1 y) dedicerit *AGR*^{1}, dēdicerit *supra ras., in qua fuit* e, m^1 i *P* z) *suprasc.* DE SCO MARTINO EPO, *in marg.* CAP·XIII· *B* a) lasciuam *(*u *in ras.* m^2*)* *P,* nasciuam petulantiam, *om.* naturæ *G* b) cohartantes C^1OR^1 c) titulationum *(l supra* u*, et infra* u *punctum)* *A,* titilationum *G* d) domitos *AG,* domitus R^1 e) salibaribus *A,* salibaribus *suprasc. man. rec.* forte calcaribus *G,* calcaribus *ed. pr.,* saluaribus *O,* salinaribus C^2 f) toronici *AGLO,* toroni R^1, toronici *(supra* o *prius* u m^2*)* *P,* turonici *(*u *in* o m^2*)* C^1 g) parturiretur C^1C^2LO h) cognosceret *codd.* (cognosceret: et *in ras.* C^1*; ex* quem *subiectum supplendum est; an legendum est* cognoscerent*?) et edd.* i) cata cumi norum *A,* catacuminorum *GOPR*^{1}, caticuminorum C^1BL *cf. infra;* catechuminorum *ed. pr.*

---

1) *carm. v. 651—676. Paulini vita S. Ambrosii c. 3 (Gallandii Bibliotheca IX 23, opp. Ambr. ed. Migne I 30)* Igitur posito in administratione praefecturae Galliarum patre eius Ambrosio natus est Ambrosius. Qui infans in area praetorii in cuna positus cum dormiret, aperto ore subito examen apum adveniens faciem eius atque ora complevit, ita ut ingrediendi in os egrediendique vices frequentarent. Quae pater, qui propter cum matre vel filia deambulabat, ne abigerentur ab ancilla, quae curam nutriendi infantis susceperat, prohibens (sollicita enim erat, ne infanti nocerent) exspectabat patrio affectu, quo fine illud miraculum clauderetur. At illae post aliquamdiu evolantes in tantam aeris altitudinem sublevatae sunt, ut humanis oculis minime viderentur 2) *c. II* melliflua divinarum studia scripturarum 3) *periodus similiter structa ac c. XXV* siquidem, imperator .. cum .. dedisset et .. solveret, apparuit ei .. anicula 4) *De* salivaribus *cf. H. Blümner ad Edictum Diocletiani 10, 6 p. 130*

pemque[a] egentibus erogantem, cum nocturnae[b] membra quieti dedisset, caeleste[c] beavit oraculum[1], quique pro adepta[d] integritatis corona et fausta virginitatis infula, quas[e] velut regale diadema ac gemmatas crepundiorum[f] lunulas indefessis[g] viribus meta tenus[h] servare satagebat, miris virtutum signis effulsisse memoratur[i]. Etenim catacumini[k] cadaver[2], quem dira, ut dicunt, fortunae ferocitas et parcarum grassatrix nulli[l] parcentum[m] atrocitas, immo gelidae mortis inclementia[n 3] regenerantis gratiae sacramento privatum perniciter oppresserat, de porta mortis redivivum erexit ad lumina[o] vitae[4]. Alios[5] quoque binos crudeli mortis meta multatos[p] et optatis[q] vitae manubiis[r] spoliatos de latebroso[s] leti barathro et trucis tartari tormento voti compos reduxit ad superos. Procerum[6] frondentis pini stipitem[t] vetitis paganorum caeremoniis deputatum, quamvis obliqua reclinem[u] curvatura[v] crebri accolarum[w] bipennes certatim[x] succiderent[y], intrepidus nutabundum aspexit et fragore[z] horrisono[a] cassabundum[b] contempsit[c]. Pellaces[d 7]

---

a) agapemque *AGPR*¹ b) nocturna//// : *in ras. fuit* e *P*, oc̄ĩnę *(suprasc.* n *m*²*) C*¹ c) caelestae *P*, cæste *(suprasc.* le *m*²*) C*³ d) ade///pta, *in ras. fuit* m, *C*¹ e) quas *AGOPR*¹, quās: *linea a m*², *sed* s *a m*¹, *ut videtur, in ras. B*, quam *C*¹*C*²*LR*³*R*⁴*R*⁵ f) crepudiorum *(suprasc.* n *m*²*) C*¹ g) indifessis *R*¹ h) metatenus *L* i) effulsis me|moratur *AG (se add. man. rec.)* k) *cf. supra ad 260 i* l) grassatrix nulli *(suprasc.* ñ *m*¹*) A*, non///ulli *(in ras. fuit* n*) G*, nulli *C*¹*BLOPR*¹, non ulli *Giles = ed. pr.* m) parentū *(suprasc.* c *m*¹*) B*, parcenum *infra add.* t *R*¹ n) clementia *(suprasc.* in *m*¹*) A* o) līmina *C*¹ p) multatus *(suprasc.* o*) A*, multatuos, *corr. man. rec*, *G* q) obtatis *AB (sed* b *mutat. in* p*) G (*b *in* p *man. rec.) PR*¹ r) manubiis *(*b *in ras. ex* u?*) P* s) delatē · broso *P* t) stipītem *P* u) reclinæ *(*e *ex* æ *per ras.) C*¹ v) cruatura *(suprasc.* u *m*²*) B* w) accolarum *(in ras. fuit* l*) B* x) cer *(supra lin.* tatim *m*¹*) A* y) succiderent *codd.*, succiderint *Giles* z) fragore *(sed* e *in ras. m*²*) B* a) horriso, *suprasc.* no, *C*¹ b) casabundum *O* c) contemsit *R*¹ d) pellaces *suprasc.* fallaces *A*, fallaces · Pellaces *suprasc. iterum* fallaces *G*, fallaces *ed. pr.*

---

1) *Sulpicii Severi v. Martini c. II* Necdum tamen regeneratus (Martinus) in Christo agebat quendam bonis operibus baptismatis operibus: assistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos . . . *c. III* Nocte igitur insecuta, cum se sopori dedisset, vidit Christum . . quo viso vir beatus non in gloriam est elatus humanam . . . 2) *Sulpicii Severi l. l. c. VII* quo tempore se ei quidam catechumenus iunxit . . . cum per triduum defuisset, regressus corpus exanime invenit; ita subita mors fuerat, ut absque baptismate humanis rebus excederet . . . . Mirum spectaculum, quod videbant vivere, quem mortuum reliquissent 3) *Verg. georg. III 68* durae rapit inclementia mortis. *M.* 4) *Verg. VI 828* si lumina vitae attigerint. 5) *Hoc pertinere videtur ad ea, quae apud Sulpicium c. VIII leguntur de homine* qui laqueo sibi vitam extorserit; *in vita ipsa Sulpicius de duobus tantum hominibus narrat, sed in dialogo secundo cap. IV addit:* siquidem ante episcopatum duos mortuos vitae restituerit, quod liber tuus plenius est locutus, in episcopatu vero, quod praetermisisse te miror, unum tantummodo suscitaverit. *Ex his errorem Aldhelmi natum esse arbitror, qui eundem dialogorum locum, sed non accuratius distinctis singulis secutus est in carm. v. 698* Surgere ter fecit defuncta cadavera leto *e. q. s.* 6) *Sulp. Sev. l. l. XIII* Item cum in vico quodam templum antiquissimum diruisset et arborem pinum, quae fano erat proxima, esset aggressus excidere, tum vero antistes loci illius ceteraque gentilium turba coepit obsistere et . . . succidi arborem non patiebantur, ille eos sedulo commonere, nihil esse religionis in stipite . . Tum ex illis unus . . Si habes, inquit, aliquam de Deo tuo . . fiduciam, nosmet ipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe . . Tum ille intrepide confisus in domino facturum se pollicetur . . . Itaque cum unam in partem pinus illa esset acclinis, ut non esset dubium, quam in partem succisa corrueret, eo loco statuitur . . succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio laetitiaque coeperunt . . iamque paullatim nutare pinus et ruinam suam casura minitari . . at ille confisus in domino intrepidus opperiens, cum iam fragorem sui pinus concidens edidisset, iam cadenti, iam super se ruenti elevata obviam manu signum salutis opponit. Tum vero . . diversam in partem ruit 7) *Sulp. Sev. l. l. c. XXIII* Anatolius . . in hanc vocem erupisse fertur: Ecce hac nocte vestem mihi candidam dominus de caelo dabit, qua indutus in medio vestrum diversabor, idque vobis signum erit, me (*l.* in me) Dei esse virtutem, qui Dei veste donatus sim . . ubi illuxit dies, (Clarus) adprehensum

Anatolii[a] nebulonis praestigias[b], quas lividorum[c] fraudulenta aemulorum factio mille nocendi artibus[1] armata ostenso fallacis pepli ludibrio[d] audacter[e] | ingerebat, prae- G. 31
pollente[f] meritorum gratia funditus fatescere[g] et procul ut ridiculosum[h] fantasma evanescere fecit. Priscorum[2] dilubra paganorum a cimentario politissimis compacta petris rubrisque tegularum imbricibus tecta mortalium diffidens amminiculo[i] et angelorum fretus suffragio, qui[k] hastati[l] et scutati famulo Dei praesidium laturi venisse leguntur, solo tenus deruta[m] quassavit, evertit[n], destruxit[o] [3].

XXVII. GREGORIVS[4], Nazanzenae[p] ecclesiae[q] gubernator, apud Athenas, qua per idem tempus rumigerula grammaticorum[r] gloria et[s] clandistinum[t] academicae[u] disputationis sofisma pollebant[v], litteris[w] incomparabiliter eruditus, Basilii[x] in filosoficis dogmatibus condiscipulus[y], sicut undecimus[z] ecclesiasticae liber historiae manifestat[5], cum a rudis infantiae teneritudine corporalis illecebrae[a] contemptor et zelotipus castitatis amator[6] existeret, pulchrae visionis oromate[b] somno sopitus[c] [7] clementer solatur. Cui propter virginale pudoris propositum et gimnicum[d] filosofiae studium in gemino feminini sexus simulacro Castitas et Sapientia per soporem[e] apparuisse descri-

---

a) anatholii *B*, anatolii *(suprasc.* h *m²) P*, anatoli *OR¹* b) praestrigias *C¹P* c) libidorum *AG (suprasc.* ni *man. rec.) PR¹* d) ludi≡brio *B* e) audater *(suprasc.* c*) A*, audaciter *R¹* f) praepolente *AGPm¹*, praepollenti *(*i *m²) B*, praepollenti *O* g) patescere (patiscere) *P* h) ridiculorum *C²OR²* *(suprasc.* iocorum*) R³R⁴*, ridiculo≡ *(suprasc.* sū *m², in ras. fuit* ꝝ: rum*) C¹* i) amminiculo *C¹BGLOPR¹*, imminiculo *A* k) qui *codd.*, quia *Giles* l) astati *AG (suprasc.* h *m²) PR¹* m) deruta *AGPR¹*, diruta *(*i *in ras. m²; a m¹?) B* n) e≡uertit, e *ex* et, *C¹* o) dstruxit *(suprasc.* e *m²) A* *Novum capitulum indicatur in codicibus;* DE SCO GREGORIO NAZAZENO *(supra alt.* Z *scr.* H*) B* p) nazanzenę(e) *AGOPR¹*, nazanzæne *B*, NAZANZENE *L*, Nazianzenae *Giles* q) *in B deest* ecclesiae, *sed supra* nazanzæne *m³ suprasc.* parrocchie r) grammatiorum *(suprasc.* c *m²) A* s) *& supra lin. P* t) clandistinum *AG (*i *in* e *corr.) PR¹* u) achathemicæ *AG (suprasc. man. rec.* academicæ*)*, achademicae *BLO*, acha emicae *P*, acathemicę *R¹* v) pollebat *(suprasc.* n *m²) B*, pollebat *sed* t *in ras., post quam litterae unius exstant vestigia P* w) *ceteris *codd.* x) basili *R¹* y) condiscipulis *A* z) ·XI· *(adsc.* us *m¹) R¹*, XI *G* a) inlecebræ(ę) *codd.*, inlecebre (n *in* l *mut.) G* b) oramate *B*, oromate *cett.* c) somno sopitus *codd.*, ////somno · sopitū//////// *G = ed. pr.*, s. sopitum *Giles. In marg. inf. manus aequalis in A = G adsc.* sopitum suscitat ignem *(sopitos s. ignes Verg. V 743)* d) gymicum *(suprasc. alt.* m *m¹) A* e) persōnū *(suprasc.* i *m²) B*

(Anatolium) dextera trahere ad Martinum volebat, bene conscius, illudi illum diaboli arte non posse ... cumque invitum ire compellerent, inter trahentium manus vestis evanuit. Unde quis dubitet, hanc etiam Martini fuisse virtutem, ut phantasiam suam diabolus .. tegere non posset 1) *cf. ad c. XI 11 et Sulp. Sev. l. l. c. XXII* diabolus mille nocendi artibus sanctum virum conabatur illudere 2) *Sulp. Sev. l. l. c. XIV* In vico, cui Leprosum nomen est, cum idem (Martinus) templum opulentissimum voluisset evertere, restitit ei multitudo; itaque .. precabatur, ut quia templum illud evertere humana manu non potuisset, virtus illud divina dirueret. Tum subito ei duo angeli hastati atque scutati instar militiae caelestis se obtulerunt ... ita regressus ad vicum, inspectantibus gentilium turbis et quiescentibus, dum profanam aedem usque ad fundamentum dirueret, aras omnes atque simulacra redegit in pulverem ... 3) *c. XXXVI (p. 48, 1 G.)* simulacrorum effigies .. ad solum diruit, quassavit, evertit. *c. LIII* lenocinia .. ad tartarum trudentia sprevit, vicit, contemnit *(c. XXI* numeravit, pensavit, divisit*). — c. XX* is .. quantum propheticae dignitatis gratia enituerit, fulserit, floruerit, quis .. enarrare sufficiat? *epist. ad Acirc. c. I* ut clarescat, a quantis profectibus .. primordia .. originaliter processerint, pululaverint, viguerint 4) *carmen de virg. 710—729* 5) *Undecimus ecclesiasticae liber historiae est alter ex Rufini historiae ecclesiasticae libris, quos versioni Eusebii ipse addidit. Ea, quae indicat Aldhelmus, leguntur in libro altero cap. IX (517 sq. Migne)* 6) *c. VII (Christus)* cupidus castitatis amator et zelotipus castimoniae informator 7) *Verg. I 680* hunc ego sopitum somno .. recondam. — *c. LIII* somno sopitus. — *Lullus Ep. Mer. I 389, 29* cunctis .. propemodum longo quietis somno sopitis

buntur[1], ⟨quae⟩[a] hoc modo sanctum ad integritatis coronam cohortantes[b] alloquuntur[c]: *Altera enim ex nobis Sapientia, altera Castitas dicitur et missae sumus a domino tecum habitare, quia iocundum nobis et satis mundum in corde tuo habitaculum praeparasti.* Cuius somni[d] coniectura colligi[e] et his argumentis animadverti[f] fas est, eundem[g] huius- cemodi meritorum munificentia[h] praeditum illaesae puritatis coronam usque ad metam sortis supremae[2] indefessis[i] viribus usquequaque custodisse, praesertim cum de illo[k] cautum[l] sit[3]: *Huius neque vita aliquid pvobabilius et sanctius neque eloquentia clarius et illustrius*[m] *neque fide purius et rectius neque scientia plenius et perfectius inveniri potest*[4], quod Rufinus[n] mira verborum urbanitate[o] praeditus in prologo apologitici[p][5] plenius exposuit[q].

BASILIVS[r][6], pontifex et celeberrimus Cappadox[s], Athenis aeque ut praefatus[t] collega rethoricis sofismatum edoctus disciplinis, qui regularem monasticae conversationis normam, reciprocis scedarum sciscitationibus[u] vicaria litterarum relatione respon- G. 32 dens, luce | clarius ad liquidum digessit[7] necnon erga ta ⟨ex emeron vel⟩ exaemeron[v] id est[w] opera sex dierum, quae in latinum translata leguntur[8], mira eloquentiae disertitudine[x][9] fretus[y] edidit — is, inquam, quod integritatis gratia incorruptus[z] corporaliter floruerit, ex ipsius elogio[a] coniecturam capesso ita prosequentis: *Et feminam*[b] *non*

---

a) *quae *om. codd.* b) coartantes *AG*, cohortantes *(sc.* o *ex* a *m²) B; scripsi* Castitas et Sapientia c) allocuntur *O* d) somni *AGR¹*, sōni *(add. supra lin.* i *m²) B*, somnii *L* e) coligi *(suprasc.* l*) A*, collegi *(*e *ex* i *m²) B*, collegi *LOR¹* f) anim aduerti *GR¹* g) eudē *(suprasc.* n*) A* h) munĩficentia *A* i) indiffessis *AGR¹* k) cun de illo *R¹* l) cautum *ABGLO*, cantum *R¹* m) instrius *suprasc.* lu *AR¹*, illustrius *L* n) rufinus *ABGLO*, Ruffinus *ed. pr.* = *Giles* o) urbanitate: banitate *in ras. B* p) apollogitico *AG*, apologitico *LOR¹* q) expos:· *R¹* r) DE SC̃O BASILIO EP̃O *B* s) capâdox *A*, capadox *G* t) profatus *AG* u) sciscitationib:, b: *in ras., B* v) *er ga taex|aemeron *AG*, ergata exameron *BL*, ergataexameroon *O* w) idē *BL* x) dissertitudine *AGO*, diss·: *in marg. m²*, *deest in textu B*, disertitudine *L* y) fretẽus *A* z) incorrupta *(suprasc.* us *m²) B* a) ex ipsius ////////// elogio *G* b) feminãnon *m²*, feminam *m¹*, *lineam supra* a *et* m *in* non *m²B*

---

1) *Rufinus prolog. in libros S. Gregorii (i.e. in decem Gregorii libellos, quorum primus erat apologeticus) ed. Paris 1609 p. 726* Denique cum philosophiae studiis apud Athenas (Gregorius) floreret, vidit per soporem sedenti sibi et legenti duas decoras satis dextra levaque feminas consedisse. Quas ille castitatis instinctu oculo torviore respiciens, quaenam essent et quid sibi vellent, percunctabatur. At illae eum familiarius et ambitiosius amplectentes aiunt: 'Ne moleste accipias, iuvenis, ⟨nos⟩, notae tibi satis et familiares sumus. Altera ex nobis Sapientia, altera Castitas dicitur: et missae sumus a domino tecum habitare, quia iucundum nobis et satis mundum in corde tuo habitaculum praeparasti.' *[Gregorii θρῆνος περὶ τῶν τῆς αὐτοῦ ψυχῆς παθῶν v. 231—270: ἀγνεῖα et σαοφροσύνη]* 2) *c. XXVI* crudelis mortis meta 3) *hac formula saepissime utitur Aldhelmus, si ad aliquod testimonium recurrit cf. e. g. c. XXXII* unde cautum est, *XXXV* in quo cautum est *e. q. s.* 4) *Rufinus l. l.* Huius — potest 5) *Rufinus l. l. (cf. n. 1)* postmodum vero regressus libellum hunc apologeticum dixit in ecclesia causas suae absentiae vel etiam reditus allegans. *Graece inscribitur oratio haec Gregorii prima ἀπολογητικὸς τῆς εἰς τὸν Πόντον φυγῆς ἕνεκεν καὶ αὖθις ἐπανόδου ἐκεῖθεν κ. τ. λ.* 6) *carmen de virg. v. 730—750* 7) *Haec pertinent ad* Regulam *Basilii Magni seu* instituta monachorum, *quem librum verterat Rufinus. Concepta erat haec regula per CCIII interrogationes et responsiones cf. Codicem Regularum ed. Luc. Holstenius I p. 97 sqq. Haud scio an* vicaria litterarum relatio *(= carm. v. 735* alternis vicibus*) ad similem compositionem libri referenda sit, quali utitur in Epistola ad Acircium ipse Aldhelmus, ut per varias litteras (Δ et ><) colloquentes inducat* 8) *De Basilii homiliis in hexaemeron (cf. Hieron. de vir. ill. c. CXVI), quas ipsas quoque vertit Rufinus, cf. Hauckii Encyclop. theologicam s. v.* Basilius 9) *Willibaldus vita Bonifatii praef. p. 3* historias mira eloquii dissertitudine texens

cognosco[a] *et virgo non sum*[1]. Vetus quippe consuetudo peritorum[b] esse fertur contionatorum, qui pro rostris[c] in edito[d] stantes popularibus catervis contionantur, ut sic in[e] diversae contionis cuneo et dispari[f] sexu ceu propria ita interdum aliena fruniscantur[g] persona atque attonitis auditoribus ignarisque auscultatoribus arcana mentis ipsorum recludentes et abstrusa praecordiorum reserantes facundi sermonis clave patefaciant[h]. Hoc ergo contionandi genere praefatus[i] antistes sermocinari creditur, qui nequaquam extrinsecus carnalis tantum[k] pudicitiae immunitatem ad promerendas strenuae integritatis infulas idoneam fore ratus est, nisi spiritus quoque castimonia, cuius imperio indomita corporalis lasciviae petulantia refrenatur[l], sicut bernacula, ne contumaciter[m] insolescat, matronae nutibus mancipatur, intrinsecus contubernali[n] soliditate[o] concorditer adhaerescat.

EXTITIT[p] quidam pontificali dignitate decoratus merito Felix[2] et nomine, qui cum pro fidei constantia a tortoribus torqueretur[q] et horrendis carnificum cruciatibus agonizans martirizaretur, exclamasse fertur: *Gratias tibi ago*[r]*, Christe; .L.et.VI. annos in saeculo virginitatem meam servavi.*

XXVIII. ANTONIVS[3], caelestis aratri stibarius[s] et evangelici seminis[t] sator, a quo primitus per Aegiptum fertilis coenubiorum seges et fecunda conversationis occa granigeris[u] germinavit spicis, unde postmodum[v] Memphitica tellus, quam Nilus reciprocis fecundat fluentis, millenos animarum manipulos in fructiferis ecclesiae novalibus pulu-
Matth. 13, 30. 39 lantes protulit, quos angelici messores, cum figura mundi in ictu et atomo[w] 5 evanuerit et inormia[x] creaturarum elementa in melius commutata claruerint[y], sequestratis loliorum

---

a) nocognosco *(suprasc.* n m^1*)* *A* b) *inter* consuetudo *et* peritorum *spatium unius vocabuli A* c) pro rostris *(suprasc.* in portis m^2*)* *A* d) inedito *A* e) ut sic in *A*, ut ////// in, *in ras.* sic *B* f) disprari *B*, dispâri *AG* g) fruniscantur *suprap. cruce A*, frunicantur *(suprasc.* s m^2*)* *B*, fruriscantur personae C^2 *supra* fruniscantur; *man. rec.* forte reminiscantur, *quod deinde cruce supposita per lineam deletum et in marg. apposita cruce adscriptum est* fruor *G*; reminiscantur *ed. pr.* h) patefaciunt *B*, patæ *(corr. man. rec.)* faciant *G* i) prȩphatus *O*, præfa////tus *G* k) tantū: ntū *in ras. B*, tantum *deest LO* l) refrenatur *AG*, refrenæt̄: æ *ex* a m^2*B*, refrenetur *LO* m) ōtumatuciť: tuma *linea deletum B*, necontunaciter *(suprasc.* m m^2*)* *O* n) contuberniali C^1 *(i eras.)* C^2R^2 *(i suprasc.)* $R^3R^4R^5$ o) soliditate *AG ed. pr.*, sodalitate *cett. cf. c. XXIX s. f.* p) DE SC̄O FELICE *in marg.* CAP. · XIIII · *B*, exstitit *O* q) torqueretur: tur *in ras. B* r) ago tibi *B* *Novum capitulum codd. indicant* (XXVIII) s) stibarius *AGB*, STIBARIUS *LO cf. c. XXXI s. f.* t) seminis *ABGO cf. c. XXV*, Petrum diuini verbi semina serentem; sermonis *L* u) occogeris *(suprasc.* grani m^1*)* *A*, occograni geris *G* = *ed. pr.* v) postmodum *AGLO*, post≡modū *B*, postmodo *Giles* w) atomo *(suprasc.* a*)* *O* x) inormia *AGLO*, i≡normia *(ex* mormia*)* *B*, enormia *Giles* y) cōmuta claruerit *(suprasc.* ta *et* n m^1*)* *A*, commutata claruerint *G*, comutata *O*, claruerit *(suprasc.* n m^3, t *in ras.)* *B*

---

1) *Eadem fusius explicata leguntur in carmine. Ex ipso Basilio non afferuntur (cf. vitam Gregorii in edit. Maurinorum Paris 1730 III p. XLVI); ipse Aldhelmus, qui Graecis non usus est, desumpsisse sua videtur ex Cassiano Instit. VI 19:* Fertur sancti Basilii Caesariensis episcopi districta sententia: 'Et mulierem, inquit, ignoro, et virgo non sum.' In tantum intellexit incorruptionem carnis non tam in mulieris esse abstinentia quam in integritate cordis, quae vere incorruptam perpetuo sanctimoniam corporis vel timore dei vel castitatis amore custodit 2) *Felix in carmine non laudatur. — cf. Passionem S. Felicis, episcopi Tubzacensis et martyris Venusini (obiit 24 Oct. 303) = Acta Sanct. Octob. X 628:* Felix episcopus elevans oculos ad caelum dixit: 'Deus, gratias tibi ago, qui per quinquaginta et sex annos in isto saeculo virginitatem meam in me custodire dignatus es *e. q. s.*' 3) *carm. de virg. 751—773* 4) evangelici seminis sator: *c. XXV* divini verbi semina serentem. *de aris II 3 sq.* plurima frugiferis dispergens semina verbis, de quo sacra seges mundi succrevit in occa 5) *epist. ad Acirc. p. 217, 22* cum tamen in ictu et atomo vivens in aeternum creaverit omnia simul *cf. Napier, Old engl. gl. n. 2369 (c. XXXVII s. f.* in puncto temporis*)*

fasciculis inexhausto caelestis regni horreo[a] catervatim advectabunt, nonne propter
G. 33 egregiam animae pudicitiam | ineffabili virtutum[b] gratia praeditus usque supremos terrarum cardines rumore clarus[c] percrebruit[d]? Quod plenius de suorum[e] virtute miraculorum Athanasius[f 1], Alexandrinus[g] antistes, simplo volumine patefecit Euagrio in latinum transferente[h].

PAVLVS[i] itidem inclitus[k] et patrum celeberrimus[l], qui a pellaci[m] genero caecae cupidinis philargiria decepto[n] contra iura naturae[o] proditus et publicatus[p] a primaevo pubertatis tirocinio Memphiticae solitudinis deserta penetrans[2], qua carnalis spurcitiae blandimenta fatescunt et mundani luxus[q] oblectamenta vilescunt, horrendos beluarum barritus et truculentos[r] leonum fremitus ardentis fidei defensaculo fretus intrepidus contempserat, consuta dumtaxat palmarum plecta et praedulci[s] dactulorum[t] sagina squalidum sustentans[t] corpusculum naturae debitum solvit. Nonne propter[u] florentis[v] pudicitiae castimoniam[w] finetenus[x] inextricabili repagulo[y] conservatam bis senis temporum lustris id est vicies terna[z] annorum intercapidine[a] bucellam[b] crustulae semiplenam[c], quam penniger[d] praepes indefessis famulatibus et reciprocis volatibus hiulco[e] advexerat rostro[f], usque ad[g] decrepitam vitae senectam inexhaustam gratulabundus accepto ferre promeruit[3]?

---

a) inexausto cę(ae)lestis regni horreo *AG*, inexhaustũ *(*u *in ras., non addita praepositione* in*)* . . horreũ *(*ũ *in ras.) B*, inexhaustum — horreum *(sine praep.) L*, inexhaustum . . . in horreum *OR*^{4}, in exhaustum . . horreum *suprasc.* in *C*^{1}, in inexhaustum . . horreum *L*^{2}*R*^{5}, in inexhausta . . horrea *Giles. Matth. 13, 30 et antiqua et nova versio habet:* triticum autem congregate in horreum meum; *sed cf. c. XXXVI* manipulos . . horreis caelestibus condendos inuexit b) virtute *(suprasc.* v̄ *m*^{2}*) B* c) clarꝰus *(in ras. fuit i) B* d) percrebruit *ABLO*, percrebuit *G* e) suorum *ABGLO*, eius *Giles* f) athanius *(suprasc.* as*) A*, athaasmus *G* g) alexandrinę *(suprasc.* vs *m*^{1}*) B* h) transferente est, *sed* est *expunctum, A* i) DE SC̃O PAULO HEREM̃ *B* k) inclitus *ABGO* l) eleberrimus (c *add. m*^{1}*) A*, cæleberrimus *G* m) pellaci *(suprasc.* fallaci *m*^{2}*) A utrumque m*^{1}*G*, ȧppellaci *duae lineae atramento clariore ductae B*, apellaci *L* n) philargiria dec. *ABLO*, philargiria decæpto *G*, philargiriae dec. *Giles* o) iura natura *G* p) puplicatus *AGL* q) luxus *codd.*, luctus *Giles* r) treculentus *(supra* e *m*^{2} v, *supra* u *m*^{2} o*) A* s) praedulci *codd.*, pro dulci *Giles* = *ed. pr.* t) dactulorum *AFLOm*^{1} — sustentas *(suprasc.* n *m*^{2}*) A* u) p̓p *L* v) ꝑflorentis *A* w) pudicitię integritatem *O* x) fin&enus *AG* y) repagulo *supraposita cruce A* z) uiciesterna *(*u *ex* ?*) A* a) intercapidinæ *G* b) bucellas tortelli minuti *Corp. gloss. III 598, 3:* tortelli *(cf. c. XXXVIII s. f.)* a torta genus placentae significant *G. Goetz, Thes. gl. I 155* c) semiplen: *ultima syllaba abscissa A*, semiplenā crustulę *O* d) pennier *(suprasc.* g *m*^{1}*) A* e) famulatibus . hiulco *(suprasc.* ħ*, in marg.* ħ & recipcis uolatib; *m*^{2}*) A, etiam G* & reciprocis uolatibus *in inf. marg. posuit, quamquam haec verba in textum ipsum adsumpsit* f) aduexeratros *(om.* tro*) G* g) usque ad *AG*, ad *om. B*

---

1) *Rufinus hist. eccles. I (X) 8* volentem me aliqua exponere *(sc.* de Antonio*)* ille libellus exclusit, qui ab Athanasio scriptus etiam Latino sermone editus est. *cf. Hieron. vir. ill. c. LXXXVIII* Antonius monachus, cuius vitam Athanasius, Alexandriae episcopus, insigni volumine prosecutus est; *num Euagrii versionem (cf. Hieron. l. l. c. CXXV) noverit Aldhelmus, ex eis, quae dicit, parum constat* 2) *carmen de virg. 774–796. — Circumscribuntur hisce et amplificantur ea, quae legit Aldhelmus apud Hieronymum, vita S. Pauli eremitae c. 4:* quid pectora humana non cogit auri sacra fames? *(Verg. III 56 sq.)* sororis maritus — *quod hunc* generum *A. hic et in carm. 778 dicit,* maritum filiae *et* m. sororis *confudit* — coepit prodere velle, quem celare debuerat . . *c. 5* ad montium deserta confugiens [Paulus annorum circiter sexdecim] tandem reperit saxeum montem . . . patulis diffusa ramis vetus palma contexerat . . *c. 6* cibum et vestimentum ei palma praebebat 3) *Hieronymus l. l. c. 10* Inter has sermocinationes suspiciunt (Paulus et Antonius) alitem corvum in ramo arboris consedisse, qui inde leniter subvolabat et integrum panem ante ora mirantium deposuit; post cuius abscessum 'Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit vere pius, vere misericors. Sexaginta iam anni sunt, quod dimidii semper panis fragmentum accipio . .' — *Willibaldus vita Bonifatii c. 3 p. 11* usque ad decrepitam aetatis senectutem

XXIX. HILARION[a 1], opinatissimus Palestinae solitudinis accola, ethnicis[b] parentibus idolorum[c] culturae[d] deditis oriundus, rosa, ut dicitur[2], rubicunda de spinetis vulgo nascentibus florens, ea tempestate[e], qua praedictus Antonius per Aegiptum celeber[f] fama vulgabatur, claruit, cuius vitam Hieronimus, caelestis bibliothecae egregius cultor universorumque[g] interpretum praestantissimus, tantis opinionum rumusculis extollit, ut Homerum[h] quoque, si ab inferis emergeret, vel invidere materiae dicat vel succumbere[3]. Qui ob integritatem castimoniae conservandam mortalium contubernia[i] declinans primo pubertatis tempore squalentis heremi vastitatem lustraturus prius paene contemplativam quam practicam[k] contra rerum naturam rudis habitator exercuit vitam; lascivam[l] aetatis petulantiam familicae[m] frugalitatis parsimonia crudeliter castigans ‘*Ego te,* inquit, *aselle*[n], *faciam, ut non calcitres; | non te hordeo alam*[o], *sed*[p] *paleis: fame*[q] *conficiam*[4].’ Quapropter[r] innumeris miraculorum prodigiis[s] coruscans[t] antiquis aequiperabatur patriarchis, siquidem horrendum squamoso[u] corpore draconem iuxta Epidaurum[v], Dalmatiae[w] municipium[x 5], quem boam vocant ab eo, quoniam tantae inormitatis existat, ut boves virulentis mandibularum dentibus trucidans gulosa ventris ingluvie[y 4] voraciter gluttire soleat et non[z] solum armenta et pecudes[a], sed agricolas[b] quoque atque bubulcos[c] et subulcos[d] ad se tractos vi spiritus absorbeat[e], — o superi, talem terris avertite gypsam[6]! — armis orationum[f] extinxit[g] hoc modo. Pyram strue[h] stipitum in edito constructam[i] et flammantibus scindulis[k] succensam[l] praefatum[m] mirae magnitudinis basiliscum vulgo spectante G. 34

Novum capitulum indicant (XXVIIII) codd. DE HILARIONE *B* a) ILARION *O* b) &himcis *B* c) idulorum *AG* d) cultura *AG* e) eatē pestate *B* f) cęlebri *O*, cælebri *G* g) uniuersorumque *codd.*, uniuersarumque *Giles* h) homerum *suprasc.* i. rhetorem *O* i) contuber *suprasc.* nia *A* k) practia *AG* l) lasciuīā *A* m) familicae *ABG* (famelicae *man. rec.) O* n) aselle *AB* (*supra* e m^2 v̄) *GL*, asellum *O Giles* o) hordealam (*suprasc.* o m^1) *A*, hordeolam (*suprasc.* a *man. rec.) G* p) set: d *ex* t *man. rec. G* q) fame *ABLO*, et fame *Giles* r) Quappe *L* s) prodiis (*suprasc.* gi m^1) *A* t) corruscans *A* u) sqamoso (*suprasc.* v m^2) *A*, squamoso *G*, squammoso *ed. pr.* = *Giles* v) epidaurum (*suprasc.* i m^1) *O* w) dalmacię *B* x) mūcipiū (*suprasc.* ni m^2) *B* y) ingluine *B*, ingluuiæ *G* z) & ut non *O* a) pedes (*suprasc.* cu m^3) *B* b) agriculas *O* c) bobulcos *AG* d) subulos (*suprasc.* c m^2) *B* e) obsorbeat C^1OR^2 f) terris auertite gypsam (auertit ægypsam *G, qui haec omnia in textu habet)* armis orationum *in textu om. A, manus insularis supplevit in marg. inf.;* absorbeat armis orationum extinxit. O superi . . . . . gypsam hoc modo; Pyram *L. In marg. scriptum, sed linea huc tractum:* secūdū dictū poeticū o superi (*suprasc.* angeli m^1) talē/// *O* g) extincxit *G*, extincsit *O* h) strus (*s evanidum) A*, struę *O* i) constructum (u *in* a m^2) *A* k) scidulis (n *add.* m^1) *A, cf. Thes. gloss. emend. II p. 241,* scindulis *codd.* l) sucensā *B* m) p̄phatū *O*

1) *carmen de virg. 797—826* 2) *Hieronymus, vita S. Hilarionis c. 2 (II 30 M.)* Hilarion .. cum haberet parentes idolis deditos rosa, ut dicitur, de spinis floruit .. *(cf. ad c. VIII s. f.) c. 3* Audiens autem tunc celebre nomen Antonii, quod per omnes Aegypti populos ferebatur, incensus eius visendi studio, perrexit ad eremum. — *c. 3* per totos Palaestinae vulgatus urbes. 3) *Hieronymus l. l. prolog.* Porro mihi tanti ac talis viri conversatio vitaque dicenda est, ut Homerus quoque, si adesset, vel invideret materiae vel succumberet. *Sulpicius Severus vita Martini c. 26* ut inertes poetae victi materiae mole succumbimus ... si ipse, ut aiunt, ab inferis Homerus emergeret *M.* 4) *Hieronymus l. l. c. 5* iratus .. sibi et pectus pugnis verberans: Ego, inquit, aselle, faciam, ut non calcitres: nec te hordeo alam sed paleis. Fame te conficiam et siti. — *Willibaldi vita Bonifatii c. 8 p. 50* coepit gylosam ventris satiare ingluviem 5) *Hieronymus l. l. c. 39 (II 50 Migne)* Duxit itaque eum (Hesychius) ad Epidaurum, Dalmatiae oppidum ...., siquidem draco mirae magnitudinis, quos gentili sermone boas vocant, ab eo quod tam grandes sint, ut boves glutire soleant, omnem late vastabat provinciam et non solum armenta et pecudes, sed agricolas quoque et pastores tractos ad se vi spiritus absorbebat. Cui cum pyram iussisset praeparari et oratione ad Christum emissa evocato praecepisset struem lignorum scandere, ignem supposuit. Tum itaque cuncta spectante plebe immanem bestiam concremavit 6) *Verg. III 620* di talem terris avertite pestem! *Bonifat. aenigmata v. 304* Heu miseri talem mortales spernite gypsam!

scandere terrificae iussionis imperio compellens squamigeros costarum crates rigidamque spinae curvaturam[a] prunis coquentibus extorruit et assantibus titionum globis crudeliter comburens plebem a letiferis bestiae flatibus eripuit. Necnon[1] etiam, ferventis oceani flustra et spumantis cataclismi caerula cum proprios egrederentur[b] terminos[c] et quasi[d] divinae potestatis censura diluvii irruptionem[e] minaretur seu[f] in antiquum chaos omnia redire cogerentur, accolae[g] Epidauritani eundem Dei famulum contra frementes fluctus[h] et salsas[i] gurgitum moles inexperto[k] compulsi terrore opposuerunt[l]; qui cum terna patibuli[m] signacula[n] in glarigeris sulcaret[o] sablonum litoribus, mirum dictu, quomodo turgescens[p] pontus in cumulum[q] creverit[2] et in quanta proceritate ut murus glacialis[r] ante eum steterit. O quanta est pudicitiae virtus, quae bachantis beluae rabiem humillima[s] prece compescuit et[t] tumentem aequoris insaniam indulta potestate compressit, Danielis profetae factum aequiperans in dracone, legislatorem aemulans in aequore.

IOHANNES[u 3] vero, Niloticae[v] solitudinis heremita[w], qui Theodosio[x] mundi monarchiam gubernante quaterdenis annorum circulis[y] in practicae conversationis studio desudans, quam Martha, Lazari germana, votivum Christo[z] humanitatis obsequium praebens Luc. 10, 40 praefigurat, miro devotionis fervore[a] exegit ac demum quinquies bilustris temporum
G. 35 circulis in | remoto delitescens tugurio theoricam anachoreseos transegit[b] vitam[4], ex hoc purae virginitatis munus illibatum usque nonagenariam[c] decrepitae vetustatis senectam liquet[d] servavisse, quod chiliarco[e 5] id est tribuno militum importunis precibus de coniugis

---

a) curuturam *(suprasc.* a m^1*)* *A* b) egredentur *(suprasc.* er m^2 *insularis)* *A* c) termin̄os *(*n *ex* m*)* *A*, termitos *(suprasc.* n m^2*)* *B* d) et quasi *codd.; et tollendum videtur, nisi forte temere, etiam omisso altero membro, Aldhelmus ex Hieronymo copulam retinuisse putandus est. Alterum talis incuriae exemplum attuli in Festschrift für A. v. Bamberg p. 5 sq.* e) inruptione *AG* f) seu *AG*, ceu *(rubro colore suprasc.* s*)* antiquū *(suprasc.* in m^2*)* *B*, seu *suprasc.* quasi *et* swaswafynd *O* g) accol̄e *B* h) luctus *(suprasc.* f m^1*)* *A* i) falsas *G* k) INexperto *A*, in experto *Giles*, inexpertum insuebum *Corp. gloss. IV 446, 29* l) opposuerant *BO* m) patuli *(suprasc.* ib m^2*)* *A* n) signa *suprasc. tribus lineis* tacna, signacula, blesunga *O* o) sulcacet *(supra* c m^2 r*)* *A* p) turgesces *(suprasc.* n m^2*)* *B* q) cumulum: c *in ras.* C^1, c *ex* t *(?)* OR^2, tumulum R^5 r) glatialis *AG* s) humillima *A* t) & m^2 *add. B* u) DE SC̃O IOHANNE HEREMITA *B*, Iohannis *AG*, Iohannēs *B*, Iohannem — heremitam *LO, edd. Constructio* (liquet seruauisse) *hiat quasi continuaretur* liquet, quod *vel* quoniam *ut c. XV, vel pro* liquet *scriptum esset* fertur v) nilotice, *sed* tice m^1 *in ras., B* w) heremita *AG*, heremitā *suprasc.* anachoretā *B* x) thedosio *AG* y) curriculis *LO cf. ad c. XIII* z) christo (xp̃o) LC^2 (xp̃i *A)* a) miro — furore *AG* (exegit *aut* = degit *cf. Corp. gloss. IV 441, 15 aut ex sequentibus* vitam *supplendum)*, mirum — feruorem *codd. Giles* b) anachoreseostrasegit *(suprasc.* n m^1*)* *A* c) nonagenaria: a *alt. ex* ?, *ult. ex* u m^2B d) liquet *om. G* e) chiliarco *ABG*, chiliarcho *LOP*

---

1) *Hieronymus l. l. c. 40* Ea tempestate terrae motu totius orbis ... maria egressa sunt terminos suos et quasi rursum Deus diluvium minaretur vel in antiquum chaos *(Ovid. met. II 299)* redirent omnia, naves ad praerupta delatae montium pependerunt. Quod cum viderent Epidauritani, ... ingressi sunt ad senem et quasi ad praelium proficiscentes posuerunt eum in littore. Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo manusque contra tenderet, incredibile dictu est, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit ac diu fremens et quasi ad obicem indignans paulatim in semet ipsum relapsum est 2) *Ovid. met. XV 508* mare surrexit cumulusque inmanis aquarum in montis speciem crescere visus *(H. Magnus)* 3) *carmen v. 827—841* 4) *Rufinus historia monachorum c. I (391 Migne)* Hunc (Iohannem) vidimus in Thebaidis partibus in eremo ... in rupe quadam montis ardui commanentem. Ascensus ad eum difficilis, aditus monasterii eius obstructus et clausus, ita ut a quadragesimo aetatis suae anno usque ad nonagesimum ... monasterium eius nullus intraverit .... In tanta denique mentis sinceritate profecerat, ut non solum eorum, quae praesentia erant, scientiam consequeretur a domino, verum et eorum, quae futura erant, praescientiam mereretur. Evidenter namque ei Dominus prophetiae gratiam contulit 5) *ibid. (392 Migne)* Tribunus quidam ... venit ad eum et obsecrare eum coepit, ut permitteret coniugem suam venire ad eum ... tunc ille negat, sibi umquam moris fuisse videndi mulieres et praecipue, ex quo in illius rupis se monasterio conclusisset

incommoditate suppliciter consulta flagitanti[a], ut[b] se[c] invisendum[d] adiri[e] pateretur, intentione[f] rigida respondisse fertur, sibi umquam moris non fuisse[g] videndi mulieres et praecipue[h], ex quo in illius rupis se[i] monasterio conclusisset. Idcirco pro adeptae integritatis clamide[k], qua[l] angelicae puritatis liniamento velut[m] domestica soliditate[n] adsciscebatur[o], futura profeticae[p] divinationis oracula, quae reliquos[q] latuerunt[r] mortales, praesago afflatus spiritu expertus est.

XXX. NEC praetereundum arbitror beatae memoriae[s] Benedictum[1], quem ab ipsis infantiae incunabulis[2] ita fortunatum vocabuli praesagium[3] pascebat, ut penitus[t] aliter in proposito divinae religionis[u] vivere nequiret, quam propriae appellationis dignitas et caelestis eulogiae[v] praerogativa[w] permitteret. Nam cum[x] gratuita supernae liberalitatis munificentia mactus[y] puer pollesceret et secundis[z] meritorum successibus per augustum[a] Hesperiae[b] regnum late crebresceret[c], haud[d] frustra cum advocato et redemptore nostro felix vocabuli privilegium[e] participavit, de quo lactantes[f] evangelici[g] consona vocis[h]
Matth. 21, 9 armonia psallentes concorditer cecinerunt: *Bene dictus, qui venit in nomine domini.* Cuius
[Ps. 118, 26] rei[i] regulam nostra quoque[k] mediocritas autentica[l] veterum auctoritate subnixa in sacro-

a) flagitate *(suprasc.* n m^2*) A,* flagitante *G* b) *pro* ut *legendum esse videtur* et ut c) *supra* se m^3 illā *B,* se illum C^2 d) inuiꝫsendum *P* e) *adire *codd.* f) in////tentione *A* g) umquam moris non fuisse *ABGLP,* numquam .. non *O,* nunquam .. fuisse *Giles* h) præcipuæ *G* i) rupisse *ABLO* k) clamide *codd.* l) qua *codd.,* quam *Giles* m) velud *P* n) soliditate *AG* = *ed. pr.,* sodalitate *cett. cf. c. XXVII* o) adsiscebatur *codd.,* abcicebatur OR^2R^4, assciscebatur R^3, suscitabatur R^5, adsciscebat *Giles. Dixisse videtur Aldhelmus: veste integritatis Iohannem ad similitudinem angelorum quasi propria quadam constantia esse adscitum* p) ꝑfeticæ *AG* q) quæliquos *(suprasc.* re m^1*) A,* requos *(suprasc.* li m^1*) O* r) latuerunt *codd.,* latuerint *Giles c. XXX indicant codices;* DE SCO BENEDICTO ABBATE, *in marg.* CAP. XV *B* s) Nec — arbimemoriæ *in marg.* tror beatę *P* — *Ante ea, quae afferuntur de Benedicto, codices omnes, quos inspexi (= C^1C^2LO S(alisberiensis) H(erefordensis) Harleianus 3013 $R^2R^3R^4R^5$), praeter ABGP (in R^1 desunt, quae leguntur a verbis* plenius exposuit *c. XXVII usque ad verba* qua tempestate praedictos *c. XXXIV, nimirum unum quaternionem, qui excidit, complentia, sed capitulorum enumeratio indicat, fuisse etiam in eo hanc interpolationem) haec inserunt ex c. XXXVII excerpta:* Amos primus nitriae famosus accola, qui cum a parentibus inuitus ad nuptiarum commercia cogeretur et tamen inuitus nequaquam pudicitiae palma priuaretur, magis magisque inuisi oblatam matrimonii sortem ac si squalentis caeni contagia uel uenenatum aspidis morsum refragabatur, || infinitis a uero remuneratore uirtutum prodigiis donatur; || cuius *(in textu Aldhelmi:* Huius itaque Amos*)* spiritum antonius heremita, cum carnalis ergastuli uinculis enodaretur, a caelestis militiae manipulo astriferis inferri caelorum orbibus conspexit. Nec praetereundum arbitror *e. q. s. Nota haec fuerunt etiam Bruxellensis (B) librario, qui in margine ad capitis XXXVII initium, addita nota* h, *adscripsit* infinitis a uero remuneratore — orbibus conspexit, *quamvis haec omnia etiam suis locis repetiverit. Videtur in alterius classis codice archetypo epitome haec capitis XXXVII, fortasse in peculiari folio olim vel ad marginem scripta, ideo esse inserta, ut cum Benedicto coenobiorum conditore* primus Nitriae accola *componeretur; non fugisse miram hanc repetitionem librarios haud scio an falso quis concludat ex nota* k (kapitulum) *in C^1OSR^4 ad* Nec praetereundum *apposita; nam haec nil nisi novi argumenti initium indicat. In editiones non recepta sunt, quoniam editio princeps ex Guelferbytano codice pendens ea omiserat* t) pænitus *G* u) relegionis *G* v) *nullus codex graecis litteris, uti apud Gilesium (εὐλογίας) leguntur, hoc vocabulum exhibuit* w) p̄gatiua *(suprasc.* ro m^2*) C^1* x) cum *om. AG* y) munificentiam actus *G* z) et cum secundis *O* a) agustum *(suprasc.* u*) P* b) esperię OR^2 c) crebrescet *AG* d) haut OR^2 e) felix uocabulum priuilegium R^5 f) lactantes *codd.,* lactantes *suprasc.* infantes R^4, laetantes *Giles, sed cf. Ps. 8, 3. Sulp. Sev. v. Mart. c. 9. Venant. Fort. v. Mart. I 215* g) ęuuangelici *O* h) uocis *codd.,* uicis *G* = *ed. pr.* = *Giles* i) cuisrei *(suprasc.* u m^2*) O* k) nam quoque *G* (nã *A, quam ligaturam non novit librarius G)* l) mediocrita///// *(suprasc.* s m^2*)* authentica *P*

1) *carmen de virg. 842—880, ubi quae de miraculis Benedicti addit Aldhelmus, sumpsit (cf. etiam 2024 sqq.) ex libro altero dialogorum Gregorii Magni, quem aperte pro auctore nominat v. 877. Ea, quae hic ad laudandum Benedictum affert, de suo composuisse videtur; unicum quod de rebus gestis Benedicti ita narrat, ut indicet, alicunde id se sumere* (construxisse — scribitur) *i. e. duodecim eum coenobia condidisse, hoc quoque Gregorius narrat dial. II 3 s. f.* 2) *c. XXXII* ab ipsa cunabulorum teneritudine. *Aethelwaldi epist. (p. 101, 11 G)* ab ipsis tenerrimae cunabulis infantiae 3) *c. XXXVI (p. 47, 4)* beata virgo vocabuli praesagio Basilissa hoc est regina

sancta palmarum sollemnitate binis classibus[a] canora voce concrepans et geminis concentibus Osanna persultans cum iocundae[b] iubilationis melodia concelebrat. Igitur praefatum Christi tironem propter[c] incorrupta et iugiter stellantia immarcescibilis[d] pudicitiae serta[e] sanctae trinitatis tutela[f] protectum profetica signa sequebantur et superna miracula caelitus comitabantur, siquidem post deruta[g] simulacrorum sacella[h] et dissipatas fanaticae gentilitatis caeremonias[i], quae vitam veritatis expertem fato[k] fortunae
G. 36 et genesi gubernari[l] iuxta mathematicorum[m] constellationem | arbitratur[1], bissena construxisse[n] coenubia scribitur, in quibus opulenta sanctae conversationis lucra et copiosa animarum emolumenta orthodoxis dogmatibus ubertim[o] acquisita Christo provenerunt, quae dominicae gnarus cultor vineae velut maturescentes palmitum botros[p] ac[q] rubi- Luc. 13, 7 sqq.
cundos sarmentorum racemos evangelica falce succidens[r] refertis[s] fiscellis[t] onustisque corbibus[u] ad praelum[v] calcandos et ecclesiae torcularibus regulariter exprimendos advexit, ut merulenta defecati nectaris defruta apothecis caelestibus[w] recondenda et angelicis cauponibus committenda[x] feliciter inferret[y], quatenus[z] supernorum convivia huiuscemodi muneribus de terreno[a] nundinarum mercatu allatis gratulabunda glorificarentur.

XXXI. MAGNA[2] est igitur puritatis praerogativa[b], quam qui amittere per vim compellatur[c], si ob hoc[d] humanum exosus[e] consortium communi vita sponte[f] caruerit, apud .CXLIIII. milia virginale carmen canentia in caelesti contubernio gratulabitur apoc. 14, 1. 15 cf. c. VII. L s. f.
gloriosus[g], quod Eusebius, Graecorum historiografus, virgines Deo devotas fecisse testatur[3], quae se pro integritatis pudicitia conservanda rapaci gurgitis alveo per praeceps[h] immerserunt; unde quidam[4] patrum[i] *propria*, inquit[k], *manu perire non licet absque eo,* Hieron. in Ionam 1, 12
ubi castitas periclitatur[l]. O[m] mirandum negotium et propemodum investigabile[n] decretum: ceteris facinorum flagitiis, quae mundi statum lugubriter conturbant[o], cum quispiam[p] mancipari invitus[q] cogitur et spreto libertatis arbitrio reatum sceleris perpetrare compellitur, si sub praetextu[r] cavendi noxam[s] et declinandi delicta quolibet exitii genere

---

a) clasibus *GO* b) iocundis R^2 c) p̄pe *L*, pp *P* d) immarciscibilis *AGR*^{5} e) seruata *G* f) tutella *AG*, tuteꝫla *P* g) deruta *AGLPR*$^2R^3R^5$, deruta *(supra* e m^1 i*) O* h) satella *G* i) cæræmonias *G* k) fato *(supra* o m^2 v*) B*, fatu *OR*$^2R^3R^5$ l) gubernari *AG*, gubernare *cett.* m) mathemaꝫticorum *B* n) constuxis m^1, *suprasc.* r *et* se m^2A o) ubertim adquisita *AG*, adquisita ubertim *cett.* p) butros *A*, botros, *sed* o *prius in ras. ex* u *B*, botros, *sed* o *ex* u *man. rec. G* q) ccc *G (A* ac *scripsit, ita ut pro* ccc *legi posset)* r) succedens *G* s) et refertis *AL*, et *om. BOR*$^2R^3$ t) fiscilis *AG*, fiscellis *(*e *ex* i*) B* u) cordibus *(*b *supra* d*) A*, honustisque cordibus *G*, cor///ibus R^3 v) prelūꝫ *B* w) cælestis *(suprasc.* bu*) A* x) commitenda *AG* y) infer& *AG* z) quatinus *LO* a) d&erræno *G* *Novum capitulum in codd. indicatur* b) prorogatiua *A* c) copellatur *(suprasc.* n m^2*) AG*, compellitur *vel* conpellitur *cett.* d) sibhoc si ab hoc, *deinde* si ob hoc *(suprasc. i.* propter hoc*)* m^2B e) exosos *(*o *alt. ras. ex* u m^2*) C*^{1} f) spontie *A* g) gloriosuꝫs *B*, gloriosus gratulabitur *C*^{1}*LO* h) precipites *OC*^{1} *(suprasc.* p̄ceps*)* R^2 *in ras.*, perpraeceps *suprasc.* praecipites C^2R^5 i) patrūꝫ *B* k) inquid *C*^{1} l) peclitatur *(suprasc.* re m^2*) A*, pereclitatur *G* m) CAP. XVI *in marg. B* n) inuestigabilis quem nemo cognosci *(l. c.* cognoscere*)* potest *Corp. gl. V 461, 52* o) conturbant///// *B* p) conquispiam *AG (suprasc.* cum *man. rec.)* q) inuitii m^1, inuitus m^2A r) supr&exu *(suprasc.* t m^1*) A*, supretextu *(suprasc.* b*) G* s) nexam *AG (*m^1 e *in* o *alt. atramento) in marg. ad hunc locum transverse adscriptum est:* ferunt *A*

---

1) *epist. ad Acirc. p. 226, 19* Unde mathematici fatum fortunam vel genesim aut suprema Parcarum fila .. se divinare et praenoscere posse ridicula stoliditate arbitrantur. *cf. Aenigm. n. VII (I 7)* De Fato (vel genesi); *vide etiam c. XXVI* quem diva, ut dicunt, fortunae ferocitas et parcarum grassatrix nulli parcentum atrocitas .. oppresserat 2) *Huius capitulum argumentum omissum est in carmine, in quo pro Malcho Gervasius et Protasius praedicantur* 3) *Rufinus Eusebii h. e. VIII 12* (Mater et filiae eius duae) minacis se fluvii rapidis iniecerunt fluentis 4) *Hieronymus in Ionam I 12 (op. VI coll. 1183 Migne)* (Unde et in persecutionibus) non licet propria perire manu, absque eo, ubi castitas periclitatur, (sed percutienti colla submittere)

vim vitae crudeliter intulerit[a], extraneus ab[b] ecclesiae societate inter biothanatos[c] reputabitur[d]! Qua de re conici[e] datur, quam pretiosa sit supernis municipibus pudicitiae generositas[f], quam nec illud abolere[g] et obliterare quolibet pacto potest, quod perfectorum merita ludificare et cuncta[h] virtutum genera evacuare valet[i]. Unde Malchus[1], cum[k] paternae severitatis violentia simulque materna gravitate[l], qui[l] successurae posteritati[m] consulebant, ad carnale[n] consortium cogeretur, castitatis obtentu et regni caelestis causa con|tempnere[o] decrevit; sed cum ob cognatae propinquitatis curam accepto[p] con- G. 37
versationis fervore[q] paulatim tepesceret et torrido[r] coenubialis vitae rigore, instinctu[s] strofosi hostis discessurus, sensim refrigesceret, a Saracenis praedonibus[t] et Ismaelitis[u] grassatoribus obvia quaeque atrociter vastantibus captus ut servilis berna famulari iubetur, iusto valde iudicio, ut[v], qui interdictum repetebat postliminium[w], serviret ut vile
[Luc. 17, 31. 32] I Mos. 19, 26 mancipium, quatenus[x], qui Sodomitanum[y] pereuntis feminae[z] dispendium[a] minime pertimesceret, prolixae servitutis detrimentum et invisum heri famulatum atrociter sentiret
Lucas 9, 62 et, dum aratri stibam[b] postergum[c] respiciens neglegenter regeret, ruptis sulcorum glebulis iugerum occa nugaciter deperiret[d], cumque ibidem optatae castitatis insignibus, quae in genitali solo servaverat, carere[e] stricta machera extorqueretur[f], maluit[g] mucrone[h] transfossus crudeliter[i] occumbere[k] quam pudicitiae iura profanando[l] vitam defendere, nequaquam animae periculum pertimescens[m], si integer[n] virginitatis status servaretur[o].

XXXII. PRAETEREA beatae memoriae Narcissum[p 2] tam virginalis pudicitiae privilegio praeditum quam pontificalis infulae auctoritate decoratum sub silentii[q] latibulo

a) itulerit *(suprasc.* n *m²) A* b) extraneus ab *A (a suprasc.* b *m²) BC¹GLO*, ex traneus ob hoc ab *Giles* c) biothanatas *(o ex ?) A*, biothanatas *BC¹GLO ed. pr., sed cf. Isid. Orig. X 31* d) deputabitur *C¹LO* e) conici *ABC¹GLO*, coniici *Giles* f) gerositas *(suprasc.* ne *m²) A* g) abolere *(o in ras. m²) B* h) cunta *suprasc.* c *frgt. Ox.* i) *post* valet *in B:* DE SCO MALCHO MONACHO CAPTIUO k) cum *om. AG*, malchus pater paternæ *G = ed. pr.* l) glauitate *AG* — qui *quasi praecederet pater et mater* m) posteritate *(i ex* e *m²) B frgt. Ox.* n) carnali *G* o) compnere *(nte add. m¹) A*, contempnere *GL* p) acepto *C¹*, acepto *suprasc.* c *m² frgt. Ox.* q) ferue *(suprasc.* or*) AG* r) torrida *A* s) instintu *(suprasc.* c *m¹) A frgt. Ox.*, instinctu *cett.*, instructu *Giles* t) sarracenis prodonib; *(o prius in* ę *m²) B*, saracænis *G* u) ismahelitis *BGO*, hismælitis *C¹*, ismaęliticis *supra* ę *m² frgt. Ox.* v) iudicio ut *(suprasc.* et *m²) B*, & qui *C¹*, et qui *LO* w) post liminium *(suprasc.* terminū *m²) A*, p̄liminiū *C¹*, post liminium *LO* x) quatinus *C¹LO* y) sodomitarum *(supra* r *m¹* n*) B*, sodomitanum *supra ras.* o *frgt. Ox.* z) fæminæ *G* a) dispendum *(suprasc.* i *m²) A* b) stibam *sic codd., cf.* stibarius *XXVIII^b* c) postergum *sic codd.* d) deperiret *(d ex* p *m¹) L* e) caere restricta *AG* f) extorqueť *(suprasc.* re *m²) C¹* g) malluit *AG frgt. Ox.* h) mucrune *suprasc.* o *frgt. Ox.* i) cruꝺeliter *(in ras. fuit* e*) C¹* k) ocūbere *(suprasc.* c *m¹) O* l) pphanando *C¹L* m) pertimenscens *frgt. Ox.* n) integer *codd.*, integer uirgitatis *suprasc.* ni *frgt. Ox.*, integræ *Giles* o) serua////retur *B* *Novum capitulum indicatur;* DE SCO NARCISO EPO *B* p) narcissum *AG*, narciꝺsum *frgt. Ox.*, narcisū *BR²S*, NARCISVM *C¹ (hic et infra) LOR³* q) silentii *(i ult. atramento obscuriore) A*, silenti *C¹ frgt. Ox.*

1) *Quae de Malcho affert, desumpta sunt ex Hieronymi vita Malchi (op. II 56 sqq. Migne). c. 3* Ego .. solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpem generis sui et heredem familiae suae ad nuptias cogerent, monachum potius me velle esse respondi. Quantis pater minis, quantis mater blanditiis persecuti sint, ut pudicitiam proderem, haec res sola indicio est, quod et domum et parentes fugi .... Post multos annos incidit mihi desiderium, ut ad patriam pergerem .... Clamare coepit abbas meus, diaboli esse tentationem et sub honestae rei occasione latere antiqui hostis insidias ..; obsecrabat, ne .. me perderem nec aratrum tenens post tergum respicerem. *4* .. vicina est solitudo, per quam Saraceni incertis sedibus huc et illuc semper vagantur .. ecce subito .. Ismaelitae irruunt ... Ego interim longo postliminio hereditarius possessor .. cum altera muliercula in unius heri servitutem sortitus venio .. *6* .. ille inplacabilis in furorem versus evaginato me coepit petere gladio ... Quid prodest parentes patriam, rem familiarem contempsisse pro Domino, si hoc facio, quod ne facerem, illa contempsi ... Exspectamus manum domini, an proprio mucrone confodimur? 2) *carmen de virg. 895—970. — Rufinus Eusebii hist. eccl. VI 7* ... Narcissus, qui prius inibi (Hierosolymis) functus est pontificatus officio. Verum quoniam Narcissi

delitescere non feram, cuius vita adeo signis et prodigiis miraculorum[a] coruscantibus claruit, ut contra rerum naturam liquentis elementi qualitatem soli Deo mutabilem orationum armatura fretus in aliud genus converteret[b], siquidem in vigiliis[c] paschalibus[d], quando reciprocis annorum circulis[e] anastasis[f] dominica solitae sollemnitatis tripudio celebratur[g], fortuito[h] contigit, ut lichinis[i] et lampadibus ecclesiae pinguis olei liquor oportunus defuisset. Tum vir Deo deditus liquidas fontium lymphas[k] exorcizans et sacrae benedictionis ubertate fecundans stupendo virtutis spectaculo pinguescere fecit ita dumtaxat, ut latex lucernarum cicindilibus[l] infusus in olei crassitudinem perniciter verteretur et papirus[m] in centro positus velut fomes arvina[n] vel sevo madefactus[o] solito clarius[p] lucesceret[q]. Verum antiquus[r] humani generis grassator pro tanta rumoris praeG. 38 rogativa[s], qua catholicorum laudes crebrescunt[t], obliquo[u] livoris zelo | succenditur, ut tam[v] favorabile viri Dei praeconium falsis[w] suspicionum[x] argumentis nutabundum[y] elideret. Nam strofosi fallaciarum[z] fabricatores satis probrosum facinus et inauditum crimen adversus eum in cathedra pestilentiae[a] sedentes in concilio sub tribus testibus fallaciter periurantibus concinnant[b], ut psalmista chirografatur: *Insurrexerunt in me* Ps. 26, 12 *testes iniqui et mentita est iniquitas sibi*[c]; quorum unus ita, ne lare crepitante torreretur, veraciter se fari testabatur[d], alius ita, ne virulenta regiae pestis incommoditate populareturtertius ita, ne[e] gemellis oculorum obtutibus orbaretur[f]. Ita Narcissus Deo confisus nequaquam apologiticam, ut sontes et insontes solent, defensionem exquirit, sed pontificalis cathedrae apicem hac occasione[g] inventa relinquens abstrusam heremi vasti-

[a]) prodigiis (i *ult. in A suprasc. m*[1]) miraculorum *codd.*, miraculorum prodigiis *Giles* [b]) conuer-////ter& *A* [c]) uigili////s (*supra ras. m*[1] i, *in ras. fuit* a) *A* [d]) pascalibus *GO* [e]) circulis *AG*, curriculis *BC*[1]*C*[2]*L cf. ad XIII h* [f]) anastassis *AC*[2]*G frgt. Ox.*, anatasis (*suprasc.* s *m*[2]) *R*[2] [g]) celebratur *codd.*, celebrabatur *Giles* [h]) fortuitu *AC*[1]*C*[2]*GLOR*[2]*S* [i]) lichinis *codd.*, lychnis *Giles* [k]) lympha//// *suprasc.* s *A*, lymphas *GOS* [l]) cincindilibus *AB* (*suprasc. man. insularis* luminarib; *G* = *A*) *G*, ci///cindilib; *R*[2] [m]) papirus: pirus *m*[1] *in ras. B* [n]) aruina (*suprasc. m*[2] axungia) *C*[1] (aruina *C*[2]), ausungia (*suprasc.* abli· aruina *O*, ausungia *R*[2]*R*[4]*Heref.*, axunga *S* [o]) ma defactus: *syllabae tenui linea coniunctae m*[2]*C*[1] [p]) crarius (l *supra* r) *A* [q]) lucesce/////ret *C*[1] [r]) antiqus (*suprasc.* v *m*[1]) *A* [s]) prorogatiua *C*[2] [t]) crescunt (*suprasc.* bre *m*[3]) *B* [u]) oblīquo *AG* [v]) ut tam *AB alii*, tamen *Giles* [w]) salsis *AG* [x]) suspiciunū (u *in* o) *B*, suspiciorum *O* [y]) nutabundum *codd.*, mutabundum *Giles* [z]) fallaci////arù *C*[1] [a]) pæstilentiæ *G* [b]) concinant *C*[1]*C*[2] [c]) iniqui usque sibi *ABC*[1]*C*[2]*GOR*[2]*R*[3]*S ed. pr.* [d]) testatus est *B*, testatur *suprasc.* ba *C*[2] [e]) *ne ita *codd.*, *sed O* ne *supra lin. m*[1] *ante* ita [f]) orberetur *C*[2] [g]) hoc occasione *L*

memoriam sermo progrediens attulit, congruum mihi videtur, de eius gestis insignibus memorare ... Accidit aliquando in die solemni vigiliarum Paschae oleum deesse luminaribus .. sed Narcissus fide fidens ministris imperat haurire aquam sibique deferri, cumque intulissent, oravit et benedixit aquam et infundi luminaribus praecepit; tum repente miro et seculis inaudito genere virtutis natura aquae in olei pinguedinem versa splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem .... quidam homunculi nequam, male sibi conscii metuentes, ne criminum suorum, si arguerentur, non possent effugere vindictam, praeveniunt et factionibus circumvenire parant eum, cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur adversum eum infame satis et noxium crimen; conveniunt auditores; testes ex semet ipsis producunt, qui sub sacramento iuramenti, quae obiciebantur, confirmarent, quorum unus testis ita, non (*l.* ne) igni consumeretur, vera se dicere testabatur, alius ita, ne regio morbo corrumperetur, tertius ita, ne luminibus orbaretur .. (Narcissus) subterfugit ecclesiae multitudinem et in desertis locis atque agellis secretioribus delitescit annis quam plurimis. At non ille magnus divinae providentiae oculus quiescit in longum ... Primus namque ille testis parva ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa cum omni genere suo omnique familia flammis ultricibus conflagravit; alius repente ab imis pedibus usque ad summum capitis verticem morbo regio .. repletur atque consumitur; tertius autem .. audientibus cunctis sera poenitentia universum concinnati sceleris ordinem pandit, tantis autem lacrimis inmanis commissi facinus deflet et in tantum .. perdurat fletibus, usquequo luminibus orbaretur .. *c. 8* .. in eo (Narcisso) complevit dominus dicens 'Mihi vindictam, ego retribuam, dicit dominus'

tatem[a] petiit[b] et fribula[c] aemulorum[d] machinamenta concinnatasque[e] factiones[f] fugiens
Daniel 13, 28 delitescit. Porro[g] pellaces testium personas, quae presbiteros[h] contra Susannam musitantes aemulabantur, ultrix divini potentatus censura[i 1] eisdem[k] cladibus, quibus[l] periurantes[m] devotabant[n], crudeliter percussit. Quorum primus cum omni[o] domesticae sodalitatis clientela[p] et propinquae necessitudinis contribulibus in proprii domatis tigillo[q] ultricibus flammarum globis[2] conflagrasse memoratur; secundus a triplicis summitate cerebri[r] planta tenus morbo regio turgescens[s], ut[t] dudum[u] demens et impudens procax imprecabatur, fetidum[v] exalavit[w] spiraculum; tertius infelicem sodalium fortunam animadvertens omne[x] concinnati facinoris piaculum sera[y] poenitentia cunctis[z] auscultantibus in propatulo patefecit tantisque lamentorum singultibus et tam rancidis fletuum questibus[a] lacrimabundus lugubriter flevit, donec gemellis pupillarum luminibus funditus
ad Rom. 12, 19 fraudaretur[b], unde cautum est[c]: *Mihi vindictam, et*[d] *ego retribuam, dicit dominus.*

QVID[e] referam[f] sanctae recordationis Athanasium[3], cuius rumigerula meritorum gloria et florigera[g] pudicitiae praeconia quamquam specialiter apud Alexandriam[h] et Aegiptum clarescerent[i], per totos[k] tamen mundi cardines, ubi fides | catholica[l] fructi- G. 39
feris palmitibus frondescit, longe lateque percrebruit[m]. Cuius altor et dogmatista beatus Alexander, Alexandriae[n] pontifex, ab ipsa cunabulorum teneritudine[4] extitisse memoratur, tam notariorum caracteres quam grammaticorum[5] periodos colo et commate[o] sequestratim distinctas[p] affabiliter instruendo, qui videlicet Alexander[q], postquam ilia Arii[r] scismatici in abstrusum[s] latrinae cuniculum turpiter defluxerant[t 6], ecclesiae triumphali tropeo sublimatur[u]. Sed quid mirum, si Athanasius in summo graduum fastigio[v]

---

a) uastitè *(suprasc.* ta*)* C^1 b) petit *(suprasc.* i *alio atramento)* *A*, petiit *G* c) fribula R^4S, friuuola *L*, fribola OR^2 d) emularum *A* e) concinatasq; C^1 f) factiones *(*e *ex* i*)* *O* g) porpo *(*p *in* r *corr.)* *A* h) presbiteros $BC^1C^2LOR^2R^3$, pre(æ)sbytero *AG* i) consura *(*o *ex* e *m²)* *B* k) isdem *(suprasc.* e *m³)* *B*, isdem C^1L, eis dem *(*s *m²)* R^2 l) quibus *supra lin. B* m) per iurantes R^2 n) defotabant *AG*, deuotabant *cett.*, se deuouerant *Giles*, deuotabant *suprasc.* maledicebant Bm^2C^1O *cf. Corp. gl. V 567, 1* deuotare exprobrare maledicere, proprie tamen est voto se obligare o) onni *(suprasc.* m *m²)* R^2 p) clientella AGC^2 q) tegullo *(alt.* l *linea sublatum)* *A*, tegulo *G ed. pr.*, tigillo *cett. cf. ad carm. rhythm. I 164;* tigillum · trabem · tegulae · sed tegula prima(e) positionis nomen, cuius diminutiuum tigillum *adsc. in O* r) sumitate cẹrebri C^1 s) turiescens C^2 t) et *(suprasc.* ut *m²)* R^2 u) ddum *(*d *prius linea sublatum)* *A*, dum *G* v) fetidum $C^1C^2LOR^2S$, fouidum *AG* w) exalauit *AG*, exalauit *B* x) omni *AG* y) sera *supra lin.* m^1A, sera sententia *G* z) cuncti *(suprasc.* s*)* *A* a) rancidis — questibus *codd.*, raucidis — quaestibus *Giles* b) frauderetur C^1R^2, fraud////retur *(suprasc.* orbaretur *m²)* *O* c) cautum est *codd. (suprasc.* m^1 scriptū C^1*)* d) et *om. omnes praeter AG secundum locum Rufini; quamquam autem neque vetus neque antiqua versio novi testamenti* et *agnoscit, agnoscunt tamen Tertullianus Ambrosius Cyprianus cf. Sabatier III 642* e) DE SCO ATHANASIO EPO *B*, k *in marg. S* f) refferam *B* g) florigera *codd.*, florigera *(*a *ex* u*)* *B*, florigerae *Giles* h) aput alezandriã *AG* i) darescerent *AG* k) totos *codd.*, totas *L*, totius *Giles;* tamen *om. B* l) atholica *suprasc.* c *A* m) percrebruit *supra lin.* m^1A, percrebruit C^1GLPOS, percrebuit BR^3 n) alexandriaę *(*a *in ras. pro* n*)* *B* o) cola et commate *ABGLP* p) distinctos AC^1GLPOR^3, distinctas *(*a *ex* o *m¹)* *B* q) alezander *AG* r) ilia *(i prius in ras. ex* a*)* *B*, arrii AC^1GLR^3, arii *(suprasc.* r *alt. m²)* *B*, iliarii *(*a *alt. add. supra lin. m²)* *P* s) abstrusum AGC^2, abstrusũ *(supra* a m^2 o*)* *B*, obstrusum $C^1OR^2R^3R^4R^5$, latine *(suprasc.* r *m²)* C^1 t) defluxerunt *(suprasc.* a *m²)* *BL* u) sublimatus est *B* v) fastio *(suprasc.* gi *atramento obscuriore)* *A*

---

1) *c. XXIX* divinae potestatis censura 2) *Verg. georg. I 473* flammarum globos *cf. c. XXXVI (p. 284, 4)* fumigabundis flammarum globis; *c. XLI* sulphureis flammarum globis. *M.* 3) *Quae de Athanasio hic et in carmine v. 971 — 1033 affert Aldhelmus, excerpta sunt ex Rufino Eusebii h. e. I (X) 13—18* 4) *vide p. 268, 2* 5) *Rufinus l. l. c. 14.* Parvo autem tempore cum a notario integre et a grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuo tamquam fidele domini commendatum a parentibus restituitur sacerdoti ac velut Samuel quidam in templo domini nutritur 6) *Rufinus l. l. c. 13* Ubi *(in publico loco)* cum sederet *(Arius)*, intestina eius et omnia viscera in secessus cuniculum defluxere: ita tali in loco dignam mortem blasphemae ac foetidae mentis exsolvit

divina charismatum gratia pollesceret, cum etiam tenerrima[a] aetatula infantis[b] nequaquam praesago[c] indolis prodigio caruerit, sed puerilis ludorum[d] gesticulatio pontificalem futuri praesulis auctoritatem[e] portenderit? Etenim peractis missarum sacramentis conspicatur Alexander[f] investes puerorum[g] catervas in marinis litorum glareis sacerdotalem Athanasio contulisse reverentiam et quosdam catacuminos et competentes ab eodem mistico baptismatis officio regeneratos extitisse, quod scenico ludorum ioco gestum[h] decretis sinodalibus serio confirmatum[i] est[1]. Igitur Athanasius post obitum Alexandri sumpto ecclesiae praesulatu quantas hereticorum[k] machinas[l] expertus sit, quot[m] fraudulentas[n] scismaticorum[o] strofas pertulerit, quas adversus insontem[p] subdola factione concinnabant, decimus ecclesiasticae historiae liber a Rufino caraxatus[q] adstipulatur[r 2], ita prorsus, ut Constantio[s] Augusto[t], qui Orientis imperii sceptra gubernabat, evulsum[u] cadaveris lacertum et in sarcofago delatum[v] ostenderent[w], quem ab Athanasio[x] magicae fraudis necromantia de Arsenii corpore[y] sublatum fallaciter retulerunt. Quapropter imperator commentis hereticorum lenocinantibus illectus et probrosis factionibus deceptus in concilio praesulem inconsulte[z] condemnari[a] praecipit[b]; verum Arsenius, qui quondam in pulpito lectoris officio[c] fungebatur, omnem concinnati sceleris scenam prodidit et sacrum flaminem a tam flagitiosis facinoribus immunem esse declaravit[d]. O quantus quosdam attritae frontis pallor ob detectum[e] sceleris reatum tremibundos arguit et edi-
G. 40 verso quorundam vultus purpureus genarum | rubor velut[f] stibio depinxit, cum in concilio[g] valentem sospitem[h] specularentur, quem abscisis[i] nervorum nexibus mancum debilem[k] fatebantur! Verum huiuscemodi sancta victoria confutati[l] aliud argumenti genus molientes[m] comminiscuntur, ut prostituta pellax[n] virum castissimum prostibuli stupro, quo penitus a pubertate incorrupto corpore caruit, insimulare procaciter machi-

---

a) teneterrima *B* b) &atula infantis *A*, infantis ae(e)tatula *BC¹LOPS* c) prẹsago/// *(o ex a) O* d) ludorū *m²* *supra lin. B* e) autoritatem *AB*, autoritatē *suprasc.* c *OP* f) alezander *P* g) puerorum *(e m¹ in ras.) B* h) ioco *(o ex* e *m¹)* gestū////: ū *in ras. m¹B*, iucogestum *P* i) sericonfirmatum *(o m²) P* k) hereteicorum *B*, hereticorum *C¹* l) michinas *(supra* i *prius* a *m²) B* m) quod *(suprasc.* t *m²) P* n) fraudulenta *(suprasc.* s *m²) A* o) scismaticorum *ABLOS*, scimaticorum *C¹* p) insontẽ *(in ras. fuit* s*) C¹* q) caraxatus *sic codd.; iuxta haec verba in marg.* R *linea traducta A* r) adstipulatur *codd.*, astipulatur *C¹OS*, abstipulatur *Giles* s) constantio *(suprasc.* n *m²) C¹* t) augusto *(a in ras.) B* u) eulsum *(suprasc.* u *m²) A* v) delaũ *(suprasc.* t *et* a *in ras. m²) C¹* w) ostender& *(suprasc.* n *m²) A* x) athanio *(suprasc.* as *m¹) A* y) corpore *(e in ras.) B* z) inconsultę *C¹* a) contempnari *AG (man. rec.* condemnari*)*, condẽpnari *S*, ẽdẽpnari *(i in ras. m²) B*, condempnare *C¹*, condempnare *(e in* i*) L* b) praecepit *BC¹LO*, p̄cepit *(e ex* i*) S* c) offocio *(o in* i *m¹) A* d) declaruit *(suprasc.* a *m¹) C¹* e) pallor& obtectum *AG* f) uelud *C¹* g) incilio *(suprasc.* con *m³) B* h) et *om. AG*, ualentem et sospitem *cett.* i) abscisẽis *O* k) et *om. AG*, mancum et debilem *cett.* l) confutati *ex* confututa *B* m) mollientes *(l prius sublatum) A* n) prostituta pellax *codd.*, pellex *(e ex* a *man. rec.) G*, prostituta pellex *ed. pr.*, prostrata pellex *Giles*

---

1) *Rufinus l. l. c. 14.* Tempore, quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander episcopus agebat, cum post expleta solemnia conventuros ad convivium suum clericos exspectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum supra oram maris ludum imitantium, ut fieri solet, episcopum atque ea geri, quae in ecclesiis geri mos est . . . baptizatos a se esse quosdam catechumenos confitentur per Athanasium . . . conlocutus (Alexander) cum consilio clericorum statuisse traditur, illis . . . iterari baptismum non debere . . 2) *Rufinus l. l. c. 15* Constantius Orientis regnum solus obtinuit . . . illi (adversarii Athanasii) . . humani corporis bracchium loculo delatum imperatori ostendunt, quod ab Athanasio excisum magicae artis gratia de Arsenii cuiusdam corpore confirmabant. *c. 16* Quibus ex causis imperator iubet convocato concilio Athanasium condemnari . . . *c. 17* Hic Arsenius . . . lector aliquando Athanasii fuerat, . . Athanasio se obtulit utque se rerum gestarum series haberet, edocuit . . in quod (concilium) aliquanti concinnatae calumniae conscii . . conveniunt . . . — *Quae Aldhelmus de mulieris cuiusdam accusatione et de Timotheo illam coarguente narravit, indidem excerpsit*

naretur; quae cum universum[a] falsae garrulitatis incestum[b] velut fetidam melancoliae nausiam de recessibus falsi pectoris evomuisset, statim per Timotheum presbiterum, quem nefandis ulnarum gremiis procax obuncabat, apologitica verborum veritate acsi fixa peltarum testudine defenditur. Verumtamen aemulorum vesaniae[c] cedens[d], qui contra virum Dei zelantes rancida livoris invidia torquebantur, profugus longe proficiscens exulat adeo[e], ut sex[f] annorum[1] intercapidine[g] in arida cisternae latebra delitescens nequaquam limpido solis radio potiretur, sed mens Deo[h] dedita cote durior, ferro fortior, adamante rigidior omnes calamitatum insectationes[i], quas clandistina[k] lividorum conspiratio hostiliter irrogabat, inflexi cordis constantia aequanimiter perferebat.

XXXIII. QVID beatum Babilam[1 2] loquar, qui dominici gregis[m] excubias et mandras ecclesiae adversus[n] truculentam tyrannorum[o] rabiem velut contra ferinam lupo-
Ioh. 10, 12. 13 rum ferocitatem non more mercenarii, sed solertia pastorali tuebatur? Cum esset summi pontificatus infula praeditus, Numerianum Augustum interfectorum cruore contaminatum[p] non permisit basilicae sacrarium[q] intrando pollutis[r] pedibus profanare, sed acerrimae[s] castigationis censura a sacris ecclesiae liminibus[t] funesti regis introitum arcebat: nequaquam, damna rerum formidans vel vitae dispendium, tremibundus et pallidus expavit[3]. Tunc ad palatinas ducitur zetas[u] et imperialis ypodromi vestibulum, quatenus cum rege funesto reciprocis conflictibus et alternis vicibus disputans altercaretur; sed mentem Deo dicatam nec minarum ferocitas reflectit nec blandimentorum lenitas demulcet, ut a catholicae fidei[v] perpendiculo ad tortas[w] simulacrorum | caeremonias vergeretur. Mox G. 41
imperante[x] Augusto[y] ad calumniam pontificis et infamiam[z] cleri boias in collo et compedes in cruribus nectunt[4]; insuper exquisitis poenarum machinamentis sacratissimos viventis hostiae artus acriter dilacerant. Nec non et tres[5] germanos[a] puerulos[b], quos Babilas sub disciplinae pedagogio[c] regulariter instruendos acceperat, ad regis praesen-

---

a) uniuerse *(suprasc.* v *m¹) A*, uniuersum *G* b) incaestū *C¹OS* c) uesunię *B* d) cædens *AC¹G* e) adeo *(eo in ras. m²) B* f) ut UII (= septem) *AG*, sex (UI) *cett.*, sex annis *Rufinus* g) *sic AG* h) dō *m¹ supra lin. A* i) insectiones *AG* k) cladestina *(suprasc.* n *m¹) B Novum capitulum notant codd.* DE SCO BASILLO *(suprasc. man. rec.* LA*) CAP. XVII B* l) babyllā *B*, BABILLAM *L*, BABILLŪ I *in ras. O* m) gregis *m² supra lin. B* n) aduersis *G (in A* us *ligatura)* o) tyrannarum *(suprasc.* o*) A* p) contamina non: tum *m² supra lin. A* q) basilicæ *(*bassilicę s *alt. linea sublatum B)* sacrarum *(*i *m¹ supra lin.) A* r) pullutis *LO* s) acerrime *A* t) liminibus *codd.*, luminibus *G = ed. pr. = Giles* u) zetas *ABLO*, zeta *δίαιτα* graece cubiculum *Corp. gl. V 337, 21*, zetas aedes *V 383, 25* v) fidei *minoribus litteris supra lineam L* w) adtontas *(suprasc.* tor *m²) B* x) inperante *O* y) austo *(suprasc.* gu *m²) A* z) infimiam *G*, infamiam *(suprasc.* s . ad *m²) O* a) gemanos *(suprasc.* r *m²) A*, germanos *(o ex* u *m², suprasc.* ni*) B* b) puerulus *suprasc.* i *B*, ·III· germanos *(suprasc.* i*)* pueruli *(sic) L*, germanos pueruli *C¹*, tres germani pueruli *C²OR³R⁴* c) pedago|gio *(supra* o *prius* i*) A*

---

1) *Rufinus c. 18* Athanasius .. profugus .. sex annis continuis ita latuisse fertur in lacu cisternae non habentis aquam, ut solem nunquam videret 2) *carm. v. 1034—1070. Sequitur Aldhelmus Acta Babylae, qualia edita sunt in Actis Sanctorum Ian. II 571 sq.; I 1* ut pastor bonus ovium suarum; *2* cum vidissem lupum venientem et volentem ingredi in ovile Domini, festinavi repellere eum. — mandras: *cf. L. Traube, Philolog. LIV (1895) 132.* 3) *l. l.:* Adveniente vero Numeriano et volente ingredi ecclesiam Domini, habens manus pollutas *(carm. v. 1047* pullis — palmis*)* vi ingredi conabatur. — *cf. cap. LIV* Melchisedech .. praeclaro pontificatus apice praeditus; *epist. ad Acirc. p. 64, 24 sqq.* Eleazar summi pontificatus infula praeditus, *Bonifatius Ep. Mer. I 283, 26* Domino .. summi pontificatus infula praedito. *Lullus Ep. Mer. I 389, 5. Willibaldus vita Bonifatii c. 4 p. 14* summi pontificatus infula praedito, *ubi vide Levison* 4) *l. l. 4:* Igitur iubeo imponi torquem ferream collo eius similiter et pedibus eius compedes ferreos ad turpitudinem suam et gentis eius ..; imposuit Babylae torquem ferream in cervicem similiter et in pedes compedes; *III 12* positus est cum infantibus et boia et compedibus in pace 5) *l. l. II 2* Iratus vero Numerianus Rex iussit tres infantes catomo levari et priori dari duodecim plagas, secundo autem novem, tertio vero septem

tiam simul introducunt[a]. Quos imperator[b] mira fidei constantia munitos, cum verborum argumentis fallere nequiret, cruentis verberum ictibus vapulare praecepit[c]; cernens autem[d] furibundus[e] princeps[f] invictam parvulorum constantiam percunctatur venerandum praesulem, utrum filii sui veraciter essent. Respondisse[g] legitur: *Filii mei vere sunt secundum Deum; mulierem autem coram Deo meo non cognovi, ex quo natus sum*[1]. Tunc[h] sanctus Babilas[i] decollandi[k] sortitus sententiam cum tribus alumnis capite truncatur[l] et rubris venarum rivulis sacratur[m].

XXXIIII. SED et operae pretium reor[2], ut celeberrimos spiritalis[n] militiae bellatores et caelestis medicinae archiatros[o] Cosmam et Damianum[3] nequaquam ab historica virginum relatione dirimentes velut indignos ceterorum[p] consortio sequestremus. Quos in superno Hierusolimae[q] municipatu praedistinatos[r] et aethralis litteraturae albo descriptos[s] cum praedictis commanipularibus laetabundos[t] fore fiducialiter confidimus. Temporibus namque Dioclitiani[u] et Maximiani[4] olimpiade .CC.[v] sexagesima septima, cum edictis crudelibus catholicae fidei cultores[w], quos Christicolas et crucicolas nuncupabant, ad turificandum statunculis ethnicorum cogerentur[x] (nolentes autem[y] apostatare[z] id est ad apostasiae volutabrum[a] reverti capitalem compulsi[b] sunt subire sententiam) — qua tempestate praedictos Christi[c] tirunculos religiosa genetrix gemellos enixa est, qui pedetemptim[d] in pubertatis primordio[e] instrumentis medicinalibus imbuti tam valitudines

---

a) introducuntur *codd.*, introducunt̃ *L* b) inperator *O* c) praecipit *A*, praecepit *cett.* d) h̃ *A (ita etiam infra)*, autē *m*[3] *supra lin. B* e) buribundus *(suprasc.* f *m*[2]*) A* f) pinceps *(suprasc.* r *m*[2]*) A* g) essent · Respondisse legitur *ABL*, qui r. l. *O; Giles* h) Tunc *L*, tum *cett.* i) babilas *A*, babyllas *B*, babyllas *(suprasc.* u*) L*, babillus *(suprasc.* a *m*[2]*) O* k) decolanti (d *ex* t) *AG (man. rec.)* l) truncatus *(*s *in* r *m*[2]*) B* m) sacratus est *B* *Novum capitulum indicant codd.* DE SCŌ COSMA ET DAMIANO MARTYRIBVS *B* n) spiritalis *(*i *in ras.) B* o) archiotros *(*o *in* a *m*[2]*) O* p) cæterorum *L* q) hierusolime *AG*, hierosolimę *BLO* r) *sic AG* s) descyptos *O* t) lætabundus *G* u) dioclitiani *AGLO*, diocliciani *B* v) .CC. *AG*, ducentesima *BL* w) cultores *(*e *ex* i*) B* x) cogerantur *G* y) h̃ *A*, autē̃: *in ras. fuit* s *B* z) apostare *(suprasc.* alie(æ)nare *m*[1]*) AG* a) id ÷ apostasiæ uolutabrū *AG* b) conpulsi *A*, iussi *(suprasc.* ī cōpulsi *m*[3]*) B* c) prædicto xp̃i *(suprasc.* s *m*[1]*) A* d) pedetemptim *O* e) primordia *(*mordia *in ras. m*[2], a *in* o *corr.) B*

---

1) *l. l. III* Dixitque (Numerianus) ad eum: Hi filii tui sunt? Babylas respondit: 'Secundum Deum filii mei sunt; mulierem vero non novi' .... Hic iratus rex Numerianus data sententia iussit ei et parvulis capita amputari. — *Rufinus Euseb. hist. VI 29* Babylas .. gloriosae vitae finem sortitur in vinculis 2) *c. XLII* Mihi quoque operae pretium videtur, ut sanctae Agathae rumores ... sequantur. *c. XLV* Sed operae pretium videtur, ut gloriosum inlustris Agnae exemplar ... minime lateat — 3) *carm. v. 1071—1122. — Ex ipsis vestutis Actis Cosmæ et Damiani sua hausisse Aldhelmum ex eis apparet, quae edita sunt in Actis Sanctorum Sept. VII 469 sqq.; maxime autem consentiunt, quae illic aucta leguntur p. 473 sq., quae tamen non ex Aldhelmo fluxisse demonstrant vel nomina civitatis et matris illic exstantia. Ex eis, quae Mombritius edidit (cf. l. l. p. 422), Aldhelmiana non esse composita inde, quod desunt, quae posuit initio Aldhelmus, declaratur* 4) *Acta tertia (AS. Sept. VII 473)* Temporibus Diocletiani et Maximiani erat quaedam mulier in civitate Egia (Aegis) venerabilis ac timens Deum, nomine Theodote. Haec ... sanctos geminos fratres Cosmam et Damianum enixa est *(cf. Ovid. met. XI 316* est enixa gemellos*)*. Quae cum eos nutrisset et litteris instruxisset, medicinae arte a Spiritu sancto edocti sunt, curare secundum evangelium omnem egritudinem et omnem infirmitatem, non solum in hominibus, sed etiam in iumentis, ut impleretur sermo propheticus: Homines et iumenta salvabis, domine. Passiones vero, quas curabant, hae erant: Cecis visum in nomine Iesu Christi restituebant, claudis gressum, surdis auditum, mancis restaurationem. Spiritus immundos repellebant ex obsessis corporibus et omnem amaritudinem corpori humano detrahebant per gratiam celestem. Haec facientes a nullo tam divite quam paupere aliquid accipiebant, mandatum salvatoris custodientes: Gratis accepistis, gratis date. 2. Eo tempore facta est persecutio Christianorum in civitate Egeo. Sedens itaque pro tribunali Lisia audivit vitam beatissimorum martyrum Cosmae et Damiani *e. q. s.*

ydropicorum et melancolias[a] viscerum quam incommoditates animarum per caeleste cataplasma curabant, visum scilicet caecis et malagma monoptalmis impertiendo, mutis taciturnitatis | valvam reserando, surdorum[b] auribus armonias rerum restaurando, balbis et G. 42
blaesis[c] rectitudinem loquelae[d] largiendo, claudos et mancos incolomitati pristinae restituendo, inerguminos et scotomaticos[e] meritorum gratia refocilando, ipsos etiam
fortunae casibus oppressos ad superos revocando. Verumtamen huiuscemodi[f] virtutum munificentia praediti non philargiriae commercio, sed gratuita liberalitate optatam aegrotantibus sospitatem contulerunt evangelico[g] concordantes oraculo[h]: *Gratis accepistis*[i]; Matth. 10, 8 *gratis date!* Interea praedictorum tempestate persecutorum, cum sancti martires ut Ps. 43, 22 oves occisionis cruentis carnificum mucronibus[k] mactarentur et nequaquam consternati ecclesiarum anthletae[l] velut in scammate[m] palestrarum luctarentur, quantis et qualibus praefati confessores Lisia pro tribunali sedente suppliciorum machinamentis torquerentur, quis referre[n] sufficiat? Siquidem ligatis[o] lacertis et conexis surarum cruribus[p] in profunda maris flustra demersos[q], sed angelico fultos[r] suffragio effera fluctuum ferocitas contingere non audens illaesos litoribus[s] restituit. Rursus truculentus praeses tam claro sanctorum tironum[t] triumpho confusus et confutatus eosdem in clibanum plurimo[u] sarmentorum[v] fomite succensum et diversis stipitum[w] titionibus crepitantem truciter trudi praecepit[x], ast illos velut salamandras[1], quas naturaliter torrentes prunarum globi assare[y] vel cremare nequeunt, nequaquam flagrantis camini incendia combusserunt[z]. Exin eculei tormento vexatos[a] et gabuli patibulo[b] suspensos, insuper diris sagittarum ictibus obrutos angelicum protexit patrocinium. Ad ultimum decollandi sortiti sententiam[2] cum palma virginitatis triumpho martirii[c] agonizarunt.

XXXV. NEC meminisse pigeat[3] incliti[d] militis Christi[e] Chrisanti[f], quem pater ab[g] Alexandria proficiscens Romae gimnosofistis[h] et rethoribus traditum cunctis liberalibus litterarum studiis erudiri fecit. Erat enim[i], ut fertur, tam ardentis ingenii et capax[k]

---

a) melancolias *AGLOR*^{1}, *in marg.* fel cum fece nigri sanguinis admixtum *AG* b) rererandordorum *(*s *supra alt.* r *man. insularis et* su *suprasc. m*^{1}*) A* c) plessis *(*p *in* b *m*^{1}*) A*, blessis *GR*^{1} d) loquellę *R*^{1} e) scotoƗmaticos *B* f) huiuscemedi *B* g) euangelio *(suprasc.* c *m*^{2}*) A*, euangłii//// i *alt. ex* o *vel* co *B*, euangelico *L*, Euuangelii *O* h) miraculo *G* = *ed. pr.* i) accipistis *R*^{1} k) muconibus *(suprasc.* r*) A* l) antl&ę *(suprasc.* h *m*^{1}*) A*, anthlet(a)e *B (*n *del.) GOR*^{1}, athletæ *L cf. pag. 230 c* m) scamate *(suprasc.* m *m*^{1}*) A*, In scām mate *G*, sancta matre *ed. pr.*, sancto marte *I. F. Gronov.* n) quireferre *(suprasc.* s *m*^{2}*) B*, refferre *R*^{1} o) lƗigatis *B* p) surarum *(*surrarum *Bm*^{2} = *LO)* cruribus *codd.*, surarum artubus *Giles* q) dimersos *AG* r) fultus *AGR*^{1} s) inlesos *A*, inlesos *R*^{1}, inleso litoribus *(suprasc.* s *m*^{2}*) B*, littoribus *AGR*^{1} t) tyrorū *(suprasc.* n *m*^{2}*) B*, tironum *LR*^{1} u) plurima *(suprasc.* o*) O* v) sarmentorum *codd.*, sacramentorum *Giles* w) supitū *G* x) precipit *AGR*^{1}, praecepit *BLO* y) globias sare *A*, assari *R*^{1} z) conbusserunt *AGLO*, conbuserunt *R*^{1} a) uexatus *A* b) gabulo patibuli *AG*, gabuli patibulo *BLR*^{1}, gabuli *(suprasc.* ęculei*)* patibulo *O*, *cf. carm. v. 1117* crucis in patulum .. robur c) uirginitatis triumpho martyrii *AG ed. pr.*, uirginitatis et *cett. Giles* *Novum capitulum in codd. indicatur* DE SC̃O CRISSANTE ET DARIA *B* d) *in O ad* incliti r, *ad* militis s *forma insulari, (litterae hae ad commentarium aliquod referendae sunt) adscriptum est* e) martyris *(suprasc.* militis*);* Christi *om. B* f) chrisanti *AGL*, crissanti *BR*^{1}, chrisanti *(suprasc.* s *m*^{2}*) O. Rectam nominis formam* Chrysanthus *nullus codex habet; variant in ceteris, sed in nullo* th *legitur. De nominis forma cf. M. Ihm ad Damasi epigr. p. 92* g) ab *supra lin. m*^{1}*A*, qu///m *(in ras.* e *m*^{1}*)* ... ab Alexandria quem proficiscens *R*^{1} h) gymnosophistas *(suprasc.* i *m*^{1}*) R*^{1} i) enĩ Infertur *man. rec. suprasc.* ut *G* k) capax *codd.*, Ingemin& capax memoriæ, *man. rec.* ingenii & capacis memoriæ *G*, capacis memoriae *ed. pr. Giles*

---

1) *cf. aenigma XV (I 17 G.)* 2) *cf. c. XXXIII s. f.* 3) *carm. v. 1123—1250, quos versus cum dubitantes, num Damasi papae essent, cui tribuit inscriptio manus recentis, Millerus et Aubenas in Revue de bibliographie VI (Paris 1845) p. 675 e codice Sangermanensi 1040 saec. X edidissent, nescii veri auctoris repetiverunt et Migne in patrologiae Latinae vol. LXXIV coll. 527 et editores Actorum Sanctorum Octobris vol. XI 488 sq.; etiam hi caput prosae Aldhelmianae neglexerunt. Aldhelmum in his quoque adhibuisse Acta (vitam et passionem sanctorum martyrum Chrysanti et Dariae), qualia Latine versa in Actis Sanctorum e codicibus edita exstant (cf. l. l. p. 470 sqq.), ex locis adscriptis apparet*

memoriae[1], ut quicquid lectitando et scrutando enixius[a] rimaretur, velut visco glutinatum
G. 43 praepropere[b] in praecordiis puerilibus[c] lentesceret | et intra sagacis animi conclave[d] radicatum haeresceret. Igitur consummatis grammaticorum studiis et philosophorum disciplinis, quae .VII. speciebus dirimuntur, id est arithmetica[e], geometrica, musica, astronomia, astrologia, mechanica, medicina[f][2], cum ad sacratissimos evangeliorum[g] apices venisset[3], quantocius[h] cuncta Stoicorum argumenta et Aristotelicas[i] categorias[k], quae[l] .X.[m] praedicamentorum generibus distinguuntur[n], dicto citius despexit[n], dum solerter animadverteret, quantum caelestis philosophiae dogma mundi disciplinas[o] et mortalium commenta[p] praestaret, cumque regenerantis gratiae vulva conceptus[q] et fetosis[r] baptisterii partubus editus in venerandis ecclesiae cunabulis nutriretur, extemplo[s] post[t] rudimenta fidei neofitus[u] discipulus efficitur dogmatista[v] praecipuus, dum Christum, Dei filium, nequaquam[w] perfidorum discrimina pertimescens cunctis publica[x] voce propalat[y][4]. Quod[z] genitor affinium[a] et contubernalium relatione (cum) comperit[b], eundem filium contra iura naturae latibulis carceralibus artandum et famis inedia macerandum includit; aliquin[c] et proscriptionem[d] rerum et patrimonii iacturam, insuper et[e] capitale discrimen perhorrescit, ut[f] ab imperatoribus[g] locuples gazarum[h] opulentia cum vitae detrimento funditus[i] fiscaretur[k][5]. Ergo cum animadverteret[l], Christianos acerbitatem[m] poenarum

---

a) enixū *O* b) propere *B*, perpere C^1C^2O c) praecordis pueribus *(suprasc. il m^2)* R^1 d) conclauem BLR^4R^5 e) dirimuntur id ÷ *(i. B)* ar&hem&ica *(in & prius* i *inscriptum)* *A*, arithem&ica *G*, arethimetica R^1, arithmetica *B* f) *sic* $ABGR^1$ *ed. pr.*, grammatica rethorica dialectica arithmetica musica geometria astronomia astrologia mechanica *B in marg.* m^2? grammatica . rethorica . dialectica . arithmetica . musica . geometrica *(*gemetrica *suprasc.* o *O)* . astronomia C^1 *(in marg.* astrologia mechanica medicina*)* *LO* g) euuangeliorum *O*, *alt.* u *deletum* *B*. *Post* euuangeliorum *nota adpicta, cui in margine adscriptum est:* Generum causarum tria sunt: deliberatiuū . demonstratiuū . iudiciale . deliberatiuū genus est *e. q. s.* h) quantoties *O (suprasc.* v m^2*)* *B*, quantotius $C^2C^1m^2$, quan tocius R^1 i) arestotelicas *AG (man. rec.* Aristotelicas*)*; LR^1 k) cathegorias *BLOR* l) qui R^1, que/// e *ex* i *B*, quae *AGOL* m) decem *B*, decim R^1 n) distinxit AGR^1, distincxit *(suprasc.* diuisit m^2*)*, *supra* cxit *man. 4*, guunt̄ *B*, distinguuntur *cett.;* distinxit *propter id, quod sequitur*, despexit *corruptum est* — despexit C^2LO dispexit *A cett.* o) phi|losophie dogma mundi disciplinas *B in marg.* m^1 p) cōment////a *B* q) conceptis *(suprasc.* v m^2*)* *A*, conceptus *B* r) *post* fetosis *linea vacat, ab insequenti* (babtisterii) *nova manus orditur in A* s) extimplo *BO*, exemplo *G* t) p̄t *AG* u) neophitus $AGOR^1$, neofitus *L* v) dogmatisma (?) *(suprasc.* t m^1*)* *A* w) dequaquam *(supra* d m^1 n*)* *A* x) puplica LR^1 y) proclamat *(suprasc.* manifestat, *adsc.* vel ppalat m^2*)* *B*, ppalatur R^1 z) quod cum C^1LO, cum *suprasc.* C^2, cum *om.* $AB(C^2)G$ *(ed. pr.)* R^1 a) adfilium *(supra* l m^2 n*)* *A*, adfinium *G*, affiniū *B* b) relatione . perit *(suprasc.* ↄ = con m^2*)* *A*, ubi consperit *Giles; inserui* cum, *quod ante* comperit *facile excidit falsoque post* quod *inseruerunt classis alterius codices*, conperit GLR^1 c) aliquin *(suprasc.* o m^1*)* *B* d) pscryptionē *O* e) & *supra lin.* m^1B, et *om.* OR^1 f) perhorrescit, ut AGR^1, *ed. pr. cf. c. XXXVI* pertimescebant magnopere, ut . . . privaretur *et ad carm. e. 2303* g) inperatoribus *AG* h) gad|zarū *O* i) fonditus *(*v *supra* o m^2*)* *B* k) fiscaretur *AG*, infi̅iscaretur *ante* i *ras.*, a *in ras. B*, infiscaretur LOR^1 l) anim aduerteret GR^1 m) aceruitatem AGR^1*; pro* Christianos .. laturos: *(*animaduerteret .. Christianus .. laturus *G ed. pr.) edd. vett.* Christiani, .. laturum, *quod I. F. Gronov. correxit in* Chrysantum .. laturum

---

1) *Vita p. 468* Erat enim ardentis ingenii (et tam memoriae capax, ut omnia, quaecunque ei ab oratoribus et philosophis fuissent tradita, capaci animo fortiter retineret: *haec ad graeca addita sunt in ms. lat. p. 476)* 2) *Recte sic in* $AGBR^1$ *legi id, quod praecedit* grammaticorum studiis, *probat, ita ut iam de solis quadrivii partibus ei dicendum sit. Eandem divisionem Aldhelmus habet in epist. ad Acircium p. 71, 23:* Saeculares quoque et forasticae philosophorum disciplinae totidem *[i. e. septem]* supputationum partibus calculari cernuntur arithmetica scilicet, geometrica, musica, astronomia, astrologia, mechanica, medicina. *Easdem disciplinas c. LIX enumerat*: omnes propemodum philosophorum disciplinas hoc est arithmeticam, geometricam, musicam, astronomiam, astrologiam et mechanicam *cf. M. Roger, L'enseignement des lettres classiques p. 320* 3) *Vita l. l.* ad evangelicos apices pervenit 4) *Vita I 3* Omnibus divinis litteris ita imbutus coepit esse diligenter instructus, ut statim post septem dies baptismatis sui Iesum Christum Dei voce publica praedicaret 5) *Vita I 4*

libenter laturos, iam non tormentorum supplicio, sed blandimentorum lenocinio natum ad suos libitus[a] flectere nititur. Auferens illum de ergastulo squalente olosericis[b] et bombicinis indutum vestibus misit in triclinium[c], ubi pulcherrimae virgines pretiosis[d] comptae[e] cicladibus dilicatas defruti dilicias et sumptuosa ferculorum convivia praepararent effrenatos[f] laetitiae cachinnos et iocosos ludorum amplexus miscentes, ut in talibus[g] blandimentis ferrea iuvenis praecordia mollescerent. Sed vir Deo deditus nec mulsa epularum sagina superatur nec formosa virginum venustate[h] a propositi rigore reflectitur[i], sed mollia[k] puellarum labra ut nociva viperarum venena declinat parvi pendens epithalamii[1] elogium, in quo cautum est[m]

Epithalamium Laurentii (Claudiani carm. ed. L. Ieep II 198) v. 80

Mellea tunc roseis haerescunt[n] labia labris[o]. | G. 44

Deinde quidam de contribulibus hortantur patrem, ut filius blandis conubii nexibus nodaretur et illecebroso[p] matrimonii lenocinio vinciretur[q], quatenus[r] Daria, virgo vestalis satis pulchra[s] et eleganti[t] forma, gemmis auroque radians[1] ad Chrisantum[u] procaciter ingrederetur, ut militem Christi tam urbana verborum facundia quam falerata colli[v] crepundia ad thalami[w] copulam[x] inclinarent. Sed secus cessit[y], quam rati sunt. Oritur namque inter eos satis prolixa sermonum concertatio et reciproca[z] sententiarum disputatio, eo quod Daria dialecticis artibus imbuta[a] et captiosis sillogismi conclusionibus instructa fuisse[b] ferebatur ita dumtaxat, ut disertissimi oratores tam sagax virginis ingenium alterno experire[c] conflictu vererentur. Quid plura? tandem vir[d] vitae venerabilis non fraudis argumento, sed ratiocinationis[e] documento in reciprocis conflictibus victoriae palmam adeptus eandem[f] Dariam iam catholicae[g] fidei sacramenta credentem suscipiens[h] simulato hymenei commercio simul conversantur[i], donec ipsa[k] salubris lavacri[1] latice lustratur. Mox relictis dialecticorum disciplinis, quibus dudum in gimnasii studio[m] exercebatur, canonicis scripturis et commentis spiritalibus instruitur, nec laterculo dinumerari[n] nec calculo computari ullatenus valet, quanta multitudo promiscui sexus illorum magisterio a fanatica delubrorum superstitione ad fidem catholicam catervatim confluxerit[2]. Huius rei gratia beatus[o] Chrisantus[p] iubente Claudio tribuno LXX militibus[q] diverso poenarum cruciatu torquendus traditur, nisi Amphitrioniadae[r] id est Herculis

Verg. VIII 103. 214

---

a) libitos *AGm*^{1} (o *in* u m^2) R^1, libitos *ex* bilitos *B* b) olo . . sericis *O* c) tridiniũ *A* d) p̄tiosis *A*, prętiosis *GO* e) cōpte *supra lin.* m^2*B* f) efrenatos *L*, ineffrenatos OR^2, effrenatos *suprasc.* in C^1C^2 g) inliẽbus *(suprasc.* ta m^1*) A* h) uenustatę *O* i) flectiẽ *(adsc.* re m^2*) B* k) mollea R^1 l) epithalami *(*i *in ras.) BOR*^{1} m) *sic ABGLO* n) horrescunt *(suprasc.* ł he m^2*) B* o) *hanc L. Ieep, Claudiani carmina II p. 198 vituperat Aldhelmi lectionem;* labra labris *pro* lăbia labris *neque hic neque in epist. ad Acirc. p. 182, 23 codices agnoscunt; carm. de virg. 1159, ubi versus repetitur, finis propter versum insequentem mutatus est. In epithalamio, ubi legitur:* Mellea . . . basia labris, *nullus codex Ieepii et Birtii lectionem Aldhelmi habet.* — laboris *(o atro atramento sublatum) G* p) inlecebroso *ABR*^{1}, incelebroso *O*, ille celebroso R^5 q) uinc&tur *(suprasc.* re, et (&) *in* i m^1*) A*, (uinciretur) uinceretur *BGLOR*^{1} r) quatinus *LO* s) pulcra *(suprasc.* h m^1*) A* t) eliganti *(*e *in ras.) BO* u) chrisantum *ABL*, crisantum *O*, crissantũ R^1 v) colli *(*l *prius add.* m^1*) A* w) athalami *(suprasc.* d m^1*) A*, athalami (t *in* d*) G* x) copulā *(*o *in ras.) B* y) sed csecus cessit *B* z) repca *(suprasc.* ci m^1*) O* a) inbuta *ABGLR*^{1} b) fuiss *(*i *et* s *ligata) A*, fu///isse *G* c) experire *AG*, experiri *cett.* d) conflictu — uir m^2 *in marg. B* e) ratiocinationis *ABGOR*^{1} *ed. pr.*, rationis LR^5, ratio cina tionis *sed* cinatio *deletum* C^1, ratiocinationis *(sed* cinationis *in ras.* m^1*) R*^{2} f) adeptus est eandem dariam: *inter* eandem *et* dariam *insc.* q: m^1*B*, adeptus eandẽque *(suprasc.* s. ẽ m^2*) O* g) cathocę *(suprasc.* li m^2*) A* h) sacraīm | to cre dentẽ suscipiens *A* i) conuersantur *codd., praecedit nominativus absolutus* k) ipsa *om. AG ed. pr.* l) lauacri *supra lin.* m^2*B* m) gimnasiis studio *(supra* i *primum* y m^1*) A*, gymnasiis studio *G = ed. pr.*, gymnasii C^1C^2BO, in gymnasio *(suprasc.* i m^1*) L* n) denumerari *B* o) beat^9 *in ras. B* p) crysantus *AGL*, chrisantus *BO*, chrissantus R^1 q) milibus *AG* r) anphitrioniade *AG*, amphitrionioniade *B*

---

1) *Vita I 7* Tunc virgo nomine Daria gemmis et aura *(l.* auro*)* radians repente ad Chrysanthum quasi sol radians constanter ingreditur . . . 2) *Vita I 14* Et tam per Chrysanthum multitudo virorum quam per Dariam feminae innumerabiles ad Christi gratiam confluebant

sacello ethnicorum ritu turificare consentiret[1]. Tunc milites pertinaciter refragantem udis et crudis nervorum nexibus crudeliter vinciunt[a], ut in torrido solis caumate[b] sensim siccantibus nervis vim stricturae ferre nequiret; sed in puncto temporis dira vinculorum ligamina caelesti nutu enodantur[c]. Item in nodosi cippi[d] claustrum[e] viri Dei tibias et suras[f] adstringunt[g]; statim rigentis cippi duritia invisibili contrita potestate ad nihilum redigitur. Sed milites, magica putantes praestigia[h] gestum, putentissimis[i] illum perfun-
G. 45 dunt lotii[k] nidoribus[l], quibus arbitrantur[m] cuncta Chaldeorum et hierophantarum[n] | fantasmata simulque ariolorum et marsorum machinas evanescere; sed fetentis lotii lustramentum in flagrantem vertitur ambrosiam et in rosatum nectaris mutatur odorem[o]. Tunc buculam imperant deglobere[p], ut recentis corii[q] cruditate nuda martiris membra cingerentur, quatenus[r] sub flagrantissimo solis ardore in viriditate birsae truciter torreretur[s], sed Christi suffragio[t] fretus expers[u] periculi sospes[v] evasit. Mox ferreis catenarum nexibus collum cum lacertis et suris[w] simul adstringentes[x] in atram ergastuli latebram coniciunt[y]; sed perniciter stricta ligamina ut stuparum[z] putamina rumpuntur et velut limpidissimo lanternae lichino[a] tenebrosa caligo fatescit[b]. Ad ultimum cum virgulis et nodosis viminibus cruenta carnificum saevitia caederetur, sceptrinae virgae, quae prius nodosa duritia rigebant, pluma molliores et papiro effectae sunt leniores[c]. Haec tanta prodigia cernens Claudius[d] tribunus obstipuit[e] et corde compunctus cum .LXX. militibus et omni familia ac[f] bernacula clientela una cum parasitis[g] et sodalibus credidit Dei filium salvantem saecula Christum[2] et statim omnes baptismatis unda regenerati purpureas paradisi coronas fuso feliciter[h] cruore capessunt[i], quorum sancta cadavera in cuniculo subterraneo[k] pariter humata quiescunt in supremo[l] examine surrectura in gloriam[m].

His ad caelum migrantibus superstites Chrisantus[n] et Daria reciprocis cruciatibus singillatim artabantur. Ille in latebrosum lautumiae[o] latibulum, ubi cloacarum cuniculi putores[p] stercorum ingesserunt, ferro constrictus mittitur; sed putor[q] et caligo luce serena et odoramentis fugantur nectareis. Ista ad prostibula scortorum[r] et meretricum con-

---

a) uincint *(suprasc.* v m^2*)* *B* b) chaumate *O* c) enodarentur *B* d) cyppi *B* e) claustum *(suprasc.* r m^2*)* *A* f) surras *BLO* g) astringunt *A* h) prestigia *codd.* i) putentissimis *(*t *in* d*)* *A*, potentissimis *(supra* o m^2 v*)* *B* k) lotii *codd.*, loti R^1, locis *ed. pr.* l) nodoribus *(supra* o *prius* i m^1*)* *A*, nitoribus *(ex* t m^2 d*)* *B*, nidoribus $GC^1C^2LOR^1$, nidoribus *suprasc.* odoribus R^2, odoribus *ed. pr. Giles* m) arbitrentur *AG* n) hieophantarum *(suprasc.* r*)* *A*, ierophantarum *(*a *secundum ex* o m^2*)* *B*, inerophantarum *L* o) odoremustū *G*, odorem ustum *ed. pr.* p) deglobere *codd.*, deglobere *(*o *in* u *man. rec.)* *G*, deglubere *ed. pr. Giles* q) cori R^1 r) quatinus *LO* s) torretur *AG*, torrere////tur *B* t) suffragio xp̄i *B* u) expersi *(suprasc.* t m^2*)* *A*, experti periculi *G* v) periculi sospes *codd.*, et sospes *Giles* w) surris *BLO* x) astringentes $BLOR^1$ y) coniciunt $ABGR^1$, proiciunt *LO*, proiiciunt *Giles* z) stupparum *LO* a) lichino *codd.*, lichno *ed. pr.* = *Giles* b) fatescit *codd.*, fatiscit *Giles* c) leniores $ABGLR^1$, leuiores *ed. pr.* = *Giles* d) cladius *AG (suprasc.* u *man. rec.)* e) obstipuit *(*v *supra* i m^2*)* *A*, obstipuit *(*i *in* u *man. rec.)* *G* f) ac *codd.*, et *Giles* g) pasitis *(suprasc.* ra m^2*)* *A* h) felici AGR^1 i) capessēunt *(in ras. fuit* c*)* *B* k) subtiranni *AG (man. rec.* terraneo*)* l) suppremo R^1 m) gl̃a *suprasc.* in laudem *B* n) crisantus *(suprasc.* y m^1*)* *ABG*, crysantus *LO*, crissantius R^1 o) lautomie *B*, lautumiæ *suprasc. man. rec.* latrinæ *sed litteris evanidis G*, lacunæ *ed. pr.* p) pudores *(*d *ex* t m^1*)* *A*, pudores *G* q) pudor *(*d *ex* t*)* *A*, pudor *G* r) scortarum prostibula *BO*, scortorum prostibula LR^1

---

1) *Vita II 15* Traditur itaque tribuno Claudio Chrysanthus, qui tradit eum septuaginta militibus dicens 'Ducite eum extra civitatem ad fanum invicti Herculis, ubi si sacrificare noluerit, diversis poenis agite, quoad usque consentiat.' *Etiam cetera congruunt* 2) *carm. v. 1863* credidit altithronum salvantem saecula Christum. *1692* salvantem saecula regem. *1407* credidit altithronum salvantem saecula regem. *de aris VIII 4* credere . . salvantem saecula Christum. *III 7* credidit aeternum salvantem saecula regem. *Bonifat. v. 161* salvavit sanguine saecla

tubernia truditur, quo leo de clatris[a] amfitheatri[b] ad tutelam sacratae virginis Dei nutu dirigitur[1], ut, siquis petulcus incestator[c] et lascivus scortator[d] vagabundis[e] gressibus[f] lupanar ingredi maluisset, ferinis[g] rictibus suggillaretur[h]. Sed de congesta[i] virtutum copia interdum efficitur verborum[k] inopia; nam ingenti miraculorum mole victus brevitatis compendio plura praetereo. Post haec decreto Numeriani Augusti pariter in una cripta mar|tirizantes occubuerunt in consortio sanctorum simul percepturi praemia meri- G. 46
torum, sicut simul participes extiterunt[l] tormentorum[2].

XXXVI. PORRO virginalem Iuliani martiris gloriam sub clandistino taciturnitatis latibulo delitescere non patiar, qui temporibus Dioclitiani[m] et Maximiani nobili prosapia oriundus fuit. Quem cum[3] parentes[n] in primaevo[o] pueritiae[p] rudimento florentem tam dialecticae artis compotem quam rethoricae[q] artis[r] participem fecissent, pedagogis quoque et[s] didasculis[t] traditum multimodis philosophorum disciplinis imbuissent et iam[u] in tenero pubertatis rudimento adultum [parentes][v] animadverterent eumque amatorem catholicae fidei sacrisque ecclesiae liminibus[w] adhaerentem necnon ergastula confessorum crebro frequentantem comperissent, pertimescebant magnopere, ut[x], si unicum pignus ob religionis praerogativam[y] et sanctae conversationis habitum ab illorum stirpe privaretur, ipsi, ut ait[z] patriarcha lacrimabilem depromens[a] querimoniam, *canos suos cum dolore*
Gen. 44, 29 *ducentes ad inferos* optatae generationis heredibus et futuris nepotum[b] nepotibus fundi-

---

a) de clatris: *corr. man. rec.* c *sublato et suprasc.* li(?) *G*, latebris *ed. pr.* b) amphetheatri *AG* (e *in* i *man. rec.)*, amphiteatrī *(in ras. fuit* s) *B*, amphiteatri *(suprasc.* h m^1) *O* c) incestor (ta *add.* m^3) *B*, incestator *cett.* d) lascivus scortator *om. L* e) uagabundis AC^2GLOR^1, uagabundīs *(i ex* u) *B*, uagabundus *Giles* f) *gestibus *codd., quod versu carminis 1228* gestibus obscenis contrectans corpus honestum *defendi non potest;* gressibus *legendum esse docere videtur carm. v. 1482* bachatur quoniam vagabundis passibus amens *et c. LII* contigit, ut uagabundis meatibus .. dispergerentur g) ferenis *(e in* i) *B* h) suggillaretur *AGLO*, sugillaretur BR^1 i) coniesta *(supra* i m^2 g) *O* k) copia — uerborum *(add. supra lin.* m^2) *B* l) exstiterunt *BO* *Novum capitulum notatur;* DE SCO IVLIANO ET BASILISSA *in marg. Cap. XIX B* m) *sic ABLO* n) pa////rentes *O* o) prima euo R^1 p) puæritiæ *G* q) rethoricæ $AGLOR^1$ r) partis C^2O s) & *supra lin. O* t) didasculis *ABG* (u *in* o *man. rec.) LO*, dedasculis R^1 u) &iam *G*, etiā BOR^1 v) parentes = *codd.; repetitum est ex initio; supra* animaduerterent *litteris minoribus* illum *L* w) li///minibus *G* x) ut si ABC^2GLOR^1 *ed. pr.;* ne *edd. cf. c. XXXV p. 277 f* y) p̄rogatiua *A*, prę̄rogatiuā: *sicilicus appos.* m^2B z) ait *om. AG*, ait *suprasc. LO* a) depromens es: es *extinctum, suprasc. man. rec.* erent *G*, depromerent *ed. pr.* b) nep&ū *AG* (nepotum *corr.* m^1)

---

1) *ibid. 22 sq.* Dariae vero leo fugiens de cavea amfitheatri dirigitur ... miserunt ad eum quendam turpissimum, qui in scelere corruptionis opinatissimus habebatur 2) *l. l. 26* Tunc Numerianus imperator .. iussit eos duci in viam Salariam atque in arenario deponi ... facti sunt in passione sociati sanguine, sicut fuerant etiam mente coniuges *carm. de virg. 1251—1449: quae illic de deis pro delubris suis pugnantibus v. 1327—1394 scribit, hic omisit Aldhelmus. — Etiam haec ex martyrum actis excerpta sunt; eadem enim apud Aldhelmum leguntur, quae in Actis Sanctorum (Ian. I 575—587) edidit Bollandus; qui etiam hoc Aldhelmi capitulum ipse adscripsit; Aldhelmum librum, qui praesto fuit, se adhibuisse ipse testis est, cum dicit* ita respondisse scribitur ... et infra. *Ficta illa et fallacia acta iam saeculo p. Ch. septimo fuisse divulgata item ac cetera maxime mira memoriae prodentia, hac Aldhelmi usurpatione comprobatur* 3) *Acta Iuliani et Basilissae I 3* Hunc parentes cum viderent tanta animi intentione Christianae religionis cultoribus adhaerentem *(§ 2* ecclesiae sanctae quotidie adherebat*)*, convocantes ad se venerabilem iuvenem his verbis hortabantur; *locus ex epistola ad Timotheum sic exstat in Actis:* volo iuvenes nubere, filios procreare, patres familias esse nullam dantes occasionem maligno, *cum in textu sacro, in quo de iunioribus viduis dicit apostolus, legatur:* volo iuniores (adolescentiores) nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. *Recte igitur Aldhelmus Herbipolitano codice teste* matres familias esse *omisit, quod ceteri (Bruxellensis solus ex novo testamento scripsit* et matres f.*) acta secuti in* patres f. *mutaverunt, quod, ut ordo mutatus indicat, in archetypo suprascriptum fuisse videtur*

tus fraudarentur[a]. Idcirco puberem[b] subnixis[c] precibus et inauditis blandimentorum hortamentis inflectere nitebantur[d], ut ad thalami taedas[e] et copulae consortium ferreos[f] iuvenculi affectus immo adamante[g] duriores[h] inclinarent. Ad argumentum etiam hortandae suasionis[i] apostolicis utuntur oraculis[k], quibus ait: *Volo iuvenes nubere, [patres* I Timoth. 5, 14
familias esse[l]*], filios procreare nullam dantes occasionem*[m] *maligno.* Quibus ita respondisse scribitur[n]: *Nec voluntatis nec aetatis est tempus*[o]*, ut faciam, quae hortamini*[p]; item, cum perseverarent pertinaciter in precibus, ait[q]: *Nec promittendi*[r] *mihi est*[s] *facultas nec negandi potestas; quod hortamini, Dei mei potestati committo* et reliqua[t] [1]. Unius tamen[u] ebdomadis indutias a parentibus poposcit[v], ut nutum supernae maiestatis argumentis evidentibus experiretur. Qua peracta[w] intercapidine[x] somno sopitus et sopore depressus vidit Christum in oromate[y] dixisse: *Exurge*[z]*! ne timeas nec suasiones*[a] *verbo-*
G. 47 *rum vel voluntatem*[b] *parentum horrescas*[c]*!* | *Accipies*[d] *enim coniugem, quae*[e] *te non polluendo*[f] *a me separet*[g]*, sed per te virgo perseveret*[h]*;* et infra: *Multi*[i] *iuvenes et virgines per vestram doctrinam vel vitam caelestis exercitus probabuntur* et reliqua[k] [2]. Suscipitur itaque[l] de thalamo[m] beata virgo vocabuli praesagio[3] Basilissa[n], hoc est regina, formosa[o] frontis effigie[p], sed formosior cordis castitate, venusta, inquam, liniamentis membratim[q] corporalibus, sed plus venusta suatim[r] cicladibus[s] compta spiritalibus.

O quanta caterva credentium in utroque sexu fetidas facinorum cloacas calcitrans et putida vitiorum volutabra[t] abominans illorum magisterio ad fidem catholicam conversa[u] cum martirii tropeo triumphans agonizavit, siquidem plura monachorum erga-

---

a) fradarentur, funditus *supra lin. m²A* b) puber// *A*, puberem *(corr. man. rec.* puerum*) G*, puerum *ed. pr.* c) subnexis *(*i *supra* e *m²) A*, subnixus *B* d) hortamentis . Inflectere niteb// *A, cf. Verg. XII 800* precibusque inflectere nostris; flectere *cett.*, ortamentis *O* e) thedas *supra* e *m¹* t, *infra lineam ad* h *virgula apposita, in marg.* thalami *A*, ad thi//tedas *suprasc.* thalami zu brut bætin *G* f) ferreas R^1 g) adam///te *A* h) duritiores *G* i) suassionis *AG* k) utuntur oraculis *om.* R^1 l) patres familias esse *om. AG*, matres fam. *B* m) nullã [dan]//tes occassionẽ *A* n) Quibus fertur *(*ť scribitur *in marg. m²)* ita respondisse *B* o) nec [aeta]tis *A*, Nec ętatis tẽpus *(suprasc.* ÷ uoluntatis nec *m²) B*, nec aetatis tempus est R^1 p) quod hortaris R^1 q) p̄c[ibus] ait *AL* r) pmittendi *AGL*R^1 (p̀mittendi) s) mi÷ *(suprasc.* hi *m²) A*, michi *(*c *linea sublatum) B* t) & rl *A*, & reť *B*, et rť *L*, & reliqua *O*, et reliqua *om.* R^1, & unius *G*, &c. *Giles* u) unustamen *A*, Unus *(suprasc.* i *m²) B* v) po[pos]//cit *A* w) qu[a p]//acta *A* x) *sic AG*R^1 y) oromate *codd.*, oramate *Bollandus* z) dixisse *(suprasc.* sibi *m²)* exsurge *GL*, dixisse ei . Surge R^1 a) suassiones *AG* b) uoluntatum *(minoribus suprasc. litteris* e*) L* c) phorrescas R^1 d) accipies ‖ *A* e) qua&e *A* f) pulluendo *L*, polluendo *(supra* o *m²* v*) O* g) separet a me R^1 h) pseuerat *(*a *in* e *m¹) B* i) multe *B* k) uel uitam caelestis exercitus probabuntur *AG*R^1, caelestis exercitus *genetivus est*, & rť *A*, et pť R^1, ad uitam c. e. p. *Acta Iuliani;* celestẽ//// *(*ẽ *in ras.)* ascensuri *(suprasc.* graduri *m²)* sunt exercitum *Bm¹ in ras.*, ad caelestem ascensuri sunt exercitum et reť *LO* l) itaque *ABGLO*, igitur *Giles* m) d&hamo *G* n) bassilissa *B*, basilisa R^1 o) formonsa *(*n *alio atramento sublatum) A* p) frontis effigie//// sed *G* q) membratī̃ *(*i *ex* u*) B*, corpora////lib; *in ras. fuit* ra R^1 r) suatim *(suprasc.* suo more *m²) AG* s) cydadibus *B*, cicladibus *O* t) uoluntabra *(*n *linea sublatum) B*, fetida uitiorum uolutabra R^1 u) conuersa *(*a *add. m²) B*

---

1) *Acta l. l.* Ad haec Iulianus respondit: Nec voluntatis est nec aetatis tempus, ut faciam, quae hortamini .... Nec promittendi facultas est nec negandi potestas; hoc, quod hortamini, in potestate Domini mei committo. Pro qua re dierum septem inducias peto et secundum quod ipse dignatus fuerit aspirare, a me responsum accipietis 2) *Acta II 4* Exurgens, Iuliane, ne timeas nec suasionem verborum nec voluntatem parentum perhorrescas. Accipe coniugem, quae te non polluendo a me separet, sed per te virgo perseverans *(l.* perseveret*).* Et te et ipsam in coeli virgines recipiam. Multa enim mihi per vos castitas dedicabitur. Multi enim iuvenes et virgines per vestram doctrinam in vitam coelestis exercitus probabuntur. Adero tibi habitans in te, ut omnes in te carius voluptates conteras *e. q. s.* 3) *c. XXX* Benedictum, quem .... ita fortunatum vocabuli praesagium pascebat, ut *e. q. s. Acta III 12* Basilissa, nominis tui digna *cf. ad 297, 4*

steria in celeberrimo Antiochiae[a] municipio, quae est metropolis Aegipti[b], opitulante Christo construxere, in quibus militum Christi circiter .X. milia[c] [1] sub distincto[d] Iuliani regimine conversantia et nequaquam a sanctae religionis[e] tramite[f] per obliquos[g] anfractus dextra laevaque[h] declinantia regulariter[i] vixerunt. Basilissa[k] vero Deo dicata bis quingentenos[l] sanctae messis manipulos evangelicae[m] praedicationis falce metens in area tortoris triturandos et horreis[n] caelestibus condendos invexit. Postremo[o] cum effera persecutorum rabies[p] sacrosanctos[q] ecclesiae[r] tirones[s] feralibus edictis et ferocibus tormentorum cruciatibus truciter ingruens grassaretur et catholicae fidei propugnaculum saecularis argumenti ballista[t] quassatum atrocisque machinae arietibus subrutum funditus evertere moliretur, quis ubertim angusto stili textu[u] effari valeat, quanta idem[v] Iulianus cum ceteris commanipularibus[w] et eiusdem propositi sodalibus martirizando perpessus sit[x]? Marciano[y] praeside in alto tribunalis culmine vel theatri pulpito contionante nodosis fustibus et cruentis mastigiis sine respectu[z] pietatis flagellatus[a] a cultura Christi flecti nequivit. Quinimmo pupillam percussoris evulsam, qui sibi[b] crudeliter flagrorum vibices irrogabat, quamvis ut magus putenti[c] lotio umectaretur, incolomem[d] restituit[e] [2]. Insuper nefandas simulacrorum effigies plus quam quingentas[f], quibus[g] pontifices delubrorum libamina litantes bachantum[h] ritu | turificabant, ad solum diruit, G. 48
quassavit[i], evertit[3].

---

a) antiochiae *ABGLOR*^{1} *ed. pr.;* Alexandri *Biblioth. Maxim. patrum et Bollandus in Actis Iuliani,* Alexandriae *Wharton et Giles cf. Acta Sanctor. Ian. I 571 et Papebroch, Responsio ad exhibit. errorum II (Antverp. 1697) p. 215 sq. 229 = art. XV § 28. Aldhelmus sua ex depravato Actorum exemplo desumpsit* b) *sic AGR*^{1}, aegypti *cett.* c) *sic BGR*^{1}, millia *cett.* d) distincto *AG (Corp. gl. IV 229, 28* distinctum apertum, manifestum*),* districto *cett.,* districto *(suprasc.* rigido *m*^{2}*) B* e) relionis tr. *A* (relioni stramite) *G* f) tramitę *O* g) obliquas *(suprasc.* o *m*^{2}*) B* h) læuaq; *(*æ *ex* a *m*^{2}*) B* i) regunaliter *B* k) Bassilissa *A* l) bis quingentos *L* m) euuangelicę *B* (u *alt. sublatum) O,* æuangelicæ *L* n) orreis *R*^{1} o) postrēmo *A* p) rabiæs *G* q) in sacrosanctos *Giles;* in *om. ABGR*^{1} *cf. ad p. 290 u* r) eclesiæ *AR*^{1}, æclę *L* s) tyrones *AGL* t) ballista *ABGLOR*^{1} u) augustustili *(supra* u *m*^{2} s*)* texu *(suprasc.* t *m*^{2}*) A,* sangustus stili textu *G,* augusto stili texu *B,* ubertim angusto *om. Bollandus* v) quanta id est iulianus *G* w) manipularibus *R*^{1} x) perpessus sit *ABGR*^{1}, perpessus est *cett. Giles* y) Martiano *LO* z) sine espectu *O* a) flagellatum *AGR*^{1} *ed. pr.,* flagellatis *(suprasc.* v *m*^{2}*) B* b) euulquisibi *(suprasc.* sā *m*^{2}*) A* c) pudenti (d *ex* t*) A,* pudenti *G* d) incolomem *ABGm*^{1}*R*^{1}, incolumem *Bm*^{2} e) restuit *G* f) quingentos, *suprasc.* a, *A,* quingentos *R*^{1} g) quibus *deest in R, fortasse abscissum* h) bachantes *(suprasc.* v *m*^{2}*) A,* bachantum *GLR*^{1}, bacchantum *O* i) quasauit *(*s *alt. add. m*^{2}*) A*

---

1) *Acta II 10* Eratque S. Iulianus sanctae congregationis circiter decem millium monachorum pater .. nec quisquam dinumerare poterat animarum multitudines, quae per S. Iulianum perfect(a)e migraverunt ad coelum. Similiter et b. Basilissa agmina virginum et mulierum de squaloribus liberatas castissimas animas praemittebat ad coelum. — *ibid. IV 17* Haec agebantur in civitate Antiochiae, quae est metropolis Aegypti; *'quaedam mss. et Surius* Syriae'. *Bollandus* 2) *Acta VI 23 (Marcianus dixit)* fustes rigidos nodososque afferte! ... Et cum ita facerent, unus de caedentibus ictu repercussus oculum amisit ... *25* Ne hoc magicis artibus exerceas, lotio te perfundi iubeo, per quod omnia maleficia fugari cognoscuntur. Iulianus respondit: Hoc quod facturus es, non ad iniuriam meam, sed ad laudem Domini mei proficiet, ut et oculum pristinae sanitati restituat et putens lotium in odorem convertat nectareum. Cumque eum perfunderent, ita completum est, ut dixerat, ut non lotio, sed balsamo eum putarent perfusum 3) *Acta X 54* venerandum templum Iovis, cuius est consuetudo semel in anno patefieri, ubi dignoscuntur numina Iovis, Iunonis et Minervae, ex electro puro imagines constructae, quibus suavissimus Cupido delectamenta ministrat .. *cf. etiam XII 24 ubi de miraculo, ut videtur, alio, revera eodem narratur:* videt omnia simulacra cristallina et electrina vel aurea atque argentea vel ex omni metallo, quae amplius quam quinquaginta (quinquaginta *non* quingenta *sunt etiam in carmine v. 1325; sed* quingenta *legitur etiam in nonnullis Actorum codicibus)*

Item Iulianus cum iuvenculo filio praesidis[a], ut[b] effebo[c] hircitallo[d], qui neofitus et nuper ad fidem conversus fuerat, in fundum[e] ergastuli profundum[f] retrusus[g], ubi fetida damnatorum cadavera diuturno temporis intervallo horrida vermium examina ebulliebant[1], squaloris nausiam[h] perpetitur[i], sed versa vice pietas divina, quae suorum semper reminiscitur militum, pro fetenti[k] sterquilinio olfactum ambrosiae et nectaris flagrantiam carceris illuviem et latebras tolerantibus cum luce limpida clementer contulit. Haec tanta prodigia milites[l] ad excubias confessorum deputati cernentes[m] spreta[n] fanaticae superstitionis cultura orthodoxorum falangibus agglomerantur[2]. Interea defuncti cadaver prolixis fasciarum[o] ambagibus conexum nondum in sarcofagi theca humatum[p] flagitante praeside fusis ad polum precibus suscitavit[3]; qui omnem istinc eundi tragoediam[q] et illinc redeundi clementiam attonitis spectatoribus resurgens de tartari profundo patefecit.

Igitur urgente[r] imperatorum decreto[s] sancti martires[t] in circi spectaculo[u] ter denis cuparum gremiis includuntur[4], quae intrinsecus atrae picis massa[v] et bituminis fomite sulfurisque[w] fetore farciuntur[x] et extrinsecus suppositis crepitantis rogi torribus[y] et sarmentorum faculis conflagrantibus succenduntur intantum, ut flammantis pyrae cacumina minacem[z] obolisci proceritatem[a] et rotundum sperae apicem .XXX. cubitis[b] in conum praecellerent. Sed tamen de[c] torrente incendio[d] superna potestate compresso triumphabiles[e] viri velut obrizum rutilans spectante circi caterva[f] in publicum processere[g]. Exin reciproca tortoris nefandi ferocitas, quae semper insontum poenis[h] pascitur et fuso sanguine saginatur[i], anthletis[k] et agonithetis[l] Christi macta[m] martirii

a) praesidis filio *BLOR*^{1} b) ut *om. AG* c) effẽbo *A*, effẽbo *G*, praesidis Effembo *ed. pr.*, effebo *cett.* d) hĩrcitalo *(suprasc. l m*^{2}*) A*, hircitallo *cett. Corp. gl. V 462*, (h)irquitallus puer cum primum ad res accedit; *pro* Effembo Hircitallo *I. F. Gronov. recte* ephebo hirquitallo *coniecerat* e) infindum *A (sequente* qu *quod linea sublatum est) G* f) profindum *AG* g) retrusus *(*us *per ligaturam) A*, retrusis *G* h) nausiam *ABG (*i *in* e*) LO*, nausiũ *R*^{1} i) perpetit *G* k) fetenti *BLOR*^{1} l) milit *(suprasc.* es *m*^{2}*) A* m) cernenter *A*, r *in* s *man. rec. G* n) spta *(suprasc.* re *m*^{2}*) B* o) fasciorum *AG* p) humatum *(*t *in ras. m*^{1}*) B* q) istinc eundi tragedia = *luctuosa haec de excessu ex hac vita relatio (Corp. gl. IV 185, 46)* r) urguente *O* s) decre////to *B*, decreta *G* t) martyres *(*e *ex* i*) B* u) speculato *R*^{1} v) atra picis massa *R*^{1} w) *a* [sul]phuris *incipit A*^{1} x) farciuntur *(suprasc.* replentur *m*^{2}*) A*, fetore replentur farciuntur *G* = *ed. pr.* y) toribus *(suprasc.* r *m*^{2}*) A*^{1}, crepitant · rogitorib; *suprasc.* is *A*, rogi tor//////ribus *(*to *in ras. m*^{2}*) B* z) cacumina (.) minacem *A*^{1}*A*, cacuminacem *G ed. pr.* a) *post* proceritatem *A ex linea insequenti intulit* s& tamen = *G* b) XXX cubitis *A*^{1}*A*, triginta cubitis *Giles* c) de *ante* torrente *om. R*^{1} d) de torrentemcendio *G* e) triumphabiles *A*^{1}*ABC*^{2}*GO*, triumphales *C*^{1}*LR*^{1} f) circia caterua *AG*, cateruo *R*^{1} g) processerunt *B* h) penis *AG* i) saginatur *(*i *in* e *man. rec.) G* k) anthletis *A*^{1}*AG (*n *del. man. rec.) R*^{1}, athletis *BLO, infra V*, athletas *A*^{1}*BL*, anthletas *AR*^{1}*G (*n *del. man. rec.)*, adthletas *O cf. p.* l) agonit · thetis xp̃i *A*^{1}, agonitethis x̄p̄i *cett.*, agonothetis *Giles* m) inacta *G*

dinoscebantur ita comminuta et in pulverem redacta, ut, qui fuerint, omnino non appareret .. *§ 57* cum dixissent omnes Christiani Amen, omnia sculptilia ad nihilum redacta sunt, templum vero ita submersum est, ut quid fuerit non pareret 1) *Acta S. VIII 33* iussit (Marcianus) eos in carceris ima recludi, ubi de damnatorum membris diuturno tempore consumptis horribilium vermium examina bulliebant et odor omni foetore nequior. Introducuntur beati martyres, quos praecedens gratia Domini locum horrendum delectabilem reddidit, tenebras convertit in lucem exhibens cereorum officia nectareum odorem reddens; ebulliens vero poena evanuit 2) *Acta S. VIII 34* 3) *Acta S. IX 39* statim autem Iulianus oculos in caelum defigens ferme horae unius spatio . . . surrexit, qui erat mortuus, et magna voce clamabat: O acceptabilis oratio! . . . Quo ducebar et unde reductus sum! *§ 40* Ducebar nescio a quibus Aethiopibus *e. q. s.* et venerunt duo albis induti et tulerunt me de dominatu eorum et huic luci reddiderunt 4) *Acta X 41* .. ordinantur cupae in ordine triginta et una. Terror intolerabilis augebatur; mediantur cupae pice, bitumine et sulphure adiuncta etiam copia lignorum et sarmentorum . . . *§ 45* eructuabat flamma excelsior ab eo loco (obeolisco *Traube PlaC. III p. 99)* et cubitis amplius quam triginta elevabatur . . . consumptis vero omnibus igni suppositis *(l.* supposito*)* apparent Sancti sicut aurum vel argentum rutilans

merita[a] cumulavit[b], dum liciis[c] olei liquore[d] delibutis digitorum articulos et palmarum pollices obvolverent simulque pedum alloces[e] truciter adnecterent[f]; sed liciorum filis flamma combustis anthletas Dei in scammate mundi ritu palestrico agonizantes sine fumigabundis flammarum globis[g] immunes divina tutela protexit[1]. Verum | hac con- G. 49
fessorum Christi victoria confutatus[h] in amfitheatrum sanctos ferreis collariis[i] conexos[k]
cruentus[l] carnifex imperat duci, quatenus patefactis cavearum[m] clustellis et apertis
clatrorum obstaculis ursorum genuinis[n] carperentur[o] et leonum rictibus[p] roderentur[q 2].
Sic stolida[r] praesidis praecordia Deoque invisa spes pascebant[s] inanes[3], dum furibunda
ferarum rabies et gulosa beluarum ingluvies caelesti nutu compressa oblatam praedam
lurcare[t] non audens hiulcas[u] faucium gurguliones opilavit[v], ut poeta[w] de profeta dicit
Sedul. carm. pasch. I 203
Et didicere truces praedam[x] servare leones.
Ad ultimum beatus Iulianus cum[y] ceteris commilitonibus[z] stricta machera crudeliter
percussus et rubicundo cruoris rivo perfusus feliciter occubuit; ad quorum venerabiles
sarcofagos cum .X. leprosi[a] venissent[4], quos dira cutis[b] callositas[c] elefantino[d] tabo detur-
pans non particulatim, sed membratim maculaverat, ilico et secundae nativitatis gratia
in baptisterio regenerati[e], qui[f] in sabanis et in[g] sindonibus baiolabantur[h] aegroti, sancto-
rum meritis[i] sospites[k] et voti compotes abscedunt[l].

XXXVII. Amos[m 5], primus Nitriae famosus accola, qui cum[6] a parentibus[n] invitus[o]

---

a) mer[i]ta A^1 b) cumulat B c) liciis B d) olei liquore A^1A (elei *suprasc.* o) $BLOR^1$, de olei liquore *Giles* e) adlices *Meursius Mantissa c. I* f) adnectarent BO g) a — globis (L) *Giles* h) confutatos R^1 i) collaris R^1 k) conexos $A^1GLOR^1R^3$, conexus *(suprasc.* o m^1) A l) cruen|tus A^1, cruentatus B, cruntus *(suprasc.* e m^1) R^1, cruentos (v *supra* o) R^3 m) cauearum $A^1AR^1R^3$, cabearū (b *ex* u m^2, *suprasc.* u m^3) B, cabearum $LOR^2R^4R^5$, caue////arum *(in ras. fuit* n) C^2, cauernarum *Giles* n) genuinis A^1AB *(suprasc.* ginguinib; m^2) $C^1C^2GLR^1R^3S$, ginginis OR^2 (ingi *in ras.* m^1) R^5, genuginis *(sub* en *puncta)* R^4, gingiuis *Giles cf. ad c. XI* o) carpentur A^1AG p) ratibus G q) reoderentur (e *sublatum* m^1) A^1 r) stolidi (i *in* a m^2) B s) *pascebat *codd. omnes* t) lurcare A^1ALOR^1, lurcari (i *in* e m^2) B, (contra) praedam luctari *vel* praedam lucrari *edd.; pro* luctari *Gronov. cj.* rictare u) hiucas A^1, hiulcas (l *ex* i) A, hiulcas G, hiulcos O v) opilauit A^1AG, oppi////lauit *(ex* oppitulauit*) suprasc.* opturauit B w) pota R^1 x) dicit . didicere praedam truces seruare R^1 y) com (v *supra* o m^2) A z) commanipularibus R^1 *(vide supra)*, conmiliton. *cett.* a) leprosi quos . . maculauerat ilico et *(om.* uenissent*)* A^1AGR^1, uenissent quos *in ras.* m^2B, *sed supra lineam* m^2 ·s· uenissent; uenissent ilico et secundę LO; et *om. Giles* b) dira cutis m^2 *in ras.* B c) callositas (a *ex* o m^2) B, calositas R^1 d) eleuantino *(supra* u m^1 f) R^1 e) in babtisterio regerati *(suprasc.* ne m^1) A f) qũo G g) et in A^1AGO, in *supra lin.* B, in *om. etiam* R^1 h) baiolabantur $A^1ABC^2OR^1R^3$, baiulabantur L i) sc̃orũ promeritis R^1 k) sospite *(suprasc.* s m^3) A l) absce////dunt B *Novum capitulum (XXXVII) indicant codd. Etiam in* A^1, *qui neque numeros neque titulos addidit, littera maiuscula punctis decorata posita est.* DE SC̃O AMMONE *in marg.* CAP. XX B. *In* R^4 *eadem manus, quae ad c. XXXX sua adscripsit, adnotat:* De isto supra capitulo XXX. *In B ad marg. adscriptum est:* ħ infinitis a uero remuneratore uirtutum prodigiis donatur. Cuius spiritum antonius heremita — conspexit *cf. ad c. XXX* m) Ammon R^1 n) a parentibus///// A o) inuitis G

---

1) *Acta VIII 59* Excogitat iniquissimus serpens nova et inaudita genera tormentorum. Iubet ministris, ut Sanctorum manuum ac pedum digitos liciis oleo madentibus colligarent et ignem supponi praecepit, cumque hoc factum fuisset, liciis consumptis incontaminata permanebat caro Sanctorum 2) *Acta XIII 60* Tunc exclamavit Marcianus: Heu me! vincimur! Quid aliud faciam? Superest unum. Iubet amphitheatrum praeparari, in quod ingressus cum tribunal ascenderet, iubet Sanctos Dei exhiberi et omnium ferarum dimitti multitudines. Et cum dimissae essent ferae, singulae veniebant et pedes illis lingebant 3) *Verg. X 627* spes pascis inanis 4) *Acta XIII 64* Decem leprosi iam decoctae et putridae carnis allati sunt, ut die passionis eorum hoc est epiphaniorum baptismi gratiam consequerentur. Completoque in eis sacramento, cum eos sabanis baiularent, quia manibus tangi non poterant, ita, ut unus quisque eorum intinctus est, talem consecutus est sanitatem, ut hominum genus numquam talis pulchritudo videretur. Vox autem audita est dicens: Iuliani dilecti mei fides haec omnia meruit et maiora merebitur! 5) *carm. de virg. 1450—1503. Etiam in carmine codices nomen habent* Amos, *solus* R^1 *et in inscriptione B rectum nomen* Ammon *contra ceterorum consensum intulit ex Rufino* 6) *Rufinus historia monachorum c. XXX*

ad nuptiarum commercia cogeretur[a] et tamen[b] invitus nequaquam pudicitiae palma privaretur, magis magisque invisi[c] oblatam matrimonii sortem acsi squalentis[d] ceni[e] contagia vel venenatum[f] aspidis[g] morsum refragabatur — hic ergo Amos[h] generosa prosapia oriundus fuit, qui[i] praepollenti gazarum[k] affluentia et sumptuosa patrimonii opulentia[l] apud Aegiptum celebris habebatur[m]. Huius ergo parentes amantissimam sobolem cum adultam[n] et iam[o] pubescentem in annis iuvenilibus[p] deprehenderent, quasi[q] secuturae posteritati consulentes ad nuptiales thalami copulas licet magnopere refragantem[r] invitant[s]. Quorum obstinatam importunitatem cum refutando frustrari[t] non posset, simulata matrimonii coniventia[u] invitus anulo subarratam sortitur virgunculam[v], quam in[w] obstruso[x] thalami cubiculo clandistinis[y] verborum hortamentis ad pudicitiae praemia
G. 50 persuadet; cuius pre|cibus et monitis obsecundans ad summum virginitatis fastigium anhelat. Qui prolixa temporum intercapidine pariter in castimonia[z] Deo tantum[a] teste vixisse feruntur[b] et in rigido sanctae conversationis proposito cum virtutum incrementis[c] usquequaque prosperabantur[d]. Sub quorum magisterio[e] ad fidem Christi[f] et contemptum[g] mundi numerosa[h] utriusque sexus caterva confluxit[1]; cumque secundis meritorum successibus in practica pollesceret, horrentis[i] heremi vastitatem aggressus[k] theoricam anachoreseos[l] exercuit vitam.

Infinitis a[m] vero remuneratore virtutum prodigiis[n] donatur. Nam quidam iuvenculus[o 2] rabidis[p] molosi rictibus[q] in vesaniam versus strictis[r] catenarum nexibus

---

a) comeret' *(supra* m m^1 g*)* *A* b) et tamen — priuaretur *om.* R^1, & non *G (&* tñ *A)* c) inuisi *om.* OR^2R^3, inuis C^2 d) squalentis *codd.*, squalentis *(in fine alt.* s *suprasc.* m^2*)* *A* e) cęni *B*, coeni C^1R^1, ac si squalentis ceni: A^1 *desinit* f) uenatum *G* g) asspidis *O* h) ammon R^1 i) qui *codd.*, prosapia (psa////pia C^1) = *pater, ut* soboles *et* proles = *filius cf. ad Epist. ad Ehfridum* k) prepollenti zarum *(suprasc.* ga m^1*)* *A* l) epulentia *A (*e *in* o *man. rec.) G* m) c(a)elebris habebatur *AGOLR*^{1}*R*^{2}, celebres habeba///tur C^1, celebres habebantur C^2R^3 *(supra* qui: parentes*)* R^5; *Harl.* celebres *(*e *ex* i m^2*)* habebatur *(suprasc.* n m^2*)* R^4; celebris *masculinum est* n) adultās *B*, adultum C^1LOR^2 o) etiam C^1 p) iuuenibus *A*, iuuenilib: *B* q) quasisi R^1 r) refra///gantẽ *(in ras. fuit* n*)* *A* s) uiuitant *O* t) frustrare R^1 u) *conhibentia *AGL*, conuenientia m^1 *in ras. B*, cohibentia h *ex* n C^1, cohibentia *edd.* v) iuuenculam R^1 w) in *om.* R^1 x) obstruso *codd.*, abstruso *Giles* y) clandistinas *(*a *in* i m^1*)* *A*, clandestinis *BL*, clandistinias *corr. man. rec. G* z) castimonio *(suprasc.* a m^2*)* dōtatū *(suprasc.* n m^2*)* *B* a) tantam *(suprasc.* v m^2*)* *A* b) uixisse feruntur *(*f *in ras.) A*, uixis referuntur se *suprasc. man. rec. G*, teste fixerunt *(pro* uixerunt*)* R^1 c) incr////emẽtis *A*, incremento R^1 d) ꝑst ꝑspabuntur *(supra* u *prius* a m^2*)* *B*, ꝑsperabantur. Sed R^1 e) magis *(supra lin.* m^1 *adsc.* teno*)* *A* f) ad fidem xp̃i *codd.*, ad Christi fidem *Giles* g) contemtum R^1, et ad contemptum C^1 h) inumerosa *(*i *add.* m^2*)* *B*, innumerosa C^1OR^3, in numerosa R^2 i) horrentes *AG*, horrentis *cett.*, horrentem *ed. pr. Giles* k) adgressus AC^1L, adgressis *G* l) anacoreseos *AG*, theo[ricam ana]cho|reseos *et infra* r[emunerator]e: *uncis inclusa in* R^1 *excissa* m) infinitis=a *(in ras. fuit* s*)* *A*, et infinitis R^3 n) prodiis *(suprasc.* gi*)* *A* o) iuuenculis *G* p) rabidis *codd.*, rabidus R^1, rabidis *sed* s *eras. G*, rapidis C^2, rabidi *ed. pr. Giles* q) ictibus *(adsc.* r m^2*)* *A* r) strictus *AG*, strictis *cett.*, *cf. carm. v. 1481* ferrea quem strictis nectebant uincla catenis

---

Ammon locupletibus et generosis parentibus natus est, a quibus invitus ad nuptias cogebatur, et cum vim parentum non posset effugere, accepta virgine, cum intra nuptiales thalamos convenissent et data eis essent cubiculi secreta silentia, alloquitur puellam de pudicitia *e. q. s.* 1) *Rufinus l. l.* Post obitum amborum parentum ille quidem ad vicinum deserti secedit locum, virgo vero intra domum residens in brevi et ipsa multitudines virginum et ille multitudines congregat monachorum. — *Aldh. cap. XXIX* theoricam anachoreseos transegit vitam 2) *Rufinus l. l.* Cumque iam secretus sederet in eremo, adolescens quidam, qui morsu canis rabidi in rabiem versus est, multis vinctus catenis ad eum deducitur ... At ille dixit eis: ... Reddite viduae bovem suum, quem furati estis, et sanus redditur vobis filius vester. At illi extimuerunt quidem valde, quod ea, quae secrete gesta sunt, non latuerunt hominem Dei, gavisi sunt tamen, quod hanc eis viam salutis ostendit et sine mora, ut reddiderunt direpta, orante homine Dei etiam iuveni sanitas redditur

ad eum deductus actutum incolomitati[a] pristinae donatur[b], sed ea conditione prius interposita, ut pauperculae direpta et depeculata[c] mulierculae redderentur[d]. Ast[e] illi strofam in abdito perpetratam profetica virtute propalatam[f] cognoscentes ea, quae fraude abegerant[g], sponte restituunt[h]. Sed et illud[1] strictim[i] et summatim commemorandum[k], quod duo quidam dolium[1] se viro Dei delaturos[m] spoponderunt; e quibus[n] alter, dum pollicita fefellisset[o], obeuntem[p] gibbum[2] amisit camellum[q], alius promissa complens asello sospite[r] perfruitur. Quanta vero sit pudicitiae[s] virtus, ex hoc manifestius liquebit, quod vir Dei[3], dum Nilotica gurgitis[t] fluenta transire satageret et spoliare se melote et amiculis[u] erubesceret, ne pudibunda[v] corporis nuditas et indecens[w] obscenitas castos offenderet[x] obtutus, extemplo in citeriorem[y] alvei marginem divina[z] virtute translatus legitur et, ne hoc incredibile videatur, memento, qualiter[a] Ambacuc[b] discifer messorum fercula de[c] Iudea ad Chaldeos angelico fretus officio in puncto[d] temporis perniciter detulerit et in leonum lacu[e] rugientium[f] per tanta terrarum intervalla familicum[g] Dei profetam affatim paverit et ubertim saginaverit. Huius itaque Amos[h] spiritum Antonius[4] heremita[i], cum carnalis ergastuli[k] vinculis enodaretur, a caelestis militiae[l] manipulo astriferis inferri caelorum orbibus[m] conspexit.

Daniel 14, 32

XXXVIII. TEMPORE[5] scelestissimi Iuliani, qui ab ecclesiastico[n] clericatus gradu discedens[o] et a recto religionis tramite errabundis anfractibus exorbitans ritu gentilium G. 51

---

a) incolomi/////////tate (e *in* i *m²)* pristinæ *A*, incolomitate (e *in* i) pristinæ R^2, incolomitati pristinae BC^1OR^3, incolomitati (o *in* u *man. rec.)* pristinæ *G*, incolomitate pristina LR^1 b) donaturus AG = *ed. pr.*, donatur $BC^1LOR^1R^2$, donatus est *Giles* c) direpta 7 depeculata *(suprasc.* furata *m²) ABGR¹*, depeculata *(suprasc.* i *m²)* R^2S, depeculiata $C^1C^2LR^3R^4R^5$, depeculia///// *suprasc.* spoliata ł segregata *O (*segregata *suprasc. etiam in C¹)* d) redde///renť *B* e) Ast *codd.*, At *Giles* f) propala *(supra lin. m² add.* tam*) A*, palatã *(supra adsc.* p *m²) B* g) abegerunt *(*e *prius in* i *m²) B*, abegerunt R^1, abierant C^1, abigerunt *L*, abigerant OR^2 h) restituut *(suprasc.* n *m²) O*, sponte restuunť *in marg.* C^1 i) strictum (i *supra* u*) A* k) commemorandum *suprasc.* est C^1O l) doleum *(*e *ex* i*)* R^1 m) delaturas *A* n) æquibus *suprasc.* e *man. rec G* o) fefeliss& *(suprasc.* l *alt. m²) G* p) obeuntem $ABC^1OR^1R^2$, abeuntem LR^3, obeuntem *(*o *in ras.)* R^4, *carm. 1498* constrictum morte q) camellum *A*, came lum *G cf. ad aenigm. IC* r) sopite *(suprasc.* s *m³) B, carm. 1498* sospite perfruitur sed verax alter asello s) Quanta ei pudicitię *om.* uero R^1, sit *om. AG*, C^1 *in marg.* k t) gurgites R^1 u) melote 7 amiculis *A*, melotę//// amiculis *G* v) pudibundi *A* w) nuditas indecent *om.* et *(7 A)*, t *in* s *man. rec. G* x) offendet *B* y) ceteriorem *(supra* e *primum m²* i*) A*, cęteriorem *O* z) diuini R^3 a) quoñ *B* b) anba cudiscifer *(*c *supra* u*) A*, ambacuc Gm^1R^1, abbacuc BOR^2R^3 c) de *codd.*, e *Giles* d) punctu *AG* e) in lacum leonum R^1, in leonum lacũ *sed ~ man. rec. G* f) rugientium AGR^1, rudentium *cett.* g) familicum $BC^1LOR^2R^3$, falicum *(suprasc.* me *m²) A*, famelicum *G* h) ammon R^1 i) hemita *(suprasc.* re *m²) B*, herempta *corr. man. rec. G*, C^1 *in marg.* k k) carnis ergastuli *L ex carm. v. 1501* carnis uincula l) milię *(suprasc.* it *m²) A*, minue *(suprasc. man. rec. fort.* militię*) G* m) c(a)elorum orbibus AC^2GR^1, celorum *om. B*, ordinibus C^1 (ł orbibus *m²)* R^2R^3, orbibus *suprasc.* ł ordinibus C^2, ordinibus *suprasc.* i. agminibus *infra* orbibus *suprasc.* eahringum *O*, agminibus *L carm. v. 1503* angelicis turmis *(prosa* a caelestis militiae manipulo*)* ad caeli sidera *(prosa* caelorum orbibus*)* vectum *(prosa* inferri*) Novi argumenti initium indicant codd.; sed nec numerus additur fere nec prima linea uncialibus scribitur.* CAP. XXI. DE SCO APOLLONIO *B. In O littera tantum initiali et adscripta littera* k *notatur; etiam in C² capituli nota omissa est* n) ab scelestissimi (S *m²*, *suprasc.* ecclesiastico *m²) B* o) disce///dens *B*

---

1) *Rufinus l. l.* Alio quoque tempore cum venissent ad eum quidam, probare volens animos ipsorum dicit dolium sibi esse necessarium ... et cum polliciti essent perlaturos se, unus ex ipsis grave sibi duxit, dicens periclitari posse camelum suum, si ei tam grave onus imponeret ... Tunc alter: Mihi, inquit, ut ipse nosti, camelus non est, sed asinus *e. q. s.* Et ita impositum dolium asino suo perrexit usque ad monasterium hominis Dei, ita ut nec sentiret asinus se aliquid oneris portare. Quem ut vidit Ammon, Bene fecisti, inquit, in asino deferens dolium; collegae enim tui camelus mortuus est 2) *Epist. ad Acirc. p. 159, 12 omnes codd.* gippum *scribunt* 3) *Rufinus l. l.* fluvium Nilum cum transire vellet et exuere se erubesceret, virtute Dei subito in alteram ripam translatus dicitur 4) *Rufinus in capitis initio:* (Ammonis) animam, cum exisset de corpore, vidit ferri ad coelum Sanctus Antonius 5) *carm. de virg. 1504—1618*

lugubriter apostatare[a] coeperat, fuit quidam apud Thebaidam[b] vir vitae[c] venerabilis, Apollonius[d] nomine, qui anno aetatis[e] quinto decimo[f] [1] vastae solitudinis secreta penetrans et mortalium contubernia subterfugiens delituisse fertur haud procul a veterrimo delubro, in quo redemptor noster ingressus, quem nefanda Antipatris[g] proles[h] insectabatur, omnes simulacrorum toracidas[i] ad solum cernuas diruit, secundum praesagum Esaiae vaticinium: *Ecce dominus*[k] *sedet super nubem levem et veniet in Aegiptum*[l] *et* Isaias 19, 1 *commovebuntur manufacta Aegiptiorum a facie eius et cadent in terram. Nubs*[m], inquit, *levis:* castissimum videlicet Mariae virginis gremium humanae corruptionis[n] spurcitia[o] et virili complexu carens[p] praefigurat[2]. Denique praefatus Dei famulus octenis[q] temporum lustris[r] hoc est quater denis[s] annorum curriculis[t] horrorem deserti non lassabundis, sed indefessis viribus tolerans[u] quingentorum circiter monachorum[v] archimandrita[w] et rector extiterat[3]. Qui ob praeclaram virginitatis gloriam multis miraculorum[x] signis et prodigiis[3] coruscans centies diurnis[y] et totidem nocturnis horarum spatiis[z] dominum[a] interpellans genua curvo poplite flexisse scribitur[b] [4]. Cuius colobium[c], cum de stuppae[d] stamine vel potius putamine[e] sine pompulenta[f] panucularum[g] varietate ordiretur, sindonis peplum ex tereti filorum[h] glomere fusoque netum radiis stridentibus et pectine pulsante[4] texebatur; quae ⟨indumenta⟩[i] longiuscule[k] illo in desertis[l] delitescente per tot temporum volumina penitus numquam[m] vetustate extricabantur[n] [4]. Cuius alimonia, immo

a) apostare coeperat *AGR*¹, apostatare *C*²*BLO* b) apud thebaidis *R*¹ c) uir uitę *BLR*¹, uir uite *O*, uir tute *A*, virtute *G*, quidam .. uirtute uenerabilis *ed. pr.;* quidam ... uitae uenerabilis *Giles; in marg. adsc. Theyer in R*¹ Apolloni⁹ *supra* Iustus ut palma *s. X* d) apollonus *AG* e) ętatis sue · XU · *B* f) quincto decimo *R*¹ g) antipatris *ABGLOR*¹, Antipatri *Giles* h) prolis *BLO* i) toracidas *AG*, toraciclas *(a prius ex* o*) B*, toraciclas *C*²*LOR*¹, thoraciclas *C*¹*R*⁵ *cf. ad carm. rh. II 174* k) ds *suprasc.* ñ *(i. e.* dominus *ex* deus*) A*, dñs *BGR*¹ l) in egipto *A*, inægypto *GR*¹ m) Nubs *(suprasc.* i *m*²*) B*, Nubs *C*²*LOR*¹, Nubes *AG* n) corruptionis *m*² *in marg. B* o) spurcitianis *A*, spurcitias////& *G*, spurcitia *BLR*¹, spurcitiis *Giles* p) carente *(suprasc.* s, *punctis subpositis sublatum* re*) A*, carentẽ s *suprasc.* tẽ *punctis subl. B*, carentem *R*¹ q) ocdenis *AG*, octenis *BC*²*LO* r) lustris temporum *B* s) quattuor denis *R*¹ t) annorum circulis *R*¹ u) tollerans *R*¹ v) circiter annum *(linea inclusum)* monachorum *R*¹ w) archi mandrita *suprasc.* princeps abbatum *AG cf. c. XIII* x) annorum *(suprasc.* ł miraculorum *m*²*) B* y) diurnẽis *A* z) spatiis *ex* spatiñ *R*¹ a) dñm *AOR*¹, deum *Giles* b) destribitur *B* c) colobium *suprasc.* lineum uestimentum *A* d) des puppę *AG*, cum stuppẽo stamine *R*¹ e) putamini *A (sed ultima littera incerta) G* f) pompolenta *(*v *supra* o *alt. m*²*) A* g) pannucularum *AG*, panucularum *BC*¹*C*²*LOR*¹ *cf. ad IX* h) filẽorum *AG (in ras. fuit* i*)* i) ⟨indumenta⟩ *supplevi ex Rufino* k) longiusculæ *L*, texebantur que longiusculę *R*¹ l) indesertis *A*, intorfertis *G* m) numquã *A*, poenitus numq *R*¹, pænitus *G* n) uetustate extribantur *R*¹

1) *Rufinus hist. monachorum c. VII* Vidimus alium sanctum virum nomine Apollonium apud Thebaidam in finibus Hermopolis, ad quam civitatem Salvatorem cum Maria et Ioseph de Iudaeae finibus venisse tradunt secundum prophetiam Iesaiae dicentis 'Ecce dominus sedet super nubem levem et veniet in Aegyptum a facie eius et cadent in terram.' Vidimus ergo ibi etiam templum ipsum, in quo ingresso Salvatore corruisse omnia idola in terram et communita *(l.* comminuta*)* esse memorabant *cf. etiam Evangel. Pseudomathai c. XXIII. — Adamnannus vita Sti. Columbae praefat. II* Vir erat vitae venerabilis 2) *Hieronymus in Isaiam VII. XIX (= op. IV 258 M.)* Ascendit Dominus super nubem levem, corpus sanctae Mariae, quod nullo humani seminis pondere praegravatum est. — *Ambrosius exhortatio virginit. c. V 31* Nubem itaque Mariam dixit, quia carnem gerebat; levem, quia virgo erat, nullis oneribus onerata coniugii *cf. de institut. virg. c. XIII 81. — In verbis Isaiae versiones vetus et nova commixtae sunt;* cadent in terram *neutra habet, confer Sabatier II 547 sq. ac ne cum Rufino quidem Aldhelmus plane consentit. — Formam* Nubs *ex Itala notam etiam glossae agnoscunt; vide Roensch, Itala p. 263* 3) *Rufinus l. l.* erat enim pater monachorum circiter quingentorum. — opera enim magna erant ei et virtutes multas signaque plurima et prodigia faciebat, per eum crevit. ... Quindecim ergo annorum secessisse eum ad eremum ferebant atque ibi cum quadraginta annis fuisset in exercitiis spiritualibus conversatus, aiebant .... 4) *Rufinus l. l. (411 M.)* Fuit autem in locis illis spelunca quaedam eremo vicina, in qua habitare coepit, indesinenter

parsimonia[a] tam frugalis[b] fuisse ferebatur, ut potius[c] viridibus herbarum fasciculis et recentibus hortorum holusculis vesceretur[d], quasi condito[e] culinae pulmentario[f] potiretur[g], cum tamen coctura et assaturam alimentorum in focularibus praeparatam ad edulium refutaret. Hic aliquando, cum Iulianus, qui tyrannidem et apostasiam pariter arripuit, non modo in clericali gradu[h] constitutos, sed etiam monachica professione fungentes ad militiae cingulum cogeret, in ergastuli latibulum | truditur; sed intempestae[i] noctis con- G. 52
ticinio[k] angelus limpidissimo lucis radio resplendens tremibundis[l] custodibus claustra carceris reserans virum Dei de latebrosis lautumiae[m] squaloribus eripuit[1].

Quadam die Apollonius[n], cum iter carperet, gentilium turmas circumquaque cum simulacro debachantes orationum vinculis quasi radicitus fixas sub divo et torrido solis caumate immobiles[o] manere fecit[p] 2 nec usquam[q] aut aliorsum[r] ulterius progredi valentes[s]. Sed cum[t] comperissent rem per virum Dei gestam, ilico[u] missis legatariis[v] spoponderunt, si

---

a) persimonia *(supra* e m^1 a*)* R^1 b) frugilis *A (*i *in* a *man. rec.) G* c) potius *AG*, potissimum *cett.*, potissimum *om.* R^1 d) uescebatur R^1 e) condito/// *(in ras. fuit* r*)* ////culine *(in ras. fuit* o*) G* f) pulmentatio *(suprasc.* R m^1*) A* g) poteretur R^1 h) gradu clericali *B*, clericadi *G* i) intempeste *A*, intempesta R^1 k) noctis conticione noctis R^1 l) tremebundo *AG* m) lautumie *A* = *G, in quo man. rec. scripsit* latrinae *(cf. c. XXXV),* lacunae *ed. pr.*, lautomię *B* n) diapollonius *(suprasc.* e m^2*) A*, apollinius *G. Hinc novi capituli initium notant unum versum litteris uncialibus exarantes L et O, in O etiam numerus XXXVIII praemittitur* o) immoles *(suprasc.* bi m^2*) B* p) fecit m^1 *supra lin. A* q) neusquam *AG*, necusquam *BLOR*^{1} r) aliorsus *B* s) ualentes · Sed *AG*, ualerent *G man. rec.* = *ed. pr.* t) cū m^1 *supra lin. A* u) ilico *AGLO*, illico *(i prius eras.) B* v) legata///riis *A*, legaturiis R^1, legatariis *G cett., cf. H. Roensch, Semasiol. Beitr. I 40,* legatoriis *Giles*

---

die ac nocte orationibus vacans easque centum, ut aiebant, per diem totidemque noctis tempore curvans genua consignabat Deo ... Indumentum eius stupeum collabium *(l.* collobium; *de collobio monachorum Aegyptiorum iam De la Cerda, Advers. sacra c. XXII Cassiani Institutionum I 4 attulit),* quod apud illos lebetes appellatur, et linteum, quod collum et caput obvolveret; quae tamen indumenta ferebant permansisse ei in deserta numquam veterata ... die vero dominica, gratia caritatis, secum omnes cibum sumere hortabatur, cum tamen ipse solitis abstinentiae observationibus deserviret, herbis solummodo aut oleribus utens nec usum aut ministerium ignis admittens. — *cf. c. IX* lanea filorum stamina ex glomere et panuculis revoluta. *Verg. VI 647* iam pectine pulsat 1) *Rufinus l. l.* Hic cum audisset, Iuliani .. temporibus fratrem quendam militia comprehensum detineri in carcere, venit ad eum cum fratribus consolandi causa .. supervenit centurio .. claves extrinsecus carceris imposuit ipsumque et omnes quicumque venerant pariter conclusit, quo scilicet etiam ipsi similiter ad militiae detinerentur officium ... medio autem noctis astare visus est angelus ingenti luce resplendens et obstupefactis perterritisque custodibus carceris claustra patefecit 2) *Rufinus l. l. (p. 414 M.)* Erant aliquando in circuitu eius positi decem circiter gentilium vici, apud quos daemoniaca superstitio summo studio colebatur. Templum enim erat amplissimum atque in eo simulacrum, quod moris erat circumferri a sacerdotibus bacchantium ritu ... contigit autem sub eo tempore, quo huiusmodi ab eis orgia gerebantur, iter agere beatum Apollonium per ipsa loca, cum aliquantis fratribus. Et cum vidisset infelicium turmas quasi daemone quodam agi baccharique per campos, miseratus errorem eorum fixis genibus invocavit Dominum et salvatorem nostrum et omnes eos, qui caerimoniis daemoniacis agebantur, cum simulachro suo stare fecit immobiles, ne progredi omnino usquam possent. Atque ita per totam diem rapidissimis adusti aestibus permanserunt ignorantes, unde eis haerere uno in loco immobiliter contigisset. Tunc sacerdotes eorum dicebant, esse quendam Christianum in regionibus vicinae eremi commanentem, Apollonium nomine, et ipsius esse haec opera ... Tum quidam ex illis vere eos opinari aiunt, nam .. vidisse se eum in illo itinere praetereuntem confirmabant ... omni auxilio frustrati legatum ad dominum Dei mittunt pollicentes, ut, si eos resolvat his vinculis, pariter quoque erroris in eis vincula dissolveret ... Haec ubi nunciata sunt ei, sine mora descendit ad eos et .. omnes resolvit. At illi .. omnes confugiunt ad eum ... simulacrum vero, quod erat ligneum, continuo tradunt igni

eis facultas abeundi daretur, omnes[a] spretis[b] caeremoniarum[c] culturis se fidem catholicam crediturosd et fribulame simulacrif effigiem in frustag fracturos aut in favillam et cineremh crematuros, quod ita gestumi rerum probavit eventus.

Lisk aliquandol propemodum satis cruenta inter duo populosal credentium et incredulorum praediam gerebatur: fortuiton casu contigit, ut praefatus vir Dei armatas peltarum testudine catervas iamiamqueo strictis mucronibus alternatim se iugulaturasp offendissetq. Qui cum verbis pacificis confusam utriusque vulgi simultatem magnopere mitigare niteretur et exortam furentis cunei crudelitatem sedare temptaretr, quidam bellicosus incentor et fautor certaminis ac crudescentis[s] signifer duelli fertur bachanti et furibundo strepitu restitisset[t], dicens se spreta pace sequestrau leto tenus pugnaturum. Tumv sanctus *Optata,* inquit, *tibi verbisw fortuna contingatx! Ceteris enim violatiy foederis clasmaz concorditer reconciliantibus solus ultricem cruentae mortis vindictam exsolvesa. Insuper nefandumb cadaver nequaquamc ut ceteros mortales sepulcri sarcofagus receptet, sed volucrum rostris laceratus et bestiarum rictibus corrosus communi sepultura carebis!* Ita cruentad fors evenite, ut profeticus sermo praedixit.

Tempore[f] quodam, cum sacrosancta paschalis sollemnitas intra speleum celebraretur et plures ad viri Deig speluncam velut examen ad alvearium pro festivitate frequentandah certatim glomerarentur, qua peracta solitae frugalitatisi dapibus saginantur id
G. 53 est siccisk et pauculis panum crustulisl et sale aspersis holerum | fasciculism, — tum fusis ad polum precibusn Dei patrocinium fideliter implorantº. Et dicto citius pro foribus vestibuli tantas diliciarum affluentias gerulis, quos numquam noverantp, gestantibus solita pietate Christus familicisq suis tam ubertimr contulit, ut usque ad ⟨diem⟩ penticosten, quis septenis ebdomadarumt curriculis calculatur, sicut iubeleus septenis annorumu

---

a) oñispretis *(suprasc.* b m^2*)* *B*, omnes spr&is AR^1, omnibus spretis *LO* b) sprætis *G* c) ceremoniarum *A*, cæremoniarum *G*, cerimoniarum LOR^1 d) credituros *(*cre *in ras.* di *supra lin.)* R^1 e) friuola R^1 f) simulacri *(i ex* a*)* *B* g) in frustra GR^1 h) cinerem *codd.*, cineres *Giles* i) gestum *alio atramento* m^1 *supra lineam L* k) LIS *initiali ornata* R^1, *etiam L hic litteram maiusculam posuit* l) inter duos populosa *AG*, inter dua populosa *(a add.* m^2*)* *B* m) p̄diīa *B*, p̄ dia *A*, p̄digia *suprasc. man. rec.* forte p̄sidia *G*, prodigia *ed. pr.* n) fortuitu *codd.*, casu: u m^2B o) iãiãque m^1 *supra lin. A*, ////iamque *G* p) iugulaturus *(supra* u *ult.* m^2 a*)* *B* q) offendisse *AG (add.* t *man. rec.)* r) sedare////// temptaret *in ras. fuit* ni *(i. e. initium verbi* niteretur*) A*, temtaret R^1 s) crudentis R^1 t) *post* restitisse *in A:* Qui cum uerbis pacificis *ex versu praecedente repetita, sed per lineam sublata,* resistere *suprasc.* ł restitisse *B* u) sequẽstra R^1 v) tum sc̃s *AGLR*^{1}, Tunc *cett. Giles* w) uerbi *A* x) c̃////tingat *B*, continguat R^1 y) ceteris uiolati *AG*, ceteris ‖ R^1, enim violati *cett.* z) clasma: c *in* p *man. rec. G* a) exoluens *(suprasc.* s m^2*)* *A*, esolues *(suprasc.* x m^2*)* *B*, exsoluens *corr. man. rec.* exsolues *G* b) nefanda R^1 c) nequam *(suprasc.* qua m^2*)* *A* d) Ita cruenta *codd.*, Ita uero c. *Giles* e) for se uenit *AG* f) Tempore: *maiuscula initiali decoratum* LR^1 g) dī *supra lin. A* h) frequentanda//// *A* i) obte frugalitatis R^1 k) ·ſ. siccis *B*, idē siccis *L* l) custulis *(r supra lin.* m^1*)* *A* m) faciculis *G*, saliculis *ed. pr.* n) pręcibus *O*, præcibus *G* o) *Pluraliter scripsisse videtur A = B vel contra Rufinum; cf. carm. v. 1589* Nunc precibus Dominum .. pulsemus!; implorat *L (in quo supra* tum m^2 *suprasc.* uir dī*) OGiles* p) nouerunt R^1 q) *sic* $ALOR^1$; i *primum in* e m^2 *B man. rec. G* r) umbertim *B* s) penticosten qui *ABG*, dies *supra* qui *BL, addidi* diem *ex Rufino; cf. etiam carm. v. 1605* usque diem penti quem dicunt nomine costen; pentecosten: que *O* t) ebdodarum *suprasc. man. insul.* ma *A*, ebdomadarum $GLOR^1$ u) annorum *man. insul. supra lin. A*, anorũ *(suprasc.* n m^2*)* *B*, septenis annorum laterculis *G*

---

1) *Rufinus l. l. (415 Migne)* Lis quodam tempore dicebatur exorta inter duos vicos, quorum unus Christianus, alter gentilium fuit. Procedunt ex utraque parte armatorum turbae plurimae. Accidit autem, ut Sanctus Apollonius superveniret, cumque eos hortaretur ad pacem, quidam eorum, qui inter gentiles quasi caput erat et causa belli illius, homo truculentus et ferus, obsistebat ei vehementer dicens, non se permittere fieri pacem usque ad mortem suam. Tum ille 'Fiat, inquit, ut optas. Nullus enim alius praeter te perimetur, sed et congruum honori tuo tibi sepulcrum fiet, non terra sed bestiarum et vulturum ventres.' Et continuo sermo eius efficitur verus

laterculis[1] supputatur[a], divinitus allata epularum[b] stipe cotidie[c] affatim[d] pascerentur[e]. Quod autem[f] caelestis munificentiae stipendium potius quam humanae liberalitatis exenium[g] fuerit, ex hoc certissimis experimentis colligitur[h], quod fructuosum[i] eulogiae munusculum ignotis allatum parasitis[k] tempore praepostero id est vernali, non[l] autumnali divinitus impendebat[m] hoc est mala punica, quae[n] et mala granata nuncupantur, cum palmeti dactilis[o], quos nicolaos vocant[p], favos, uvas[q] et palatas id est caricarum massas, cum noverimus vinearum antes[r] et palmitum propagines vere quidem frondescere et florescere, sed autumno racemis turgentibus et botris flavescentibus[s] mitescere ac maturescere.

Contigit aliquando[2], dum calamitosa famis[t] atrocitate promiscuum[u] Aegipti vulgus crudeliter[v] grassaretur, plures ad eum catervatim stipis gratia[w] confluxisse; ast ille tres sportulas crustulis et[x] tortellis[y] refertas unius diei tantum intervallo fratribus

a) suputatur *A*, subputatur R^1, supputatur *(p prius in ras. man. rec.) G* b) ępularum *A* c) *sic ALOR*^{1}, cotidiæ *G* d) *sic codd.* e) passcerentur *O* f) li *A* g) exenium *AGR*^{1}, exenium *(e prius sublatum) B*, xenium *cett.* h) collegitur *(supra* e m^1 i*) L*, collegitur *O* i) fructuosa *(suprasc.* v̄ m^2*) A* k) parassitis *suprasc.* ministris *AG* l) non *suprasc.* m^1*A* m) *inpendebatur *AGO*, impendeba////tur *BL cf. carm. v. 1590* Quatenus impendat iudex alimenta misellis. *Post* fuerit, *quo verbo fol. 36*^{a} *in B concluditur, man.*^{2} *in marg.* ex hoc *et infra lineam ultimam* certissimis — parasitis *adscripsit; quae verba postea iterum deleta sunt; 36*^{b} *versus primus verba continet:* Tempore — impendeba////tur, *alter* Ex hoc — eulogie mu, *tertius* nusculum — parasitis · hoc *versus alter ad tertium per lineam ante* hoc m^2 *traductus est: sic ordo totus confusus* n) quae *om. AG* o) pelmeti *(suprasc.* a m^1*)* dactilis *O*, dactelis *(e in* i *man. al.) G*, dactylis *A* p) vocantur R^1; *cf. p. 237, 1* q) fanos uanos et palatas R^1 r) antes *suprasc.* summitates *A*, uinearum *om.* R^1 s) butris R^1, frauescentibus *(supra* r m^1 l*) A*, botris flauescentibus m^2 *supra lin. B* t) famis *AGLR*^{1}, fames *Giles* u) in promiscuum *Giles*, in *om. codd., supra* grassaretur m^2 uastaretur *B, cf. Corp. gloss. V 299, 17* grassari humiliare ferire caedere *et H. Roensch, Semasiolog. Beitr. III 43;* famis *nominativus est cf. carm. v. 1608* Iam famis Aegipti multauit clade cohortes; *vide etiam supra c. XXXVI p. 282, 8* v) s . crudeliter m^2 *supra lin.; s · paene evanidum A*, scrudeliter *G* w) sti pigrã *(suprasc.* s m^2*) B* x) & *supra lin.* m^2*B* y) tortelis R^1

1) *Rufinus l. l. (416 Migne)* Dies sanctus aderat Pascha, et cum solemnitas vigiliarum sacramentorumque intra speluncam fuisset expleta atque ex his, quae fuerant apud eos, refectio pararetur (erant autem eis pauci tantummodo et sicci panes atque olera ex his, quae sale aspersa reponi apud eos solent) ..... tum ille cum omni alacritate orationem fudit ad Deum; qua expleta cum omnes respondissent Amen, ecce repente ante fores speluncae vident homines quosdam sibi penitus ignotos, quique tam multas copias rerum omnium, quae ad usus dumtaxat ciborum pertinent, detulerunt, ut neque tam multa neque tam diversa tam facile quisquam viderit. In quibus erant quaedam, quae omnino in Aegypti regionibus nunquam visa sunt pomorum genera et magnitudo incredibilis, uvae, nuces, ficus, mala quoque punica, et ante tempus omnia, favi atque mellis et lactis copia, nicolai etiam ingentes et panes calidi et mundissimi, qui tamen peregrinae esse viderentur provinciae .... Quorum copia tanta fuit, ut usque ad diem Pentecostem quotidie ministrata sufficerent. — Laterculi *(cf. epist. ad Acirc. c. II et aenigm. LXXIII 4) idem hic sonant ac* series *vel* ordo *et significant periodum annorum sabbaticorum (cf. Levit. 25, 8. Isid. de nat. rerum c. VI* Annus iubilaeus est remissionis, qui septenis annorum hebdomadibus id est XLVIIII annis texitur*) vide Isid. Origg. V 37, 3* 2) *Rufinus l. l. (417 M.)* Orta est aliquando fames apud Thebaidam ... omnes simul cum uxoribus et filiis pergunt ad eum cibum simul cum benedictione poscentes. At ille nihil dubitans proferre coepit ex his, quae ad usum fratrum reposita erant ... cum vero tres solae panum sportae remansissent, fames autem populos vehementer urgeret, iubet proferri in medium sportas ... et in auditu totius populi, qui famis necessitate confluxerat, elevatis ad Deum manibus ait: Numquid non valet manus Domini multiplicare haec? ..... et quatuor continuis mensibus nec cessatum est umquam erogari panis ex sportis neque deesse potuit aliquando. Similiter autem et alio tempore fecisse eum de frumenti et olei specie perhibebant. Quibus virtutibus motus diabolus dixisse ad eum fertur: 'Numquid Helias es tu aut alius aliquis prophetarum vel apostolorum?' *e. q. s.*

victus[a] alimoniam praebituras fertili[b] benedictione fecundans familicis vulgi turmis exhibuit, quae quaternis[c] mensibus cum panis copia plebis inopiam refocilantes[d] ab imminentis[e] famis inedia et discrimine defendunt; hoc idem de farris[f] simila et polline[g] simulque crassa olei pinguidine[h] fecisse memoratur. In priori quidem miraculo corbes[i] et fiscillos[k] imitatur evangelicos[l], in secundo lecithum[m] olei et pugillum farinae ab Helia profeta fecundae[n] benedictionis ubertate refertos aequiperat. Matth. 14, 20 et al. IV Reg. 17, 14. 16

XXXIX (XL). EXPLETIS igitur summatim masculini sexus exemplis[1], qui[o] nequaquam nutabundo integritatis fundamento castae conversationis structuram sustentabant, ad inclitas[p] itidem secundi sexus personas, quae in[q] sanctae virginitatis per-
G. 54 severantia inflexibili[r] mentis rigore usque|quaque[s] duruerunt[t], verborum gressibus gradatim spatiantes ab isdem pulcherrimos pudicitiae flores feliciter carpere[u] contendamus[2], quatenus aeternae[v] beatitudinis coronam, illo clementer amminiculum[w] patrocinii[x] praestante[y], qui virgo ex virginis alvo nasciturus[z] protoplausti[a] piacula expiavit et totius mundi statum[b] profligatis[c] tenebrarum principibus[d] beavit, inextricabili plecta[e] plumemus[3] et, quemammodum pridem ex utroque testamentorum tenore[f] principalis sexus[g]

---

David[w] quoque opinatissimus regum sub ipso pubertatis tirocinio[x] illibata virginitate[y] praeditus antequam copula matrimonii et conubii nexu[z] nodaretur[a4], nonne argutis fibrarum fidibus limphaticum[b] mitigabat et impensa sospitatis gratia freneticum curavit[c] I Reg. 16, 23
dira procul tetrorum[d] explosa spirituum vesania? Quique etiam aetate tenellus[e] lacertis
validis[f] frementium[g] mandibulas[h] leonum discerpsisse dirorumque rictus ursorum frusta- I Reg. 17, 34 sqq.
tim[i] confregisse et inormem allophilorum gigantem crista cassidis ac thoraca[k] indutum, I Reg. 17, 4 sqq.
ocreis et falarica[l] armatum aereaque[m] umbonis parma protectum[5] saxis tantum[n] tere- ib. 40
tibus, fundibalo[o] fretus, singulariter congrediens obtruncasse[p] describitur. Ergo licet
G. 72 vita illius usque ad metam mortis probabilis | extitit[q], utpote[r] qui solus nepotum et
pronepotum piacula proprii praerogativa meriti abolere potuisset, ut in basileon de regibus priscae legis[s] censuram praevaricantibus saepe cautum est[t]: *Non extinguam*[u] II Reg. 21, 17
scintillam David[6], tamen relicto virginitatis statu Urias[v] insons interimitur, Bersabee[w] II Reg. 11, 15. 17

---

a) callidae *AO*, callide *G* b) dedinauit *AG* c) fradulenta *B* d) femininę *A*, feminee *BLO*, feminea *(a ex æ) G* e) titillationis *BOLG*, titulationis *A* f) blando *AG*, blandę *C²LO* g) incitamen · uelut *(suprasc.* ta) le////ntescente *A* h) nectares *(suprasc.* i) *A* i) mulsę mellitę .. oblectamento *AG*, mulso *C¹LO* k) uirus *supra lin. m¹ O* l) incatos *(suprasc.* v) *A* m) armatura quæ *G* n) reptos *G (repṭos A)* o) truculente *AG*, truculenṭ//// *(in ras. fuit* e) *B* p) ad tartatum *(suprasc.* r) *A* q) spræuit *G* r) carcerissqualorem *(s alt. add. m. alt.) A*, squallorem *Giles* s) quem abstrusa *AG ed. pr.*, cui obstrusa *BC¹LR²R³R⁴*, quem *(suprasc.* cui *m²)* obstrusa *C²O*, quem obstrusa *R⁵* t) adolestis *(suprasc.* cen *m²) A*, adoliscentis *L* u) memfiticę *(*f *ex* t*) A*, menistice *(suprasc.* memphitice *man. rec.) G*, memphyticę *L* v) cõmiṣsit *A* w) QUOMODO DAUID ANTEQUAM CONUBII NEXIB: NODARETUR PRECIPUO UIRTUTU[t] PRECONIO CLARUERIT Dauid quoque *B ante* Dauid *crucis signum in A* x) tyrocinio *BO* y) uirgitate *(suprasc.* ni *m¹) A* z) conubii nexu *AGC¹m¹OR²R³R⁴*, conubii nexibus *BC¹m²C²LR⁵* a) innodaretur *Wharton* b) lymphaticum *L* c) curabat *BLO* d) procutetrorum *(suprasc.* l*) A* e) tenelus *(suprasc.* l *m¹) A* f) ualidis *AG*, ualidus *BC²LO*, inualidus *Giles* g) frementṣium *A* h) mandibalas *O* i) frustatim *AG*, frustratim *B* k) thoraca *ABC¹C²O*, thoruca *G*, toraca *L*, thorace *Giles* l) flarica *(suprasc.* a*) A*, falarica *GLO*, falurica *C²* m) ęręaque *A*, ereæaque *G*, æreaque *LO*, ęneaq; *B* n) saxis tantum *(s add. m²) G*, tantum *om. L* o) fundibulo *A*, *sed cf. aenigm. LXXIIII*, fundibalo *BGL*, et *(= Giles) ante* fundibulo *om. AG* p) obtrucasse *(suprasc.* n *m²) A* q) extitit/////// *B*, extitisset *LO cf. infra p. 312 adnot. q* r) utpote *(supra lin. m²) B* s) inbasileon de regibus priscę legi/////s *in ras. fuit* bu *A* t) cautum est *(suprasc.* scriptum est *m²) O* u) extinuuam *O* v) urias *(supra lin. m²) B* w) bersabee *AB*, bersabeæ *GLO*, Bersabæ *ed. pr.; sed est nominativus*, Bet(h)sabee *Onomast. sacra ed. P. de Lagarde p. 38, 2,*

---

1) *c. VI* universam mundanae suavitatis dulcedinem opulentique luxus exquisita superet oblectamenta et haustum defruti despiciat 2) *cap. XVIII* in tetra tartara trudatur, *ubi vide. — cf. etiam ad XXVI n. 13* 3) *c. XLIV* cui abdita secretorum produntur. *Carm. v. 1606. 1680 sqq. Lullus ep. 98 = Ep. Mer. I 385, 14* post inluminatorem celestem, cui secreta cordis patent et quem occulta et abdita non latent. *Egburgae ep. = Ep. Mer. I 259, 24* Deo auspice, cui arcana non latent 4) *infra:* illecebrosis lenocinii nexibus nodaretur 5) *epist. ad Ger. s. f.* disceptator se ... talis apologiae parma protegat. *epist. ad Acirc. p. 201, 26 sq.* inexpugnabili metrorum pelta et grammaticorum parma protegere 6) *II Reg. 21, 17* Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel: *ea ipsa verba, quae attulit Aldhelmus, non inveniuntur in libris Regum; etiam hic e memoria minus firma laudasse sua videtur*

illegitimo[a] iugalitatis vinculo foederatur[b] et pro hac[c] temeritate expianda caelestis irae
II Reg. 12, 15 sq. Iud. 13, 7 mucrone[1] proles primogenita percellitur[d]. Samson[e] ille Nazareus[2] ab ipsa gracillima cunabulorum aetatula Domino septenis crinibus sacer, antequam fraudulentis Dalilae[f] complexibus[g] caperetur et perfidi pelicatus stupro enerviter deceptus illecebrosis[h] lenocinii
ibid. 16, 19 nexibus nodaretur, nondum[i] ferro dempta[k] cincinnorum[l] caesarie quantis miraculorum signis et virtutum rumoribus omni saeculo usque ad id tempus[m] inexpertis effulsisse devulgatur!

Licet[n], inquam, uterque patriarcha, quamdiu aura aetherea[o] et vitali flamine vesceretur[3], supernae maiestati[p] gratissimus extiterat[q], ast tamen post carnalis consortii copulam[r] de utroque[s] minora virtutum praeconia crebrescunt.

LIV[t]. IGITVR sicut[u], ⟨ut⟩[v] supra retulimus[4], per Hieremiam et Danielem[w] ceterosque eiusdem propositi consortes et florentis pudicitiae sodales futura incarnati verbi virginitas[x] misticis sacramentorum obumbrationibus figurabatur, ita per Abel[5] insontem mitis innocentia et passio, per Melchisedech[y 6] vero supernae potestatis pontificium et caelestis infulae flaminium[z] praesignabatur. Quorum prior, ut altius repetens ab origine pandam[7], propter dignitosam innocentiae palmam et originalis patientiae titulum spreto[a] fraterni libaminis sacrificio rata et grata[8] divinis conspectibus holocaustomata primus mortalium offerre[b] promeruit et huius rei gratia a perfido et nefando fratre inextricabile germanitatis vinculum contra ius divinum et fas humanum[c] rumpente[d] crudeliter cruentatus futuram[e] in fine saeculorum pii redemptoris nostri passionem purpureo[f] pretiosi sanguinis[g] ostro[9] praefiguravit. Ast vero Melchisedech[h 10] inchoante[i] tertia saeculi aetate

---

a) inlegitimo *codd.* b) federatur *G*, foderatur *(suprasc.* e*) O* c) proac *O* d) p̃culitur *AG*, percellitur *(= C²LO) suprasc.* percutitur *m²*, necatur *m³ B* e) DE SCŌ SAMSONE NAZARENO, *in marg.* CAP. XXVIII *B ante* Samson *crucis signum in A, hic ut supra nil nisi novi capitis initium indicans. In codicibus ante* Samson *ea quae infra posui, leguntur* Licet, inquam *usque* crebrescunt f) dalilę *A* g) conplexibus *A*, conplexus *man. rec.* conplexib; *G* h) inlece . brosis *(suprasc.* le*) A*, inlecebrosis *BL*, inlecelebrosis *G* i) necdum *L* k) tempta *A(G)* l) cincinorum *AG* m) ad id tempus *A*, ad idem tēpus *(*dem tēpus *in ras. m¹) B*, ad idem tempus *LO* n) Licet inquam *usque ad* crebrescunt *huc transposui, quoniam* uterque patriarcha *nisi duobus ante nominatis id est* Iosepho et Samsone *non habet quo referatur* o) a&erea *(suprasc.* h*) A*, a&herea *G*, &here/// *B*, ęthere *C¹O*, aetherae *R²R³R⁴* p) magestati *AGO* q) extiterat *AG*, extibit *B cf. p. 311 adnot. q*, extiterit *C²O* r) consortium copulae *ed. pr. Giles* s) de utruque *A*, de utraque *G* t) LIII *O* u) sicut *(supra lin. m²) B* v) *⟨ut⟩ *inserui, quod* sicuti *non ad* supra retulimus *pertinere, sed ad* per Hieremiam *etc. insequens* ita per Abel *demonstrat* w) ieremiā et danihelē *B* x) uirgitas *(suprasc.* ni *m¹) A* y) melchisedeh *(supra* h *m¹* c*) A*, melchisedec *LO* z) flaminium *codd.*, flamminium *Giles* a) spræto *G* b) offerræ *G* c) humanū *(*nū *m² in marg.) A* d) rumpende *(corr.* te *man. post.) B* e) futaram *(suprasc.* u*) A* f) pur/////////pureo *(in ras. fuit* pur*) A* g) sanuuinis *O* h) melchisedec *LO* i) incoante *(suprasc.* h *m²) A*

---

1) *c. XLV* caelestis irae mucrone perniciter perculsus occubuit 2) *Isid. Orig. X 191* Nazaraeus id est sanctus Dei; Nazaraeus olim dicebatur, qui sanctam comam nutriebat et nihil contaminatum accipiebat abstinens se a vino omnique sicera, quae mentem ab integra sanitate pervertit 3) *Verg. I 383* auras vitalis carpis; *346* si vescitur aura aetheria 4 *cf. c. XX. XXI* 5) *Augustinus De civitate Dei XV 7* Quomodo autem (Cain) significaverit etiam Iudaeos, a quibus Christus occisus est pastor ovium hominum, quem pastor ovium pecorum praefigurabat Abel, quia in allegoria prophetica res est, parco dicere 6) *Augustinus epist. CLXXVII 12* Inde Melchisedech prolato sacramento mensae dominicae *(cf. Genes. 14, 18)* novit aeternum eius sacerdotium figurare 7) *Verg. georg. IV 285 sq.* altius omnem expediam prima repetens ab origine famam *M. Aen. VII 371* si prima domus repetatur origo; *Aen. I 372* Si prima repetens ab origine pergam. *Isidorus De off. II 25, 1* Baptismi sacramentum, si prima repetens ab origine pandam, baptizavit Moyses in nube. — *epist. ad Acirc. c. II* si prisca commemorans ab origine pandam. *cf. p. 308, 2* 8) *c. LIX* munusculum plus ratum et gratum. *Charta apud Will. Malmesb. gesta reg. Angl. I 39* hoc donativum stabili iure gratum et ratum regum praedictorum decerno durare 9) *cf. ad p. 254, 2* 10) *Quae hic exponit Aldhelmus, in eis secutus est Hieronymum ep. 73, ubi § 6 haec leguntur:* Nec esse mirum (tradunt), si Melchisedech victori

florens et primus summi sacerdotii dignitate subnixus ac praeclaro pontificatus apice
G. 73 praeditus[1] | per idem tempus orta regum simultate patriarchae cum .CCCXVIII. berna- Gen. 14, 14
culis[a] famosum reportanti tropeum[b] et post inormem catervarum stragem cum fratruele ad Hebr. 7, 1 sq.
numerosas[c] Sodomorum reducenti praedas obvians[d] nonne pro sanctitate conversationis
tipica[e] panis merique libamina litaturus redemptoris tipice[f] personam praefigurans[g] ibid. 18
obtulit, ut merito de Christi sacerdotio, quo geminam obtulit[h] victimam, Davitica con-
cinanti[i] oracula: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*[k]*?* Cuius Ps. 109, 4 = ad Hebr. 5, 6. 6, 20. 7, 13
paterni geniminis[l] prosapia et maternae generationis propago, ignota saeculis genuini
partus natura, delitescit id ipsum apostolo attestante[m]: *Sine patre, sine matre, sine genea-* ad Hebr. 7, 3
logia[n], quamvis vulgata Ebreorum traditio hunc fuisse arbitretur Sem primogenitum Noe,
tritavum[o] Abrahae[p] et Nachor et Aaron[q]. Sed plurimum differt inter ambiguas fari- Gen. 11, 27
seorum traditiones et elucubratam sacrae scripturae diffinitionem; apocriforum[r] enim
naenias[s] et incertas fribulorum fabulas nequaquam catholica receptat ecclesia[2]. Sed ad
propositum revertar[t]!

LV. ORNETVR, inquam, beatae virginitatis integritas non exterioris hominis formosa venustate, sed interioris religiosa castitate[3]! Si enim exterior pretioso indumentorum comptus[u] ornatu saeculariter gloriatur, frustra[v] interior de pulchritudine propria inaniter gratatur[w], cum vas electionis generali sententia quasi speciali refragetur *Mihi*[x], ad Gal. 6, 14
inquiens, *absit gloriari nisi in cruce domini!* Utquid[4] enim saeculi pompulenta vanitas
in catholica Christi basilica[y] intromittitur? Ob quam rem virgines Christi coenubii[z]
famulatu conversantes ornamentis vestium dilicatis[a] decorari[b] satagunt? Nonne Achar[c], I Paral. 2, 7

---

a) CCCXVIII · diebus *(delet.)* bernaculis *A*, bernaculis *G*, vernaculis *cett.* b) reportanti peum *(suprasc.* tro m^1*)* *A* c) numerosas *(s add.* m^1*)* *L* d) obuians m^2 *supra lin. B* e) *sic O* — typica persona *AG* f) typice *A*, typicæ *G*, tropice *(suprasc.* tipice m^2*)* *O*, tropice *cett.* g) persona *AG* — prefugurans *(l add. m. post.) B* h) obtulit *om. BC*^{2}, obtulit; victimam *(suprasc.* m^1 ut merito — geminam obtulit *L*, optulit *(bis) O* i) concinant *L*, concinnant *AG*, concinnunt *secundum* n *sublatum B*, concinunt C^2O k) melchisedec *LO* l) germinis *B* m) attestante *AO*, uttestante *G*, testante *BL* n) genelogia *AG* o) noae *O* — tritauũ *(suprasc.* t m^3*)* *B* p) habrahę *O* q) aaron *AGO*, aron *(o in a* m^2*) B*, aran *L*, *Onomastica sacra ed. P. de Lagarde 2, 29* r) & apocriforum *A*, apocriforum *GB*, Apocrifarum *LO* s) nenias *AL*, nemas *(suprasc.* i m^1*) G*, uenias *(u corr. in* N m^1*, suprasc. m. post.* næ*) B* t) Sed — reuertar *ad capitulum LIIII rettulit L* LIIII *OS* u) comp////tus *A* v) frustra *om. O* w) pro · inaniter gratatur *(suprasc.* pria m^2 *insul.) A*, inaniterque *B*, et inaniter *L*, inaniter *om.* C^1R^3, gratatur *BGLO*; inaniter gratari *est cenodoxia, quae tamen frustra gaudet*, gratiatur *ed. pr.* = *Giles* x) mihi autem *B* y) in catholica — basilica *A*, catholicam — basilicam *cett., sed cf. c. LII* ducta est . . in Tribulano territorio z) coenubii *AG*, cenobii *L*, cænobii C^1 — famulato C^1 a) dilicatis *AG*, delicatis *cett.* b) decorari *(ri in ras.)* C^1 c) achar *BLR*^{3}, achab *O*, achan *AG Onomast. sacra ed. Lagarde p. 118, 19*, achan *(n in ras.* m^1*)* C^1

Abram obviam processerit et in refectionem tam ipsius quam pugnatorum eius panes vinumque protulerit . . *§ 4* Affirmat autem apostolus, quod Aaron sacerdotium . . et principium habuerit et finem. Melchisedech autem id est Christi et ecclesiae, et in praeteritum et in futurum aeternum sit nullumque habuerit auctorem. — *§ 5:* Tradunt (Hebraei) hunc esse Sem primum filium Noe . . . quem (Thare) legimus quod . . genuit Abram et Nachor et Aran. . . Ratione deducta invenitur Sem abnepoti suo decimi gradus supervixisse annos triginta quinque 1) *cf. ad XXXIII n. 3* 2) *c. LVI* quid mirum, si apostolorum oracula et iurisperitorum scita praefatas fribulorum naenias abominantur? *cf. XXIV* Sed fas divinum vetat catholicae fidei sequipedas plus quippiam, quam canonicae veritatis censura promulgat, credere et cetera apocriforum deleramenta velut horrisona verborum tonitrua penitus abdicare et procul eliminare orthodoxorum patrum scita scriptis decretalibus sanxerunt 3) *Qualis rerum condicio in sanctimonialium monasteriis Anglosaxonicis Aldhelmi aetate fuerit studiumque vestium pretiosarum quantopere tum in eis viguerit, vide apud W. Bright, Chapters of English Church History*^{3} *p. 289 sq.* 4) Utquid = quid *cf. Könsch, Itala p. 253, Bonnet, Le Latin de Grégoire de Tours p. 325, cf. etiam Hisper. fam. 8, 13 (Stow.)*

Iosua 7, 1 sqq. filius Charmi[a], qui de anathemate municipii[b] septeno murorum ambitu vallati pallium
ibid. v. 21 coccineum et legulam[c] auri sibi usurpans contra decretum ducis clandistina[d] fraude surripuit[e], cum totis[f] parentelae contribulibus[g] et domesticis clientelae sodalibus saxorum imbribus obrutus horrendum mortis spectaculum Ebreorum falangibus praebuit? Per allegoriam vero[h] oppidum[i] Hiericho[k] cum septiformi murorum[l] obstaculo tipum mundi cum septenis | saeculorum milibus designasse priscorum patrum decreta sanxerunt[1]. Non G. 74
ergo ruituri vetita mundi ornamenta purpureae[m] pretiosis[n] tincturae[o] muricibus[p] colorata alumnis coenubii, bernaculis[q] Christi, virginibus[r] ecclesiae, contra apostolica statuta et legalia scita rite[s] et regulariter congruere queunt, siquidem pastor gregis dominici et ianitor caelestis aulae — de quo poeta[t]

Aldh. de aris (IX) I 2 Claviger aethereus portam qui pandis in aethra[u][2] —

I Petr. 3, 3 ita[v] auctoritate[w] principali et authentico[x] pontificatu promulgat *Sit mulieri non exterior*[y] *ornamenti aut auri aut vestis cultus, sed cultus cordis*[z]. Unde Gregorius, pervigil pastor et pedagogus noster, — noster[a] inquam, qui nostris[b] parentibus errorem[c] tetrae gentilitatis abstulit et regenerantis gratiae normam tradidit[3] — cum evangelicum[d] explanaret

Matth. 11, 8 dictum: *Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt,* adiunxit[e]: *Nemo ergo exi-*

Gregor. Homil. in evang. I, VI, c. 3 *stimet*[f]*, in studio vestium peccatum deesse, quia, si*[g] *hoc culpa non esset, nequaquam*[h] *Petrus apostolus*[i] *per epistolam suam feminas a pretiosarum vestium appetitu*[k] *compesceret*

I Petr. 3, 3 *dicens 'non in veste pretiosa'; quia, si*[l] *hoc culpa non esset*[h]*, nullo modo*[m] *Iohannem*[n] *dominus de vestimenti*[o] *asperitate laudasset*[p]*. Pensate, quae culpa sit, hoc etiam*[q] *viros*

---

a) Acharmi *codd.*, a///chami *in ras. fuit* r; *suprasc.* r m^2; *in marg. man. s. XV adsc.* iosue Λ^o *id est* Iosuae capitulo septimo C^1 b) municipi *(add.* i m^2*)* B c) legulam *codd.; cf. Corp. gl. III 379, 14; Ios. 7, 21 versio antiqua* ligula, *nova* regula, *Ambrosius* lingua *habet* d) claudestina *(*u *in* N m^1*)* B e) subripit *(suprasc.* u m^1*)* C^1 f) totis *(suprasc.* v m^2*)* B g) cum tribulibus, contribulibus *man. rec. G*, parentellis ac contribulibus *ed. pr.* h) uero *om. L* i) obpidum C^1 k) hierocho *(suprasc.* i*)* A, iericho C^1 l) murrorum *(alt.* r *subl.)* B m) purpuræę G, purpu///reae C^1 n) prætiosis G o) tinturae *(suprasc.* c*)* A, tincturae *(*tin *in ras.)* C^1 p) muricibus *(supra* i *alt. ras.)* G q) coenubii bernaculis AG, cænobii b. C^1, cenobii b. L, alumpnis cęnobii uernaculis *(supra* uern m^2 &*)* B r) *supra* uirginibus m^2 & B s) rite ac LC^1 t) po///eta B u) pandis in &hera AG *ed. pr.*, pandit *cett.*, in aethra C^1LO v) ita AGL, ////ait *(*it m^2*, in ras. fuit* it*)* B, ait C^1O w) autoritate *(suprasc.* c m^1*)* O x) autentico BL, & acuthentico C^1 y) Sit *(*Si L*)* mulieri ñ exterior *altero atramento* B z) cultis *(in* A us *per ligaturam)* cordis G a) pedagogos *(*u *supra* o*)* C^1, pedagogus ꝯr inqum *(suprasc.* a m^1 *in marg.)* AG, nr̃: Nr̃ inquā B, nr; inquam *(suprasc.* n'r m^1*)* C^1 b) qui nostris *(suprasc.* a*)* B c) errerem *(*e *in* o m^1*)* B d) euangelium *(suprasc.* c*)* A *(corr. man. rec.)* G, euuangelicum O e) adiuncsit O f) ero *(suprasc.* g*)* ex isti met A g) quasi *(suprasc.* i*)* C^1 h) nequaquam — esset *om. hic* $BC^1C^2LOR^2R^3S$ i) petrus aꝑ A k) appetitui B, appetitu' C^1 l) quiasi *(*i *satis parvum)* A, quasi *(suprasc. man. rec.* quodsi*)* G, quod si *ed. pr. Giles* m) nullo modo *(*o *supra* m*)* B n) iohan · nem A o) uestimentiș B *(*uestimenti sui *Gregorius)* p) laudasset *(supra lin.* m^1*)* A, laudasset: Si ergo *(*ergo B *om.* C^1C^2LO*, deest apud Gregorium)* hoc *(*hoc *suprasc.* m^2B*)* culpa non esset, nequaquam petrus apostolus *(*apł B*)* per epistolam *(*apłam: e *supra* a B, æpistolam L*)* suam *(*suam *non habet Gregorius)* ..... non in ueste pretiosa. Pensate *(*ergo*, quod Gregorius habet, omnes codd. omittunt)* quę *e. q. s.* $BC^1C^2HLOR^2R^3S$*. Hoc ordine (vide etiam notam h) locus legitur etiam apud Gregorium ipsum* q) hoc autem R^2

---

1) *Pseudo-Augustinus sermo XXV 5 (ed. Maurin. app. V 49)* Iericho .. typum habuit mundi huius .. *6* Septem ergo diebus, sicut scriptura sacra dicit, muri Iericho sacerdotalibus tubis circumdati ceciderunt. Unde nos spiritalibus spiritalia comparantes dicimus, quod septenario numero nunc per sacerdotes Dei non tam una civitas destruitur quam totius mundi iniquitas dissipatur. Nam sicut in singularis urbis nuncupatione universi mundi habitus figuratur, ita septem dierum circulo totius mundi spatia distinguuntur 2) *Versum hunc ex ipsius carmine ecclesiastico I (In basilica Petri et Pauli) v. 6 Aldhelmus attulit; ubi vide notam* 3) *c. XLII* quas praeceptor et paedagogus noster Gregorius .. pariter copulasse cognoscitur. *De Gregorio papa per Augustinum Saxones fidei christianae conciliante conferantur Bright l. l. p. 40, 2 et Plummer ad Bedam II p. 67*

appetere[a], *a quo curavit pastor ecclesiae et feminas prohibere*[1]*!* Evidens namque, ut mihi videtur[b], inexcusabilis arrogantiae probrum[c] et ostentationis indicium ex eo declaratur, quod nemo[d] ibi pretiosis et coloratis vestibus indui desiderat, ubi a nullo valet videri.

LVI. VNDE beatus Cyprianus[e] de virginibus loquens *Quid,* inquit, *ornata, quid compta procedit, quasi maritum aut habeat aut quaerat?* et infra subdidit[f]: *Neque enim virginem*[g] *fas est ad speciem*[h] *formae suae comi aut de carne et eius pulcritudine*[i] *gloriari*[2], cum apostolus[k] dicat: *mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi*[3]. — *Nulla ergo sit illis cura magis*[m] *quam adversus*[n] *carnem conluctatio et*[o] *vincendi corporis ac domandi obstinata certatio*[4]*!* — *Ornamentorum enim*[p] *ac vestium*[q] *insignia et lenocinia formarum non nisi prostitutis et impudicis*[r] *feminis congruunt et nullarum fere pretiosior*[s] | *cultus est, quam quarum pudor vilis est*[5]. In apocalipsi[t]: *Mulier illa amicta erat pallium purpureum et coccineum*[u]. — *Fugiant castae virgines et pudicae incestarum cultus, habitus impudicarum, lupanarum*[v] *insignia, ornamenta meretricum*[w]*!* Et alibi *Ceterum*[6], inquit, *si tu te sumptuosius comas et per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuvenum*[x] *illicias, suspiria*[y] *adolescentium post te*[z] *trahas, concupiscendi lubidinem nutrias, sperandi*[a] *fomenta succendas*[b]*, ut, etsi ipsa non*[c] *pereas, alios tamen perdas*[d] *et velut gladium*[e] *te et venenum videntibus exhibeas*[f]*, excusari non potes, quasi mente casta sis et pudica. Redarguit te cultus improbus et impudicus ornatus nec computari iam potest*[g] *inter virgines Christi, quae sic vivit*[g]*, ut possit*[g] *adamari.* Hactenus Cyprianus[h].

Cyprian. De habitu virg. c. 5. 6

ad Gal. 6, 14

Cyprian. l. l. c. 5

Cyprian. l. l. c. 12

G. 75

apoc. 17, 4

Cyprian. l. l. c. 9

---

a) appetre *(suprasc.* e *m*[1]*)* C^1 b) uid&ur, ur *man. rec., G* c) probum *AG (corr. man. rec.)* d) nemo *om. AG ed. pr. Hinc, ab* Unde, *non ab* Euidens namque — *ut Giles — novum (LVI) capitulum incipiunt codices.* LV OR^2S e) ciprianus AC^1G f) subdit//// *B*, subdit *O* g) uirgini *L* h) ad *(*d *ex t)* speciem . . . aud de carne *A* i) pulcrididine *(*di *ex* tu*) A*, de eius pulchritudine *L* k) apōs *A*, apˢ *G*, cum apostolus dicat *ipsius Aldhelmi sunt ex Cypriani capite sexto locum ex epistola ad Gal. 6, 14 huc transferentis* l) domini mei *Cyprianus*, hũ *(suprasc.* s*)* xp̄i *A* m) nulla ergo sit illis cura magis *AG*, nulla ergo sit illis magis BC^2 *(sed om.* ergo*) LO, Cyprianus, qui tamen* ergo *non habet* n) aduersus *(*d *ex t) A*, aduersis *(suprasc.* u *man. post.) B* o) et *om. O* p) enim *add. Aldhelmus* q) ornamentorum ac uestium *A* r) prostitutis et inpudicis feminis *ABGLO*, p. ac imp. foeminis *Giles* s) pr&ior *AG (corr. man. rec.)* t) in apocalipsi — purpureo *B in marg.* m^1, In apocalipsi *ipse infert Aldhelmus, in locum a Cypriano allatum* u) pallium purpureum et coccineum *AG Cyprianus* pallio purpureo et coccineo *L* v) lupanarum *AGB Cyprianus*, luparum C^1LR^3, luparum *(suprasc.* na m^3*) O* w) m&retri *(supra lin. add.* cũ*) A*, m&r&ricum *G* x) iuuenem *(suprasc.* v*) A*, iuuentutis *Cyprianus* y) supiria *(suprasc.* s m^2*) A* z) post te *A*, poste *(suprasc.* t m^3*) B*, p̊te *L* a) spirandi *A*, sperandi *(suprasc.* cta *man. rec.) B* b) fo///menta succendus *(*u *in* a *man. rec.) G* c) & ut si ipsa ne pereas *AG* d) tamen ///////perdas *(in ras. fuit* ne*) A*, tamen perdas *G* e) gladius *(*s *in ras.) B* f) exhibeat *(suprasc.* s*) A*, praebeas *Cyprianus* g) potest . . uiuit . . possit *codd.*, potes . . uiuis . . possis *Cyprianus* h) atenus *(suprasc.* c *A)* ciprianus *AG*

---

1) *Gregorius Homil. in evangelia I, VI c. 3.* Nemo ergo existimet in fluxu *(l.* luxu*)* atque (luxu atque *nullus codex Aldhelmi habet*) studio vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Iohannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset; si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus apostolus per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu compesceret dicens 'Non in veste pretiosa.' Pensate ergo, quae culpa sit, hoc etiam viros appetere, a quo curavit pastor ecclesiae et feminas prohibere 2) *Cyprianus De habitu virginum c. 5* (et de eius pulchritudine) 3) *ibid. c. 6* Paulus forti ac sublimi voce proclamat: mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi. 4) *ibid. c. 5* cum nulla sit illis magis quam adversus carnem conluctatio et vincendi corporis ac domandi obstinata certatio 5) *ibid. c. 12* Ornamentorum ac vestium insignia et lenocinia formarum non nisi prostitutis et inpudicis feminis congruunt et nullarum fere pretiosior cultus est quam quarum pudor vilis est; *sequens apocalipseos locus — item l. 11 — ex textu Cypriani subsequenti excerptus est; verba* fugiant — meretricum *rursus ex Cypriano mutuatus est Aldhelmus* 6) *ibid. c. 9* Ceterum si tu . . . oculos in te iuventutis inlicias . . . venenum videntibus praebeas, . . nec conputari iam potes inter puellas et virgines Christi, quae sic vivis, ut possis adamari

Numquid ille conditor et[a] creator omnium Deus hirsutas bidentum[b] lanas et setosa vervecum vellera non potuit rubro conquilii[c] sanguine aut cruento[d] bacciniorum[e] fuco[f] inficere seu certe purpureis tincturae muricibus naturaliter colorare, si hoc nostris usibus commodum[g] et utilitati[h] profuturum solerti praescientia providisset[i], ut[k] illud veraciter impleretur[l], quod per ironiam[m] a poeta fallaciter[n] cautum[o] est:

Verg. ecl. IV 42 sqq.

Nec varios[p] discet[q] mentiri lana colores[r],
Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice[s], iam croceo mutavit[t] vellera[u] luto;
Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos?

Ecclesiasticus 18, 1 Et quid[v] ille, de quo dictum est[w]: *qui vivit in aeternum, creavit omnia simul*, cum conderet orbem[1], originaliter creare nequiverit[x], ⟨quod⟩[y] nunc[z] mortalium industria stolidis et superfluis adinventionum[a] argumentis addere et amplificare[b] contendit[c]? Unde inclitus idem[d] Cyprianus[e], Punicorum pontifex, infit[f]: *Neque enim Deus coccineas aut purpureas oves fecit*[g] *aut herbarum*[h] *sucis*[i] *et conquiliis*[k] *tingere*[l] *et colorare lanas docuit*[m] [2].

Cyprian. De habitu virg. c. 14

Nam quippiam in rerum visibilium plastica humanae naturae necessarium omnipotentem reliquisse infectum atque imperfectum[n] catholicae fidei regula refragatur[o]. Sed quid mirum, si apostolorum oracula et iurisperitorum[p] scita praefatas fribulorum naenias | abominentur[q], cum etiam gentiles gentilibus et paganis pagani[r] quasi ridiculosum[s] subsannantis[t] gannaturae[u] opprobrium legantur improperasse hoc modo cum infami proverbiorum elogio[v] cachinnantes ac cavillantes[w]: G. 76

Verg. IX 614 Vobis picta croco et fulgenti murice vestes;
616 Et tonicae[x] manicas et habent redimicula mitrae?

Iudith 8, 1 LVII. IVDITH[y], filia Merari[z], post obitum Manasse[a] sumpto[b] viduitatis theristro[c] et spreto[d] sponsali[e] peplo blanda procorum lenocinia[f] contempnens[g], nondum resultantibus apostolicae salpicis clangoribus: *Dico innuptis et viduis: bonum est illis, si sic per-*

I Corinth. 7, 8

a) et *codd.*, ac *ed. pr.* b) bidentium *B* c) conquilii *BGLO*, conquili *(suprasc.* i m^1*) A* d) aucruento *(suprasc.* t m^2*) B* e) *sic ABGL*, bacciniarum *O* f) fuco *ABLO*, suco *G*, succo *Giles* g) commodū *(suprasc.* o*) A* h) utilitate *G* — utilitati profuturum *(suprasc.* s. nostrae*) C^2* i) *sic ABLO*, praesentia praeuidisset *G ed. pr.*, praevidisset *Giles* k) Et *B* l) impletur *ABGO*, ut .. impletur *Giles* m) hieroniam *(*e *del.) A*, hi///roniam *(*h *del.) B*, hieroniam *(suprasc. man. rec.* ironiam*) GC^2*, hironiam *LO* n) falliaciter *(*i *del.) A*, fallaciter *C^2GLO*, foeliciter *ed. pr. Giles* o) cautum est *codd. (suprasc.* firmatum*) B*, cantum est *ed. pr. Giles* p) farios *(suprasc.* u*) A* q) discit *(*i *alt. in* e *m^2) B*, discit *L* r) & calores *AG* s) muricæ *G* t) iam cro mutaū *(suprasc.* ceo*) B*, mutabit *O* u) uellere luto *AG; in marg. man. rec. adsc. in B:* Verg. ecl. IV v) quid *AG*, q̄si *(si in ras. m^1,* u *suprasc. m^1) B*, quasi *C^2LO* w) dictum est *(m^2 supra lin.) B* x) Ne quiuerit *A* y) *⟨quod⟩ deest in codd.* z) nunc *codd.*, Nec *G* a) adiuuentionum *A*, adinuentionum *vel* ad inuentionum *cett.* b) amplicare *AG* c) contendit *(suprasc.* a m^2*) A*, contendat *G*, contendit *B (*i *in ras.) LO cett.*, contendat *ed. pr. Giles* d) item *(*t *in* d m^1*) A*, item *G*, idem *C^2LO* e) ciprianus *G* f) infit *BC^2GLO*, insit *A*, inquit *Giles* g) fecit oues *(suprasc. bis mutandum ordinem esse indicatur) A* h) erbarum *A* i) sucis *codd.* k) conquiliis *C^2LO*, conciliis *AG*, conquyliis *B*, conchyliis *Cyprianus* l) tinguere *BG Cyprianus*, tingere *(suprasc.* u*) C^2*, tinuuere *O* m) colorare docuit lanas; lanas *post* colorare *ponendum esse monet nota post* colorare *et ante* lanas *positum indicat A* n) atq; ⁊imperfectum *B*, atque inperfectum *O*, et inperfectum *L*, *om. AG ed. pr.* o) regulare fragatur *G* p) episcoporum *cj. I. F. Gronov.* q) abhominentur *AGO*, abhominentur h *del. B*, abominentur *L* r) pagis pagani *AG* s) ridiculorum *(*s *supra* r*) A* t) subnantis *AG*, subsannantis *BLO* u) gannaturae *AG*, ganniturae *(*i *in ras.) B*, ganniturae *LO* v) elogio *(*u *supra* e*) B* w) cachinantes ac cauilantes *A (*l *alt. suprasc.) G*, cathinnantes *B* x) tonicae *AGLO*, & tonicę *(& m^2 supra lin.*, u *supra* o *man. post.) B* LVI *OR^2*. DE SCA IUDITH UIDUA *B* y) Iudit *AGO*, Iudit *(suprasc.* h m^2*) B*, iudith *L* z) *Nonne hic inserendum* ⟨quae⟩ *et infra legendum* conuersabatur, cum .. ? a) MANNASSE *O* b) sup////to *(suprasc.* m m^2*) A* c) *sic ABGL cf. Corp. gloss. IV 291, 31. Isid. Orig. XIX 25, 6* d) sp̄to *B* e) sponsanli *(*n *del.) A* f) lecinocinia *(prius* ci *del.) A* g) contempnans *AG (*e *ex* a *man. rec.)*

1) *Verg. I 5* dum conderet urbem 2) *Cyprianus l. l. c. 14* Neque enim Deus .. conchyliis tinguere .. lanas docuit

manserint, quasi candens lilium[a] pia[b] castitate florescens atque a publicis conspectibus delitescens in cenaculi solario pudica conversabatur: cum horrendum Assyriorum princi- Iudith 8, 5
pem, qui innumeris manipulorum milibus equitatu et peditatu gloriantibus[c] orbem[d] trementem terruit, Abra comitante[e] circumvenire moliretur, haud secus[f] decipiendum ibid. 10, 2. 11
credidit nec aliter obtruncandum[g] rata est, nisi cum nativa vultus[h] venustate ornamentis etiam[i] corporalibus caperetur[k]. De qua in ·LXX· translatoribus scriptum est[1]: *Induit se vestem iocunditatis suae et imposuit periscelides*[l] *et dextralia et anulos*[m] *et omnia* ibid. 10, 3. 4
ornamenta sua et composuit se nimis[n] *in rapinam virorum.* En[o], non nostris assertionibus[p] sed scripturae astipulationibus[q] ornatus feminarum rapina virorum vocatur! Verum quia[r] hoc in arta Betuliae[s] obsidione pro contribulibus dolitura[t] compatientis[u] affectu, non castitatis[v] defectu fecisse memoratur[w], idcirco[x] salva[y] pudoris reverentia celebre[z] meticulosis[a] municipibus tropeum et inclitum oppidanis trepidantibus[b] triumphum teste tyrannico capite[c] et conopeo reportavit[d]. Iudith 13, 9

Necnon[e] in proverbiis[f] mulier illa procax et pertinax[g] sinagogae[h] tipum obumbrans, Prov. 7, 11 sqq.
quae virum[i] proprium integro plenilunio reversurum spopondit, ornatu[k] meretricio[l] et luxu lenocinante vecordem iuvenem pellexisse et fraudulento[m] verborum[n] oblectamento deceptum lugubriter elisisse describitur, ut merito quasi bos ductus ad victimam caecae Prov. 7, 22
G. 77 cupiditatis petulantia captus nefandum | prostitutae[o] lupanar aggredi minime vereretur[p] ignorans, quod ad vincula stolidus[q] traheretur[r], *donec transfigat sagitta iecor eius, velut*[s] Prov. 7, 23
si ales perniciter festinet[t] *ad laqueum.*

LVIII. PVDET[u] [2] referre[v] quorundam frontosam[w] elationis impudentiam et comptam[x] stoliditatis insolentiam, quae in utroque sexu non solum sanctimonialium sub regimine[y] coenubii conversantium, verum etiam ecclesiasticorum sub dicione[z] pontificali in clero degentium contra canonum decreta et regularis vitae normam deprehenduntur usurpatae ob id solum, ut crustu[a] interdicto faleratagque venustate carnalis statura[b]

---

a) linium (n *del. et suprasc.* l) *A* b) pie (e *del. et suprasc.* a) *A* c) gloriantibus *AG*, glomerantibus *B* d) urbem *I. F. Gronov.* e) abra comitante *codd.*, ab ira comitante *ed. pr. corr. I. F. Gronov.* f) hausecus (*suprasc.* t) *A*, haut secus *GO* g) obtruntandum (t *in* c) *B* h) fultus (f *in* u) *A* i) iam *praecedente macula subfusca L* k) caperentur (n *punctis supra et infra positis del.*) *A* l) periscælides *AG* m) anulos *AGLO*, &nulos (*suprasc.* a m^2, n m^3) *B* n) nimiis *B* o) Et inquam non (*suprasc. inter* inquam *et* non: en m^1) *B* p) *sic codd.* q) asstipulationibus *O* r) quia (a *in ras.*) *B* s) betuliae *LO*, petuliae *AG*, bethuliae *B*, in orta petuliae *ed. pr. corr. iam I. F. Gronov.* t) *post* contribulibus *longa ras.*, tonitura (t *in* d *et* l *supra* n m^1) *A*, doletura *B* (e *ex* i m^2) *LO* u) c̄patientis ⁊affectu *B* v) castatis *A* w) memoratur *om. AG* x) idcirco (d *ex* n) *B* y) saluo *A* z) caelebre *LO* a) mediculosis (d *in* t) *A* b) traepidantibus *G* c) tirannico capite *AG*, tiranni capite *BL* d) reportatur *G* e) Nec in (*suprasc.* non m^2) *A* f) prouerbios *A*, prouerb. Salom. *ed. pr.* g) pertinex (e *del. et* a *suprasc.*) *A* h) sinegogę *A*, i) uirum (i *ex* e) *B* k) ornatu (u *ex* a) *B* l) meretrici (*suprasc.* o) *B* m) fraulenta (*suprasc.* du) *A* n) uerborum (o *in ras.*) *B* o) prostiuitae *A* p) ueretur *A* q) stoldus (m^2 *supra lin.*) *B* r) trahatur (atur *in ras., suprasc.* re) *B* s) & uelut (& *in ras.*) *B* t) festinet (e *alt. in ras.*) *B* LVII OR^2. DE HABITV INDISCIPLINATORVM *B* u) Pudet *codd.*, Pudet me R^4 (*suprasc.* me C^1R^5), Puderet *Giles* v) ferre *AG ed. pr.* w) frontuosam *AG*, frontosam *BLO* x) corruptam *aut* comitem *I. F. Gronov.* y) regmine *AG*, regimine *cett.* z) ditione *A*, subdicione (c *in* t m^2) *B* a) crustu *codd. Corp. gloss. V 353, 3* crustu ornatu; *G. Goetz, Thes. gloss. I 290* 'nisi est pro cultu'; *an legendum:* crusta interdicta? b) statain (*an* statam: *ultimae duae litterae in ras., suprasc.* statura m^2) carnalis *B*

---

1) *Iudith 10, 3. 4 (versio antiqua Sabatier I 772):* Induit se vestem iocunditatis suae, qua vestiebatur in diebus viri sui Manasse, et accepit soleas in pedes suos et inposuit periscelides et dextralia et liliolum et annulos et inaures et omnia ornamenta sua et conposuit se nimis in rapinam virorum

2) *Nonnulla ex simili Hieronymi loco (ep. ad Eustochium ep. XXII 13) desumpsisse videtur; ipsum imitatus est Bonifatius Ep. Mer. I 355*

comatur et habitudo[a] corporea membratim ac particulatim perornetur. Nam cultus gemini sexus huiuscemodi constat subucula bissina[b], tonica[c] coccinea[d] sive[e] iacintina, capitium[f] et manicae sericis clavatae[g 1]; galliculae[h] rubricatis pellibus ambiuntur[i]; antiae frontis et temporum cincinni[k] calamistro[l] crispantur; pulla capitis velamina candidis et coloratis mafortibus[m 2] cedunt[n], quae vittarum[o] nexibus assutae[p] talotenus[q] prolixius dependunt. Ungues ritu falconum et[r] accipitrum seu certe adinstar cavanorum[s] acuuntur, quos[t] naturaliter ingenita edendi necessitas instigat obunca pedum fuscinula[u] et rapaci ungularum arpagine alites[v] et sorices[w] crudeliter insectando grassari[x]. Verum, ne forte propter publicatam[y] protervorum insolentiam et traductam indisciplinatorum arrogantiam, qui malunt neglegenter[z] dissimulari quam clementer increpari, obliqua livoris invidia crimi- nemur aut strofosae[a] suggillationis[b] ludibrio derogemur[c], huiuscemodi disputatio nequaquam ulterius proteletur, sed competenti clausula[d] maturius terminetur, ne, dum malagma[e] medicamenti[f] purulentis protervorum vulneribus quaerimus[g], rigida conviciorum flagra[h] virulentasque asperae invectionis mastigias ab aemulis truciter illatas experiamur! Et tamen non magnopere moveor[i], quamlibet adversus stipulatorem veritatis suatim[3] lives- cant[k] ac contra insectatorem tumentis[l] iactantiae graviter ingemescant[m], quia meliora sunt vulnera diligentis quam oscula odientis. Levius quippe[n] ferenda est livida devoti | vibex[o] amici quam adulatio fallax[p] inimici; unde proverbium dicitur G. 78

Prosper 88, 1 sq.

Lingua assentatrix[q] vitium peccantis acervat[r]
Et delectatum crimine laude ligat.

et infra

ibid. 5 sq.

Libera, inquit[s], sit potius vox correctoris amici
Serpere nec fibris[t] caeca venena sinat!

Quamobrem ab omnibus generaliter indulgentiae veniam non difficulter impetrandam[u] reor, quia neminem[v] specialiter sermonum[w] severitas castigando exacerbavit[x]. Nam passiva plurimorum generalitas[y] nequaquam iure lacerari[z] debet, ubi specialis singulorum[a]

---

a) & abitudo *AG*, ac habitudo *Giles* b) byssina *L*; **post* bissina *codd. habent* sive iacintina, *quod post* coccinea *posui cf. p. 316, 13* c) tonica *om. L* d) coccinea (cogcinea, c *supra* g, *A*, *supra* coccinea *man. alt.* et *L*, cocinea C^2) *codd.*; constat = habetur *vel* est *cf. e. g. p. 320, 4* e) seu BR^3 f) capitie R^5 g) clauatae *codd.*, clouatae *ABG (supra* o *man. rec.* a); *an legendum* clavata? h) galliculae AC^1G, & gallicolea (c *supra* g) *B*, calliculae C^2LOR^3 (ic *in ras.*), callicole (v *supra* o) R^5 i) anbiuntur C^2O k) cincini *G* l) calomistro *O* m) mafortibus *AG (supra* f *man. rec.* v) LOR^5, mauortibus C^2 (u *supra* f) R^3 n) caedunt GR^3 o) bittarum AG^1 p) adsutae *AG*, assutae *B (s ex* d), OR^3, adsuẗae C^2, mafors *pro feminino Aldh. usurpat* q) talotenus *AG; ante* talo *ras. in quo fuit & B* r) et accipitrum *LO*, et *om. AG Wharton et Giles* s) caluanorum *AG*, cauannorum *B (o in* a m^2) C^2, cauannarum LOR^3R^5, *A. Holder, Altcelt. Sprachschatz I 872; Corp. gloss. V 353, 39* t) quas R^3 u) *sic codd. et ed. pr.* v) alit///es *A* w) surices R^5 x) grassa . uerum *(suprasc.* ri) *A* y) publicatū *A* z) negegenter *(suprasc.* l) *A*, neclegenter *O* a) strofosae *A (*ae *ex* a) *B* b) suggillationis (sug m^1 *in ras.) O* c) terogemur *ABG* d) dausula *A* e) nedum maligma *Giles*, ne, dum *I. F. Gronov.* f) medicinamenti *(supra* cin m^2 c) *B* g) queprimus *A* h) frugra (l *supra* r *prius* m^1) *A* i) mag|nope remo ueor *A* k) libescant *AG* (u *supra* b *man. rec.)* l) ////tumentis *B* m) ingemescant *GL*, ingemescent *(supra* e *ult.* a m^2) *A*, ingemiscant *cett.* n) qp̄ *AG item infra* o) bibex *AG (suprasc.* u *man. rec.)*, liuida deuoti uibex amici *LO*, d. u. a. l. *AG* p) adolati (o *om.*) fallax *A*, adolati *(suprasc. man. rec.* u *et* o) *G*, adulatio (ul m^2 *in ras.) B* q) lingua sentatrix *AG (suprasc. man. rec.* seruatrix = *ed. pr.)*, assentatrix *O*, adsentatrix *cj. iam I. F. Gronov.* r) aceruat *codd.* = *Prosper.*, acerbat *Giles* s) Et infra libera inquit *e. q. s. codd.*, Et infra inquit Libera *Giles* t) ne fibris serpere *(suprasc. litteris* b, c, a) *B*, fi///bis *(suprasc.* r m^2) *A* u) impetrandā (a *ex* u) *B* v) neminum (e *supra* u) *A* w) sermonum *om. AG* x) exacerbauit (b *in ras.) B* y) generaliter (as *supra* er) *A* z) lacearis *(suprasc.* r m^2, s *expunctum)* debet *A*, laceraris debet *G* a) sigulorum *(suprasc.* n m^2) *B*

---

1) *Bonif. l. l.* illa ornamenta vestium — ut illis videtur, quod ab aliis turpitudo dicitur — latissimis clavis vermium marginibus clavata 2) *De* maforte *egit De la Cerda, Adversaria sacra cap. XXII 3* 3) suatim = suo more *cf. Goetz in Thes. gloss. II 302;* suotim *habet Willibaldus vita Bonifatii c. 5 p. 22*

proprietas culpari non valet; multum quippe genus et species hoc est generalitas et specialitas abinvicem differunt. Sed de intactae virginitatis gloria dicturi propemodum superflue de peplorum[a] amiculo rethoricamur, cum de pudicitiae[b] tantum praeconio remotis paulisper[c] reliquarum rerum[d] negotiis, prout gratuita[e] Dei gratia suppeditat[f], philosophari decrevimus.

Omne[g] etenim purae virginitatis privilegium potius in solo liberae mentis praesidio[h] servatur, quam in arto carnis clustello[i] continetur, et magis inflexibili ultroneae voluntatis arbitrio salubriter[k] tutatur, quam coacto corporis famulatu funditus[l] ad nihilum redigatur[m], unde Augustinus[n] Afer[o], Ypponae Regiensis[p] pontifex, eleganti[q] prosae sententia[r] pro- August. De civit. Dei I 18
mulgat dicens[1]: *Ita non amittitur*[s] *corporis sanctitas manente animi sanctitate etiam corpore oppresso, sicut amittitur*[s] *sanctitas*[t] *corporis violata animi puritate etiam corpore intacto,* quod Prosper per cola et commata mellitis versuum epigrammatibus[u] indulcavit[v] dicens:

Mens illaesa nihil violato in corpore perdit[w], Prosper epigr. 51
Invitam carnis vulnera non maculant;
Nec crimen facti recipit non mixta voluntas:
Velle magis facinus quam tolerare nocet.
Sic autem[x] ad cordis penetralia cuncta recurrunt,
Ut plerumque animus sit[y] sine carne[z] reus,
Cum, quod ab intacto[a] submotum est corpore, solus
Concipit et tectis motibus intus[b] agit[c]. |

G. 79 Denique praefatus[d] Punicorum[e] praesul *Virginitas,* inquit[f1], *carnis corpus intactum,* August. Enarr. in ps. CXLVII c. 19
virginitas animae fides incorrupta; item Prosper

Carnis, inquit[f], virginitas intacto corpore habetur, Prosper epigr. 76
Virginitas animi est intemerata fides,
Qua sine corporei nil[g] prodest cura pudoris;
Sed mentis pietas auget utrumque bonum.

LIX. IGITVR digesto[h] pulcherrimae[i] virginitatis libello licet mediocriter urbano[k] stilus[l] iam finem quaerit et dictandi tenor terminandus est[2], quia illustris contionator

---

a) pe̅plorum *A* b) pucitię *(suprasc.* rici *man. rec.) B* c) paulisper (per *add. m²) B* d) rerum *om. L* e) prout gra utta *A,* grauita *G* f) supedita *AG (*t *add. man. rec.),* suppe////ditat *(in ras. fuit* re*) B* g) *Ab* Omne *novum capitulum incipere videtur A, qui initialem maiusculam ponit, et B, qui* Omne — priuilegium *uncialibus scribit. Item L* h) praesidiae *G* i) clustello *(suprasc. man. rec.* castello*) G,* castello *ed. pr.* k) arbitrio lubriter *(suprasc.* sa*) A* l) funditus *om. A* m) redigitur *AG,* redigatur *cett.,* redigatur *(suprasc.* reuocetur *m²) O,* ad nichilum *(supra* c *et infra punctum)* redigitur *in ras. man. alt. G* n) agustinus *(suprasc. man. rec.* AV*) B,* agustinus *L* o) affer *R⁴* p) *ypone-regensis *AC¹C²GR² (in ras.) R⁴ (*y *in* hi *m¹,* ere *punctis sublatum) B,* ypponeregensis *LR⁵,* yponeregensys *O,* yponę regensis *R³S,* Hipponensis *ed. pr. cf. Cassianus contra Nestor. VII 27, 1* Augustinus, Hipponae Regiensis oppidi sacerdos q) elegante *A,* eliganti *(supra* i *prius* e*) BL,* r) sententiā *(suprasc.* peritia*) B,* peritia *OC¹R²R³R⁴S* s) āmittitur *A,* ammittitur *BG* t) sanctitas corporis *ALO,* c. s. *cett.* u) epigrum matibus *G* v) indulcauit *AGLO,* indulcauit *(*c *supra* d *man. rec.) B,* inculcauit *ed. pr.* w) p////dit *(in ras. fuit* di*) A* x) siautē *AG,* Sic enī *B,* Sic autem *L* y) animusit *(suprasc.* s*) O* z) carnæ *A* a) Cum quod intacta *(supra* a *m²* o*) B* b) int⁹ *(*9 *man. rec.) B* c) ait agit *G* d) privatus *ed. pr., pro* 'Privatus' — *sic etiam Wharton — I. F. Gronov.* praefatus e) pinicorum *(supra* i *prius* u*) A* f) Item prosper carnis inquid *AB* (inquit) *GO,* Item Prosper inquit Carnis *L Giles* g) nihil *ABGO* LVIII *OR².* *Hinc novum capitulum incipiunt codd.* QUOD UIRGIN̄. CASTIMONIA PLUS IN ARBITRIO MENTIS QUĀ CARNIS CONSISTAT *B* h) digeste *G.* digestae *ed. pr.* i) pulchro *(suprasc.* errimę*) B,* pulcherrime *G,* PVLERÆ *L* k) urbano mediocriter *B* l) stilos *(supra* o *m²* v*) A*

---

1) *Augustinus De civitate dei I 18* Absit hic error et hinc potius admoneamur ita non amitti corporis sanctitatem manente animi sanctitate etiam corpore oppresso, sicut amittitur et corporis sanctitas violata animi sanctitate etiam corpore intacto 2) *carm. 2762 sqq.*

Eccles. 3, 7 *Tempus*, inquit, *loquendi et*[a] *tempus tacendi*[b]. Non enim aliud[c] quodlibet munusculum plus ratum et gratum virginibus Christi[d] fore credideram, quam[e] ut pudicis pudicitiae praemia promerentur et mundis munditiae munera mitterentur[f]. Fateor[g] caritati[h] vestrae[1], quod hoc opusculum, licet constet[i] minusculum[k], pastoralis curae sarcina gravatus negotiorumque terrenorum[l] ponderibus oppressus ita perniciter, ut sategistis[m], dictare vobisque destinare nequiverim, quia securae quietis spatium et morosam dictandi intercapidinem scrupulosa[n] ecclesiastici regiminis sollicitudo denegabat et tumultuans saecularium strepitus obturbabat. Otium[2] namque clandistinae[o] quietis et remotio[p] secretae solitudinis[q] largam scribendi materiam dictantibus affatim conferunt, sicut econtrario verbosa garrulorum loquacitas et infesta saecularium[r] negotia, quae contemptibilibus[s]
I Corinth. 6, 4 ecclesiae apostolus dispensanda praecipit[t], violenter auferunt. Non enim ut[u] Origenes[u], inclitus Graecorum dedasculus[v], qui tertio ineunte aetatis lustro omnes propemodum philosophorum disciplinas, hoc est arithmeticam[w], geometricam, musicam[x], astronomiam, astrologiam et mechanicam, in pubertatis principio perfecte consummavit[3], dictandi[y] tenorem[z] notariis excipientibus et antiquariis describentibus[a] usurpare praesumpsimus[b].

His[c] ergo de causis epistolarum[d] vestrarum debita vicissitudo quasi quodam dilationis[e] obstaculo tricabatur, quae meorum foenus votorum[f] hactenus[g] infectum arguebant[h], praesertim, ut dixi, diversarum rerum distentionibus fessae mentis cervicem gravi[i] | fascis G. 80
sarcina[k] deprimentibus; hac[l] morosa tricatione evenit, ut pollicita codicelli[m] rescriptio tanto temporis intervallo protelaretur[n]. Rimosa namque fragilis ingenii barca[o] dirae tempestatis turbine quassata, licet laborante lacertorum[p] remigio, optatum silentii portum sero attigit[q]; sed tamen nostrae rusticitatis stipulatio superno Christi patrocinio freta fiducialiter confidit, quod nostrarum[r] carbasa antemnarum[4] prosperis ventorum flaminibus sinuata quasi inter Scillam[s] soloecismi[t] et barbarismi barathrum indisruptis[u] rudentibus

---

a) et *om. B* b) tempestacendi *G* c) Non enim non enim aliut *(alt.* non enim *del.) A*, aliut *(*t *in* d *man. rec.) B* d) xp̃e *(*e *in* i *m²) B* e) Qam *(suprasc.* v *man. alt.) A* f) miterentur *A*, p̃mia ꝑmerent̃ *et* & mundis munditię *in ras., ab eadem manu sine ras.* munera mitterentur *B* g) APOLOGETICA EXCUSATIO DILATI CODICELLI *ante* Fateor *B*, Fateor *(omisso* autem*) ABGL (*Fateor *maiuscula initiali)*, Fateor autem *O* h) caritati *codd.*, charitati *ed. pr.* i) constat *(*e *supra* a *m²) B* k) munusculum *B* l) terrænorum *G* m) satagistis *codd.*, sategistis *corr. m. s. XVI B, cf. Corp. gloss. V 330, 40* sategi festinaui, *in O suprasc. est:* desiderauistis n) scrupulosã *AG* o) *sic codd.* p) et remotio *BLO, om. AG,* et remotis *Giles* q) solicitudinis *O* r) saeculorum *AG*, secularia *(supra* a *m²* ũ*) B* s) temptabilibus *AG,* contẽptilib; *B,* contemptilibus *L,* contemtibilib; *O,* temptibilibus *ed. pr., I Corinth. 6, 4* contemptibiles qui sunt in ecclesia; tamen militibus *cj. I. F. Gronov., inmerito adhibens II Timoth. 2, 4* t) praecipit *(supra* i *prius* e *m²) B* u) Non ut *A* — originis *AG*, orienis *O* v) dedasculus *AG,* dedascualus *(*u *prius del.) B,* dicasculus *L,* didasculus *O* w) arethimedicam *AG* x) musucam *(*u *in* i*) B* y) dicandi *(suprasc.* t*) B* z) tene rem *(*e *del.,* o *suprasc.) A* a) et antiquariis describentibus *om. AG m² in marg. B,* antiq̃riis *L* b) p̃simus *(suprasc.* sũp*) A,* presumsimus *O* c) His *(*H *littera maiuscula colorata) L* d) epistularum *O* e) dilaciones *(suprasc.* i*) A* f) fotorum *AG (suprasc.* u *man. rec.)* g) actenus *(suprasc.* h *m²) O* h) arguebat *C²LO,* arguebaNt *A* i) ceruicem///////// graui *A* k) sareina *(*e *in* c, i *alt. suprasc. man. rec.) G* l) Hæc *(*H *littera maiuscula colorata) L,* hec *O* moro satricatio *O* m) codicelli rescr. *AGL,* euenit, ut pollicita codicelli deceptio *(subsc.* rescriptio*)* tanto *m² in marg. B,* codicellire scripsio *O,* cod. rescripsio *R²,* cod. descriptio *(suprasc.* re *m²) R⁴* n) protelaret *G* o) barac *G* p) lacertorem *(*e *del.,* u *suprasc.) A* q) adtigiss& *AG,* attigisset *BO,* attigit////// *(*t *in ras.) L, sed* set *ex dittographia ortum videtur,* adtigit *Giles* r) nostrorum *(*o *in* a *man. rec.) G* s) inter scilla *AG* t) soloecismi *(*e *m² in ras.) B,* solocismi *R²* u) indiscruptis *B*

---

1) *Lullus, Ep. Mer. I 38 204,* Fateor caritati vestrae. *ibid. 426, 18* Fateor caritati tuae — *epist. ad Acirc. p. 202, 8 sq.* praesertim inter tot tantosque saecularium rerum tumultuantes strepitus constitutum et ecclesiastica pastoralis curae sollicitudine depressum 2) *carm. 2778 sqq.* 3) *Hieronymus de viris illustr. c. LIV* omitto illud, de immortali ingenio eius non tacens, quod dialecticam, arithmeticam, musicam, grammaticam et rhetoricam omniumque philosophorum sectas .. didicit. *vide ad c. XXXV. De notariis et antiquariis cf. Wattenbach, Schriftwesen³ p. 423* 4) *carm. 2805 sqq.*

feliciter transfretaverint[1], scopulosas quoque labdacismi[a] collisiones[b] et myotacismi[c] voragines incautos quosque sine grammaticorum gubernaculo repertos ad erroris[d] naufragia truciter trudentes minime perhorruerint[e][2].

LX. PORRO quemammodum[f] intactae virginitatis gloriam rethoricis[g] relatibus favorabiliter venerari nitebar, sic itidentidem[h], si hoc carneum animae ergastulum[i] ante fatis, ut dicitur[k], crudescentibus cassabundum non obierit ac dura Parcarum quies et ferreus[l] leti[m] somnus palpebrarum convolatus[n] non tricaverit, heroicis exametrorum[o] versibus eiusdem praeconium pudicitiae[p] subtiliter comere Christo cooperante[q] conabor et, velut iactis iam rethoricis fundamentis et constructis[r] prosae parietibus[s], cum tegulis trochaicis[t] et dactilicis[u] metrorum imbricibus firmissimum[v] culmen caelesti confisus suffragio[w] imponam[x]. Verumtamen[y] promissum sequentis eulogiae munusculum non aliter me spopondisse mementote, ni torpens nostrae mediocritatis[z] ingenium, quod, quasi focus fulvis[a] favillarum cineribus coopertus[b], si non[c] fuerit sciscitandi[d] aut scribendi[e] fomite succensum, frigenti[f] tepore[g] tabescit[h], iteratis totidem epistolarum scriptis instigare dignemini, quod[i] praecedentem libelli textum nequaquam[k] lepida urbanitatis facundia digestum fidenter impetrare merebamini. Etenim frustra sequentis opusculi sarcina desudans laboriosis[l] oneribus[m] non[n] lassescere[o] nitar, nisi praecedentis scripturae stilum[p] vestrae sagacitati fore ratum[q] experiar, potissimum cum metrica leporis elegantia[r] et rethoricae
G. 81 disertitudinis[s] eloquentia | tantum altrinsecus[t] discrepent[u], quantum distat[v] dulcis sapa[w] a merulento temeto.

Hactenus[x] interea formosae virginitatis[3] speciem et venustum pudicitiae vultum componens diversis virtutum coloribus quasi fucorum[y] floribus depinxi[z], quemammodum

---

a) *laudacismi *AG*, lautacismi *BLR*^{2} b) conlisiones *ABLR*^{2}, conlisionis *(i ult. in* e *m*^{1}*) G* c) moytacismi *AGL*, moitacismi *(i primum in ras.) B*, motacismi *O*, mo///tacismi *R*^{2}, *M. Roger, L'enseignement p. 292, 7 proponit* iotacismi *vel* labdacismi *et* myotacismi d) ad erroris *(supra lin. man. alt.) A* e) perhorruerunt *ABG* LVIIII *OR*^{2}, *numerum titulumque om. C*^{1}. QUOM UIRGIÑ IN P̄SENTI LIBRO RETHORICIS UERBIS DIGESTŪ SIT · ITA IN FUTURO METRICIS *B* f) QUEMADMODŪ *O* g) rethoricis *sic codd.* h) itidenti · dē *A*, itidentidem *GO, Corp. gloss. IV 252, 40. 357, 44* iterum atque iterum itidentidem; itidem *C*^{1} i) ergastulum anime *B* k) dict^{9} *(ad* c *adsc.* i*) A* l) ferrei *R*^{5} m) loeti *codd.*, leti *(suprasc.* o*) C*^{1} n) conuolutus *G* o) heroicis exametrorum *(suprasc.* h *man. alt. B) codd.* p) eiusdē pudicitię preconiū *O* q) conoperante *AG (*n *prius del. man. rec.)* r) construtis *A* s) parietib; *in ras. O* t) trochacis *(suprasc. i) B* u) dactilis *(suprasc.* ci*) A*, dactilicis *(*i *primum in* y *m*^{2}*) BL* v) fimissimus *A*, firmissimus *G* w) confisus /////// suffragio *(in ras. fuit* suffr*) A*, confisis *(*confisus *man. rec.) G* x) inponam *AC*^{1}*GLO* y) uerūptaṁ *(*p *del.) B* z) miodiocritatis *A* a) focis fuluis *G* b) coopertis *G* c) si non *(supra lin. m*^{2}*) C*^{1} d) sciscitandandi *AG* (dan *del.*), sciscitandi *(*scisci *in ras.) C*^{1} e) sciendi *(suprasc.* r *et* b*) A*, scribændi *G* f) frigente *(alt.* e *in* i*) B* g) tepore *ABC*^{1}*L*, tēpore *G*, te////pore *O*, tempore *Giles* h) tabscit *(suprasc.* e*) B* i) *sic codd.* k) nequaquam *AC*^{1}*GLO*, nequaqua *(*ua *m*^{2}*) B*, nequaque *Giles* l) laborosis *G* m) honeribus *B (*h *del.) C*^{1} n) *non *om. codd. edd. cf. c. XVIII* qui nunc pro uirginitate seruanda nequaquam lassescere videbitur o) lasescere *AB (alt.* s *add. m*^{2}*) L*, lases cerenitar *G*, lassescere *OC*^{1}, lacessere *Giles* p) stilum *AL*, stylum *cett.* q) ratum *codd.*, gratum *Giles* r) eligantia *A (*i *paene evanido) G* s) rethoricae dissertidunis *ABG*, rethoricae disertitudinis *C*^{1}*L (sed ras. ante* s*)* t) atrinsecus *(suprasc.* altrinsecus*) B* u) discepent *(suprasc.* r *m*^{1}*) R*^{1} v) discrepat ī distat *(m*^{2} *supra lin.) O*, distat *(supra lin. m*^{2}*) R*^{1} w) dulcis sapa *BC*^{1}*O*, dulcisapa *AGL*, dulcis apa *ed. pr.* x) Actenus *(*A *initialis colorata) L* CAP. XXX EPILOGUS *man. saec. XVI*, Caput 21 Epilogus *man. saec. XVII adscriptum in codice Bruxellensi 4164 B* y) focorum *(*o *prius in* u*) C*^{1} z) depincxi *O*

---

1) *Ceolfrid apud Bedam h. e. V 21 (p. 338 Pl.)* veluti naufragia Scyllae fugientes, in Charybdi voraginem submergendi decidunt. *De barbarismo et soloecismo, bonae Latinitatis* uechris, *monent etiam Hisperica famina c. 5, de quo loco videndus est Stowasseri commentarius Archiv f. lat. Lexicogr. III 170 sqq.* 2) *De* labdacismo *et* myotacismo *vide Diomedem Gr. L. I 453 K et Pompeium ibid. V p. 286 sq. Isidorus Origg. I 32, 6* Metacismus est, quotiens m litteram vocalis sequitur ut bonum aurum .. *7.* Labdacismus est, si pro uno l duo pronuncientur, ut afri faciunt sicut colloquium pro conloquium, vel quotiens unum exilius, duo largius proferimus 3) *cf. LI p. 308 n. 2.*

solent nobilium[a] artifices imaginum[b] et regalium personarum pictores deauratis petalis[c] toracidas[d 1] ornare et pulcherrima[e] membrorum liniamenta[f] fabrefactis cultibus[g] decorare, cum tamen idem opifices plerumque turpi natura corporis deformes et contemptibiles existant, magisque iconisma[h] regale compto stemmate[i] depictum laudatur, quam dispicabilis[k] persona pictoris veneratur; qua de re sedis apostolicae praesulem reor dixisse:

Gregor. regula pastor. 4 s. f. (ed. Maurin. II 102) *Pulchrum depinxi*[l] *hominem pictor foedus aliosque*[m] *ad perfectionis litus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus versor.*

Heia[n], Christi[o] tirunculae[2], sit mihi praesentis opusculi[p] rata recompensatio[q] vestrarum[r] precum[s] frequens[t] collata vicissitudo meique[u] sudoris et laboris[v 3] fiat fulcimentum vestrae intercessionis adiumentum, ut, qui propria meritorum qualitate et fidei fragilitate[w] tremibundus[x] ac nutabundus[y] vacillare[z] videor, robustissima patrociniorum vestrorum[a] columna[b] fretus feliciter[c] ac firmiter[d] fulciri merear, et, quem gravi facinorum et flagitiorum sarcina triste[e] piaculi pondus deprimit, vestrorum potens[f] meritorum suffragium benigna pietate[g] clementer sustentet, quatenus[h] in sancta synaxi[i], cum veneranda monasticae classis caterva universitatis creatori[k] medullata[l] orationum holocaustomata flexis poplitibus concorditer obtulerit[m], meae contemptibilis personae, iuxta quod vestra vota devota spoponderunt, reminisci dignetur, ut et nostra vobis supplicantibus[n] iuxta psalmi-

ps. 140, 2 grafi sententiam oratio dirigatur[o], sicut incensum[p] in conspectu[q] divinae maiestatis turificatur[r], quod porrectarum elevationi manuum simulatur[s] et sacrificio serotino aequiperatur! Unde sacra materterae[t] domini soboles, primus Heliae[u] pontifex[v], cum evangelii

Iacobi ep. 5, 16 splendor auroresceret[w] et iubar[x] lucis aeternae rutilaret, *Orate*, inquit, *proinvicem, ut salvemini* et infra extemplo subdidit: *Multum valet | deprecatio iusti assidua*[y]. Siquidem[z] G. 82 oppido frequens oratio quasi arx[a] editissima et inextricabile propugnaculum contra venenatas[b] aemulorum[c] ansatas[4] fore creditur, orantem pro nobis beatitudinem vestram

---

a) nobilium solent *B* b) imagium *(suprasc.* n m^2*)* R^1 c) p&allis *AG* d) toracidas *ABG*, toraciclas *LO*, toraciclas *(suprasc.* h*)* C^1 e) pulcrerrima *(infra* r *punctum, supra* h*) A* f) *sic ABC*^{1}*GL* g) uultibus *codd.*, fabre factis uultibus (ctis u *in ras.) G* h) iconis////a (m *supra* a*) A*, iconis≡ma C^1 i) stemate C^1 k) dispicabilis *AG*, despicabilis *(e ex* i m^2*, suprasc.* conēmptibilis*) B* l) depincxi *(c del.) B* m) alios quidē C^1O n) *pro* Heia *ed. pr.* Hora, *pro quo* Meursius *cj.* Orate, Heia *(*H *initialis colorata) L*, Eia C^1O o) xp̄e *G* p) opisculi *B* q) reconpensatio AC^1GLO r) uestra *(suprasc.* ꝕ*) A* s) præcum C^1G t) frequiens *(i del.) B* u) mei *(*q; *add. supra lin.* m^1*) O* v) sudoris et laboris *codd.*, laboris et sudoris *Giles* w) fragilitate *(*l *supra* r*) A*, fidei fragilitate C^1 *in marg.* x) tremebundus *B* y) ac nutabundus *om. O* z) uacillare *(*a *prius in ras.) A, ante* uideor *ras. in A* a) uroꝛ *supra lin.* C^1 b) columpna *B (*p *del.) C*^{1}, calumna *AG (*a *in* o *man. rec.)* c) feliter *(suprasc.* ci*) A* d) afirmiter *(suprasc.* c *man. rec.) B* e) tristæ C^1 f) potens *(*s *ex* t*) A* g) pietate *supra lin.* C^1 h) quatinus *LO*, quati////nus C^1 i) sinaxi C^1, synaxi *cett.* k) creatore *(*i *supra* e*) B* l) medulata *AG* m) optulerit *O* n) subplicantibus C^1 o) dirigatur oratio OC^1 p) incensū *(*m^2 *supra lin.) B* q) conspectutu *G* r) turicatur *(suprasc.* fi*) A* s) similatur C^1 t) materterę | rę *(alt.* re *punctis del.) O* u) *In* C^1 *supra* helię *scriptum* ierusalem ·/. iacob. — Heliæ id est Ierusalem *Glossarium Cod. Cotton. Cleop. saec. XI ed. Wright-Wülcker I 515, 36 cf. etiam Tabula Peutingeriana:* antea dicta Hierusalem modo helya capitolina v) pontifex *(supra lin.* m^1*) A* w) aurorescet *(sic, supra lin.* m^1*) A, in textu G*, auro rescer& *O* x) Inbar *G* y) assidua *BL*, adsidue *A*, adsiduæ *G* z) iquidem *(om.* S*) L* a) arx *(suprasc.* c*) R*^{1} b) uenenatas *(*a m^2 *ex* u*) B*, uenenatis *(suprasc.* a*)* C^1, uenatas *G* c) ////ęmulorū *(sicilicus* m^2*) B*, emularum *G* = *ed. pr. Giles*

---

1) *De* toracidis *cf. ad carm. rhythm. II 174* 2) *Epist. ad Acirc. p. 75, 12* Heia, praestantissime et amantissime fili mi, *Ep. Mer. I 425, 26* Vale Christo virguncula, Christi nempe tiruncula. *supra c. XLIX* praefata Christi tiruncula. *c. XI* virginibus Christi et tirunculis ecclesiae. *carm. 2121* tiruncula Christi Floruit Eustochium 3) *Epist. ad Acirc. p. 203, 3 et 4* difficillima sudoris et laboris industria *et* sine sudoris et laboris contritione 4) *Epist. ad Acirc. p. 201, 23 sqq.* imploro, ut hoc opusculum .. contra omnes aemulorum catapultas et venenata garrulorum iacula — protegere digneris

alma trinitas, una deitatis substantia et trina personarum subsistentia[a 1], totius mundi monarchiam gubernans ab alto caeli culmine iugiter tueri[b] dignetur!

Valete[c], o flores ecclesiae[2], sorores monasticae[d], alumnae scolasticae, Christi margaretae, paradisi[e] gemmae[f] et caelestis patriae participes[g]! AMEN[h].

---

a) subsistentia (e *ex* a) *B*, et trina personarum *ante* totius *repetitum et deletum B; in* C^1 *haec verba in marg. a* m^2 *scripta leguntur* b) iugitetueri (*suprasc.* r) *A* c) ualet eo *G* d) m///nastice (*sicilicus* m^3) *O* e) paradisi *BL*, paradisæ *G* f) geminę *B* g) patriae parciceps (i *supra* e *et* e *add.*) R^5 h) AMHN *AG*, Amen *B*, Amen *om.* $C^1HLO[R^2]R^3R^5S$. *Sequitur in AG continuo:* Te lacrimis labefacta domus *etc.* = *Prudent. in Eulaliam* = *Perist. III 105—158. His versibus in G subscriptum est* AMEN *et alia rursus manu* AMEN uuolfganc. *Vocabula inde a* Valete *in* OSR^2 *decrescentibus versibus in trigoni figuram dispositis sunt scripta.* EXPLICIT LIBER ALDEL|MI EPI DE UIRGINITATE R^5

---

1) *Epist. ad Geruntium p. 88, 7 G* Sanctae Trinitatis unam essentiam unamque substantiam et trinam personarum subsistentiam corde credulo confiteor *cf. carm. v. 38 sq.* Est namque in Deitate manens substantia simplex, In Deitate manet quoque subsistentia triplex. *cf. etiam Incerti librum contra Eutychem et Nestorium* = *Boetii Philos. consol. ed R. Peiper (Lipsiae 1871) tractatus V 3* 2) *Ep. Mer. I 356, 19* Valete, o flores aecclesiae, et orate pro nobis et pro vobis, ut pax Christi maneat in nobis. Amen.



CODEX MUS. BRIT. REGIUS 15 A XVI fol. 60a



CODEX LAMBETHANUS 200 fol. 68b

ALDHELMVS

DE VIRGINITATE.

II.

CARMEN.

PRAEFATIO.

Quod sub finem prosae de virginitate pollicitus erat sanctimonialibus Bercingensibus Aldhelmus, si opusculum ipsum illis placuisset, se idem argumentum hexametris versibus esse repetiturum, hoc brevi post perfecit; quod vero v. 2200 dicit, ad prosae c. L lectores relegans, se virginum Chioniae, Irenis, Agapae 'per prosam descripsisse nomina dudum', hoc non refragatur; nam apud Aldhelmum 'dudum' idem esse ac 'modo, supra' iam ad carm. eccles. II 33 adnotavimus. Atque ut consentaneum erat, artissima cum prosa necessitudine coniunctum est carmen, nec tamen ita, ut quaecumque prosa ante exposuerat, iam nullo discrimine transferret in versus; maximeque differunt inter se prologus prosae carminisque et epilogus.

*Atque in prooemio quidem (v. 1—247) ea re maxime distat carmen ab opusculo priore, quod omissa omnino apium comparatione relegataque ad finem explicatione de octo principalibus vitiis post Christi invocationem et metri descriptionem sola capitulorum noni et undecimi sententias ipsis virginum exemplis praemittit easque fusius in versuum contextum transcribit ne eis quidem ita utens, ut non proprio quodam sensu ac consilio ea, quae illic dicta erant, exornet; veluti, ut ad ipsum argumentum facilius aditus sibi pateat, 'triplicem generis humani distantiam' (c. XIX) inverso ordine enumerat et describit (v. 84 — 128), et post hanc demum enumerationem comparationes addit ex capite octavo desumptas, sed has quoque aliquatenus inflexas, interposita virginitatis laude; apponam singula: v. 84 = c. XIX p. 248, 11; v. 87 = p. 249, 3 (*lege tororum *cf. c. VIII p. 235, 23); v. 91 = p. 249, 1; v. 101 = p. 247, 3. 246, 20. 234, 10; v. 108 = p. 230, 2; v. 110 — 128 = c. XIX p. 249, 7 sqq. (v. 187 = p. 236, 16); v. 201 — 247 = c. IX: v. 205 sq. = p. 236, 13. 237, 4; v. 214 = p. 237, 5; v. 222 sqq. = p. 237, 7; v. 221 sqq. = p. 237, 10 sqq., 16; v. 236 = p. 237, 17; v. 244 c. VIII = p. 236, 2 sqq. Etiam gravior ac clarior differentia cernitur in epilogo, ubi, quae breviter tetigit in prologo prosae de vitiis principalibus, Cassiani, quem iam in prosa laudaverat, vestigia premens versibus plus trecentis explicavit. Ita accidit, ut maior epilogi prosaici pars in carmine excideret et extrema tantum denuo propius ad carmen accederent; ex prosae enim degressione peculiaris carminis pars facta est.*

Accuratissime autem in ipsis virginum exemplis i. e. in proprio carminis argumento tractando (v. 248 — 2445) argumentum capitum prosae XX — LII repetens tam in rebus ipsis quam in ordine se ipsum secutus est, quamquam etiam in his suo arbitratu alia contraxit, alia amplificavit, nonnulla addidit, nonnulla omisit, quae omnia attuli in adnotationibus; maxime hoc in genere, ut non dicam de eis, quae de Enoch et de deis antiquis pro simulacris suis frustra propugnantibus inseruit, memoranda sunt, quae in carmine pro Malcho omisso (c. XXXI) nova leguntur de Gervasio et Protasio (v. 881 — 894) et in fine partis prioris de S. Hieronymo, quae, utpote ad virum praeclarissimum pertinentia ideoque in tali enumeratione paene necessaria, in causa videntur fuisse, cur is, qui capi-

tulorum prosae enumerationem exaravit, etiam in prosa unum capitulum, quod tamen in prosa ipsa non exstabat, huic destinatum fuisse existimaret.

Sed si carmen per se spectatur, hoc utique constat, omnia inter se in eo bene cohaerere et unum efficere corpus non minus quam in prosa, ita ut appareat auctoris sententiam non esse adsecutum Canisium Sangallensis auctoritate fretum eosque, qui in rem ipsi non inquirentes exemplo eius commoti ultimam carminis partem pro singulari operis parte vel pro peculiari opere segregandam edendamque esse putabant, nihilique aestimandam esse eorum librorum auctoritatem, qui titulum proprium parti huic adscripserunt (cf. Progr. Gothanum 1904 p. 2 sqq.). Nam ut enumerationem virginum prosae dispositione repetita bipartito mares feminasque separans absolvit (cf. v. 1653 et c. XL), ita in ea se non continuit, sed tertiam (cf. v. 2458) addidit prioribus duabus aequantem; nec discerpenda sunt aut secernenda, quae auctor ipse consulto et aperte colligavit. Neque dubitari potest de consilio poetae, cum expressis verbis addiderit v. 2861 sqq.

Cum sit digestus sanctorum sexus uterque,
Alta supernorum qui scandunt arva polorum,
Octenusque simul peccati calculus atri
Expositus gracili verborum clave patenter,
Quem Deus a nostri detrudat pectoris antro
Et procul in furvas emigret luce latebras,

itemque expressis verbis et prosam et carmen libellum unum et peculiarem effecisse dixerit in eis, quae sequuntur

Nunc in fine precor prosam metrumque legentes,
Hoc opus ut cuncti rimentur mente benigna,
Quod geminum constat discretis forte libellis.

Aut igitur tres distinguendi erant carminis libri[1], *quod tamen vetant libri vetustissimi nullam omnino divisionem agnoscentes, aut horum auctoritate et ipsius auctoris testimonio unum retinendum est et individuum; codicumque posteriorum hic non plus tribuendum est inscriptionibus quam ei, quae ante prosae caput XII legitur in AG* De principalibus vitiis, *unde novum librum incipiendum esse nemodum sibi persuasit nec, credo, sibi persuadebit; ipsum autem Aldhelmum, quantum in eo fuerit, satis cavisse concedendum est, ne talis, qualis obsedit editiones, error oreretur.*

Quod autem in fine ipso 'prosam metrumque' pro uno opere pariter lectorum benivolentiae commendat, hoc summam utriusque libri respiciens suo iure facere potuit, praesertim cum carmen propter prosam (cf. v. 19 sqq.) scriptum atque in prosa iam indicatum sit (c. LX) et utrumque opus ad eundem sanctimonialium conventum sit missum.

Laudes virginitatis 'versu prosaque' *iam tribus fere saeculis ante Aldhelmum Damasum papam celebrasse Hieronymus (epist. ad Eustoch. § 22) testis est, sed ille quomodo eas scripserit, utrum idem argumentum totum dupliciter tractarit an partem versu, partem pedestri oratione composuerit, denique num Aldhelmus noverit omnino, quae edidit Damasus, nescitur; rectissime autem iam Beda duplicem, qua Aldhelmus insignis exstitit, argumenti eiusdem tractationem cum Sedulii comparavit opere, cum (hist. eccles. V 18)*

---

1) *Sunt libri, qui talem divisionem significent, veluti Oxonienses Bodleianus et Wintoniensis, Gantensis, Cantabrigiensis cf. ad v. 1653 et v. 2445; quod in Turicensi extrema pars* liber III de octo principalibus vitiis *inscribitur, indidem est declarandum. Tres libros etiam editio princeps habet. Lelandus autem (Comment. de scriptoribus Brit., Oxonii 1709 I 100) tres Aldhelmi libros ita digerit, ut prosam et carmen de virginitate pro duobus numeret, tertium adiungat* de Pugna vitiorum *secutus Willelmum Malmesburiensem, qui Gesta pontif. V 196 haec habet:* Est et liber eius 'De Virginum laude' rhetorico compactus lepore; in quo virginitatis gloriam prius praedicat et postea non difficilem esse per sanctorum celibatum exemplificat. Eiusdem materiae versibus heroicis fecit alterum, cui adiunxit tertium aeque versificum De pugna .VIII^to. principalium Vitiorum.

dicit: 'Scripsit et de virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere et versibus exametris et prosa conposuit', *quamvis errarit in ordine chronologico, cum Sedulius carmen Macedonio demum presbitero monente in rhetoricum sermonem transtulerit, non prosam in versus, ut Aldhelmus. Attamen duplex apud utrumque constat tractatio eumque morem inde ab Aldhelmi tempore etiam apud alios invaluisse, non solum eis, quae L. Traube PlaC III 371 ad locum ex Hrabani Mauri praefatione de laudibus S. Crucis desumptum attulit, sed etiam Bedae vita Cuthperti, quae prius heroicis versibus, deinde prosa oratione est conscripta (cf. Plummer ad Bedam I p. CXLVII), et Alcuini Wilibrordi primum prosa — ut Aldhelmi tractatus —, deinde versibus exarata demonstratur, nec non conferri possunt Sedulii Scotti praecepta de christiana vita, quorum capitula singula Boethii exemplar secutus Sedulius versibus concepta repetivit, Heiricique vita S. Germani, in qua Heiricus Constantii prosam — ut ante eum Prosper locos selectos Augustini — in versus redegit cf. L. Traube PlaC III 423, 2.*

Sed quamquam artissima prosa et carmen necessitudine ac vicissitudine sunt conexa isque conexus non effugit aequales, tamen in nullo omnino codice opera ipsa duo coniuncta leguntur, quemadmodum non leguntur coniuncta carmen Sedulii et prosa, ac propter ipsam prologi et epilogi differentiam fieri non potuit, quod lubentissime fecissem, ut tota opera iuxta posita typis repraesentarentur, quamvis ad textum alterius et intellegendum et constituendum alterius textus plurimum conferat, ita ut sufficere oportuerit notare locos inter se similes. Nec tamen adeo componi utrumque opus non potuisse dolendum est, quoniam ipse carminis textus in codicibus manuscriptis tam egregie est traditus, ut raro ad externa subsidia sit refugiendum.

Principem autem inter carminis Aldhelmiani codices facile obtinet locum codex Gothanus I 75 (= A), qui codex saeculo p. Ch. n. octavo medio scriptura insulari exaratus ab ipsa scriptoris aetate haud multum distat. Fuit olim Murbacensis; Murbacense autem monasterium conditum est anno 727 a Pirminio ex Augiensi monasterio, quod tribus annis ante condiderat, eiecto cf. Hauck, Kirchengesch. Deutschlands I² 337 sq. Pirminius vero quin Anglosaxonica stirpe fuerit oriundus, etsi Hrabani titulus sepulcralis (PlaC II 224) non expressis verbis (Deseruit patriam, gentem simul atque propinquos Ac peregrina petens aethera promeruit. Gentem hic Francorum quaesivit) *declarat, tamen dubitari vix potest (cf. Hauck l. l. p. 336, 1) Scottosque fuisse primos Murbaci monachos vel inde apparere videtur, quod monasterium illud* vivarius peregrinorum *vocatum est cf. Holder-Egger ad M. G. SS. XV 1, 26, 4; nil igitur mirum, quod ut Augiae (cf. Becker, Catal. ant. p. 11 n. 6), ita Murbaci Aldhelmi memoria vigebat. Codicem autem ex libro, qui ipse quoque anglosaxonicis litteris erat scriptus, manasse librarii erroribus* n *et* r, p *et* f *inter se saepius commutantis probatur, nec temporum ratio prohibet, ne ipsum vel archetypum eius a Pirminio eiusve sodalibus vel ab Anglosaxone vel Scotto aliquo post eos ex Anglia adveniente apportatum esse putemus, sed propter artam, quam inter eum et Sangallenses infra probabitur intercedere, similitudinem verisimilius fit, eum in continenti ex eodem, ad quem illi referendi sunt, esse descriptum.*

De codice pretiosissimo, quem a Maugerardio anno 1795 Ernestus dux eius nominis alter Gothano-Altenburgensis cum aliis pretiosissimis emit, conferenda sunt, quae a B. Kruschio in N. A. IX 271 et a me in Abh. der Bayr. Akad. d. Wiss. Cl. III vol. XXII, II 353 sqq. et a J. Huemero in praefatione Sedulii p. VII sqq. sunt exposita. Continet codex (i. e. codicis Gothani I 75 folia 23—69) quaterniones quinque et ternionem unum; primum folium primo fuit vacuum, ultimum ternionis ultimi ipsum quoque olim vacuum nunc deest. Signatae fuerunt singulae eius partes litteris a—e; in fine eisdem praeter ultimum saec. XV. adscripti sunt numeri arabici 4—8, cum in primis earundem partium paginis legantur numeri 4—9; paginae, nunc 24, 5 centimetros altae, 16 cent. latae, olim aliquanto fuerunt maiores, sed cum ceteris, quae nunc eadem tectura sunt colligata, aequarentur,

i. e. saec. XVII, sunt circumcisae, ita ut saepissime aliquot litterae lineas incipientes vel claudentes perierint. Saeculo iam decimo cum codice Sedulii nunc ab initio mutilo (= codicis Gothani I 75 folia 1—22; singulae codicis huius partes numeris 1—3 sunt notatae) Aldhelmi codicem esse coniunctum ea demonstrant, quae saeculo illo in folio Aldhelmi primo et in folio duplici, quod post illud primo quaternioni insertum est, leguntur. In extremis foliis Seduliani codicis, ut etiam hoc addam, duo leguntur hymni (cf. etiam Brit. Mus. Reg. 2 A XX) Merowingica scriptura saec. IX exarati (⟨A⟩ltus auctor omnium *et* ⟨Arius⟩ et Sabellius ⟨he⟩retici inpudici), *quos editurus descripsit Blumius.*

Fol. 23ᵃ (i. e. in pagina codicis Aldhelmiani prima) nunc exstat IMNVS A SCŌ ELARIO PICTAV̄ EPŌ (hymnum dicat turba fratrum — te leonum legimus), *deinde* Versus Bellesarii scolastici, *per acrostichum et telestichum* SEDVLIVS ANTISTES *exhibentes cf. Anthol. Lat. ed. Riese II² n. 492, tum iterum scriptura simili ei, qualis in diplomatis usurpatur, exarati* Versus Hilarii, *quibus addita sunt haec:* xpe ds n̄r benedic convivia mensae | Quaeque tuis servis mitissime dona ⟨dedisti⟩ | Per te sint benedicta quidem tu largis ut almus, *suprasc.* ł lagitur almis; *sequitur* N *rubrum. Paginae 23ᵇ—25ᵃ continent Sedulii hymnum* Cantemus socii — Cum scō spū gloria magna patri = *Sedulii opp. ed. J. Huemer p. 155—162; versui ultimo subscriptum est* FINIT; *in sequenti linea legitur* INCIPIT LIBER ALDHELMI EPĪ GRAMMATICI DE VIRGIN . . . . , *quem titulum excipit praefatio carminis Aldhelmiani, quae legitur usque ad fol. 25ᵇ medium, reliqua pars folii vacua est; haec omnia, manu saeculi decimi scripta esse iam supra dixi. Nunc demum fol. 26ᵃ incipit Aldhelmus ipse saec. VIII scriptura insulari a manibus quatuor exaratus, quarum prima scripsit fol. 26ᵃ·ᵇ (23 lineae stilo ductae, singuli versus punctis apicibusque, quorum numerus deinceps crescit, conclusi sunt) et 27ᵃ 27ᵇ med.; altera manus scripsit 27ᵇ med. usque ad 34ᵇ med. (lineae 34. 33. 32 stilo ductae), tertia 34ᵇ med. usque ad f. 43ᵇ, quarta, quae iam fol. 29 in textu cernitur, inde a f. 44ᵃ usque ad finem. Priores duae litteris utuntur minusculis quae dicuntur, tertia scriptura semiunciali, quarta a semiunciali non multum discedente, sed non tam eleganti. Post carmen verba quaedam sunt adscribillata* (tres digiti — *voluisse videtur librarius* tres digiti scribunt *e. q. s. cf. codices prosae Reg. 6 A VI (R³) cf. p. 222 et Harl. 3013, et Traube ad PlaC III 685 — et* frater fratrem, imanes; *in pagina aversa scriptura saeculi decimi legitur* Rex humilis xps suspensus crimine nullo *e. q. s., infra quos versus primum repetuntur primi versus duo eidem, tum carmen totum de ventis, quod editum est in Anthol. Lat. II² n. 484.*

Correcturas in carmine adscripserunt partim manus duae aequales, partim prima ipsa, partim quarta quaedam saec. X cf. e. g. 172. 480. 486. 2775. 2897, quae codice simili ei, ex quo Bruxellensis et Parisinus 16700 fluxerunt, usa esse coarguitur eo, quod (cf. infra p. 341) versuum 2060. 2061 initia ad versum 1979 adscripsit; pleraque, velut transpositiones versuum et omissiones, librarius ipse codicis A emendavit. Neque titulum codex ipse habet neque artificiosis initialibus est decoratus: hae simplicibus punctis — tertia manus haec coloribus adpinxit —, sunt circumdatae, neque singulae partes nominibus vel numeris additis separantur; partem De vitiis principalibus *linea tantum vacua a prioribus seiungit. Textum si non omnibus sordibus carentem, at eis tamen vitiis liberum exhibet, quae grammaticorum cura intulit ad grammaticae et metricae artis regulas et ad veterum dictionem omnia redigentium.*

Priusquam autem ad codices pergam eandem, ex qua Murbacensis fluxit, originem prae se ferentes, paucis absolvendum est de codice eo, qui aetate proxime ad Murbacensem accedit, i. e. Petropolitano F XIV, 1 (= R) saec. VIII/IX scripto, de cuius origine si constaret Traubii coniectura, unum haberemus codicem, qui ad fontem ab Aldhelmo ipso patefactum rediret; verisimile enim reddere conatus est Traubius, fuisse eum olim monasterii Centulensis S. Richarii, quo ex Perronensi monasterio litterae ac libri commeassent, inde Corbeiam esse tralatum; hinc ad S. Germanum venisse, inde per Petrum Dubrows-

kium Petropolin constat. Egerunt de codice celeberrimo G. Rossi, Insc. Christianae Urbis Romae II 1, 72 sqq., Fr. Leo in praefatione Fortunati p. XXVII, K. Gillert N. A. V 225 sqq., L. Traube, O Roma nobilis p. 326 (Abh. der philos. philol. Cl. der Bayer. Akad. d. Wiss. vol. XIX, II p. 297 sqq.), Perrona Scottorum (Sitzungsber. der philos., philol. u. hist. Cl. der Bayer. Akad. d. Wiss. 1900, IV) p. 493, A. Maleyn, De aenigm. Aldhelmi p. 155 sqq.; exempla scripturae praebent Mabillon, Traité diplom. VI 640, 1 n. 783, de re diplom. 352. 353, 1. Steffens, Lat. Pal. I tab. 30, 2. Arndt - Tangl I tab. VI.

*Sed ante omnia videndum est de eius origine; qua in quaestione cum in altero codice Petropolitano Q I 15 praesto non sit carmen de virginitate, confugiendum est ad aenigmata. Leguntur enim in R fol. 132[a] med. — 138[b] praefatio Aldhelmi in aenigmata et ex centum aenigmatibus ipsis quinquaginta unum: 2—12. 14—16. 18—22. 24—29. 31. 32. 36. 39. 42. 44. 46. 48. 55. 53. 52. 50. 51. 57—59. 63—65. 72. 76—79. 81. 60; interpositis inter praefationem et aenigmata, ut inter carminis excerpta versus Ambrosiani interpositi sunt, versibus duodecim eis, quos edidi in Festschrift für A. von Bamberg p. 25 (*In rebus tantis trina coniunctio mundi *e. q. s.): addo hic, eosdem exstare post Prosperi epigrammata in codice Parisino 2773 saec. XI et legi etiam inter Pseudodamasiana = Damasi epigr. (ed. M. Ihm) n. 64. 65.*

Aenigmata autem Petropolitani F XIV 1 num descripta sint ex codice Petropolitano Q I n. 15 olim Corbeiensi, qui textus recensionem exhibet plane egregiam, quaerenti loci hi viam monstrabunt: praefationis versus 26—28 desunt in R; legit: aenigm. 4, 2 frontemque meam (frontem faciemque) *6, 4* cumulatus (redundans *Petrop. I m[1]) 12, 2* replentur (redundant) *14, 1* Pulcher et excellens (Sum namque excellens) *18, 2* rescindere (resistere) *29, 3* exilis mox tanta gestamina (mox *om. Petrop. I) 42, 3* Nam summa (Summa dum) *48, 6* Quod pedibus, quod pennis summa per aetera tranat (Quod pedibus pergat, quod pennis ethera tranet) *52, 7* extinguo (repello) *53, 2* Sed de famoso (Esseda famoso) *5* Hoc dono (hac gaza) *9* fundo — nigro (manibus nigris) *55, 2* in limina (nec limina) *9* nec traps surgit (nec trabis.: surgunt) *60, 3* arcifer (arcister) *81, 1* senis (semper). *Parum igitur recte ex hisce apparet L. Traubium, Perrona p. 493 posuisse, aenigmata in Petropolitano F XIV 1 ex Petropolitano Q I 15 esse desumpta, sed hoc constat eum foedissime esse interpolatum: ergo concidit, quod sagacissime et speciosissime vir egregius suspicatus erat, etiam hunc codicem R referendum esse ad exemplar Perronense, quod Cellanum, abbatem monasterii Perronensis, ab Aldhelmo ipso accepisse epistulae Cellani et Aldhelmi demonstrare videntur et ex quo Perronae descriptum esse Petropolitanum Q I 15 postea Corbeiam tralatum Traubium suo sibi iure persuasisse arbitror. Si autem ne aenigmata quidem Petropolitani F XIV e fonte tam singulari fluxerunt, omnis deest causa, cur, quae excerpta sunt ex carmine, ad codicem tam praeclari nominis referamus et omnem carminis Aldhelmiani in continenti notitiam a Perrona repetendam esse putemus vel inde eam primum per continentem esse divulgatam. At licet hoc sit concedendum, non minus tamen constat, in monasterio Centulensi iam mature (a. 831) opera Aldhelmi esse adservata (cf. Becker, Catal. antiqui n. 28 (n. 187 sciens omitto), quamquam nec in Milonis collectaneis nec in ceteris carminibus Centulensibus eorum deprehenduntur vestigia. Codicis igitur R archetypus codex aliquis Centulensis videtur fuisse, qui, quamvis antiquus, aut ipse iam misere corruptus erat aut ab excerptore misere est depravatus.*

Quae autem continet R praeter Aldhelmiana, enumerare supersedeo, quoniam a Gillerto et Leone iam optime sunt enumerata: quae ex aenigmatibus Aldhelmi desumpsit, supra iam attuli; quae ex carmine de virginitate excerpsit librarius, hic iam subiungam, cum ex Leonis descriptione non possit intelligi, quomodo scriptor codicis textum Aldhelmi tractarit. Excerpsit autem librarius foliis 110[b]—122[a], ita ut singulis locis scriptura unciali titulos adderet, quos tamen utpote in commentario critico adscriptos hic non omnes afferam, partes hasce: 1) 1—393; praefatio deest; v. 187 consulto omisit, ut v. 186 cum v. 188, etsi per-

verse, iungeretur; quod legitur in margine Hic multi versus desunt de S. Ioan. Baptista *manus moderna adscripsit. 2) 460—538; v. 532 post v. 538 positus est. 3) 710—750. 4) 677—707. 5) 651—676:* De sc̄o ambrosio ep̄o magistroque mediolanensi*; additi sunt 15 versus S. Ambrosii de trinitate. 6) 844—880:* De sc̄o benedicto qui regulam monach̄ı const̄. *7) 751—790* De sc̄o paulo thebaida heremita: *v. 754* Insignis miles famosus nomine paulus *(Aldh.:* Nomine famoso felix Antonius auctor, *qui versus infra legitur); v. 766—777 omisit librarius: quoniam mutato v. 754 iam de Paulo dictum est, hi versus huc non iam quadrabant nimirum ad Antonium pertinentes. 8)* De sc̄o antonio pauli discipulo: Temporæ non alio florebat collega pauli. Per deserta vetus quo non praestantior alter *(in textu v. 776* fuit *pro* vetus *erat). 777. 754 (*Nomine famoso felix antonius auctor *vide supra) 755. 736. 737. 766—773. 9)* De helarione sc̄o famosoque heremita: Sic quoque discipulus celebrandus laude perhenni. *798—841. 10)* De sc̄o amone heremita: *1450—1467. 1500. 1503. 1501. 1502* (Angelicis turmis ad caeli sidera ventum!!). *11)* De duobus fratribus martyribus gervasio et pl̄ã = *881—894; 882 omissus est. Vides, in Petropolitano excerpta ex priore tantum carminis Aldhelmiani parte ferri i. e. ex enumeratione virorum, qui virginitatis gloriam erant adepti eaque partim ita esse usurpata, ut suo arbitratu librarius ordinem exemplorum inverteret, versus transponeret, adderet, omitteret, mutaret; apparet igitur, non tam Aldhelmiana eum reddidisse, sed paene novum aliquod opus fecisse ac quodammodo suum; quae ratio fere eadem est, qua librarius Phillipici codicis tractavit carmina ecclesiastica. Hinc facile intelligitur, cur in indice codicis Petropolitani saec. IX praefixo haec excerpta auctoris nomine carent* (Et de virginitate laudanda in sc̄is veteris et novi testamenti)*, cum aenigmatum excerpta ita notentur:* Et enigmata althelmi ep̄ı et simphosii scolastici*; item in versibus saec. XII in codice scriptis (cf. Leo p. IX adn. 8) excerpta de virginitate sine auctoris nomine memorantur.*

Ac ne textus quidem codicis, ex quo sua qualiacumque librarius excerpsit, talis fuit, ut aliqua ei sit tribuenda auctoritas cf. e. g. v. 3 fundans (formans), *5* Sic iam (Sic quoque), *20* stimulentur laude (stipulentur laudem), *25* dignos eligo nam (dicunt elicona), *44* disponit (dispensat), *45* persona (promissa), *91* gradibus est ordo secundus (gradus alter et ordo secundus), *111* fecundos largas sitor semine fruges (fecundo largitur semine fruges), *123* Mundantes licitas (Mundanae licita) *e. q. s. a: etiam gravius igitur corrupti sunt carminis versus quam aenigmatum. Ergo ad historiam aliquid licet afferant excerpta Petropolitana, ad emendationem aut nihil afferunt aut non multum; ne versu quidem vicesimo, ubi rectum innuit, genuinam versus formam servavit integram.*

Explosa autem Petropolitani auctoritate sequitur, ut, qualis ceterorum codicum sit condicio, quaeram, i. e. utrum ad unum omnes redeant archetypum an tam firma diversae originis extent indicia, ut certa fieri possit eorum distinctio. Qua in quaestione, pro fundamento adnotatione critica perlustrata, facile constabit, in duas codices discedere classes, quarum alteram Gothanus, alteram Oxonienses duo (Bodleianus 49 olim Wintonensis saec. X = W et Bodleianus 577 saec. XI = O) ducunt. Aliquot hic locos iam ita afferam, ut prius Gothani, deinde Oxoniensium ponam lectionem: 79 fomine (famine m^2) — fomite, *103* facinus scelerum — scelerum facinus, *123* lecebras — latebras, *184* transcendens — transcendit, *243* rictu — ritu, *249* tenia — tenuia, *258* actus — actis, *272* tempis — templis, *278* resurgent (consurgent) — cum surgent, *297* verbere — pectore *(*pectore vel verbere *W)*, *329* recto — certo, *331* iam — nam, *349* squalidus — squalida, *374* respondet — respondit, *447* portat (portant) — vectat, *470* cadavera — corpora, *472* Dedit obtutum — Obtutum dedit *O*, optutum dederat *W*, *486* floret (pudet) — comit, *606* situs — situm, *665* ambrosius — ambrosii, *762* caveri — cavere, *788* dum — hunc, *813* turbida — turgida, *864* nam — namque, *903* dum — cum, *905* quae — quod, *910* fortuna — fontana (recte!), *918* Splendens — splendescens, *923* glomerant — glomerat, *963* frustrata — frustrataque, *1036* qui gregis excubias — qui et gregis excubias; et caulas — caulas, *1042* malignum —

maligni, *1055* sacellis — sacelli, *1071* urbane — urbanus, *1085* egerunt — coegerunt, *1233* traditur — truditur, *1255* negaret — necaret, *1260* prodidit — tradidit, *1330* nec Venus — nec Iovis, *1464* fusoque — fusaque, *1465* quod . . . molam — quae . . . molem, *1490* abstrusus — obstrusus, *1534* prosperis — properis, *1563* funguntur — fruantur, *1570* biluis (beluis) — bestiis, *1718* inflexit — inlexit, *1859* quos — quae, *1950* e caelo — caeli, *2095* voti — votis, *2146* romulidis — romuleis, *2152* ausoniae — ausonia, *2178* caper(r)abat — venusta nitet, *2271* iussit *om.* — iussit, *2282* flores — florens, *2300* missis militibus — militibus missis, *2338* dum nat — dum natat, *2386* tribunalae — tribulane, *2564* vulga (= bulga) — vulgo, *2649* gessa . . . pariter — gesta patiens, *2706* Dumque pedes — Dum pedibus, *2840* cadat — cedat, *2860* cestu(m) — questu.

In omnibus hisce classis alterius studium eminet vitia, quae in textum irrepsisse videbantur, tollendi textusque pro viribus emendandi: veluti v. 79. 123. 249. 272. 1468. 2146. 2178. 2564. 2649 verba rariora, quae aut non iam intelligebantur aut corrupta putabantur, e textu removentur, v. 278. 472. 864. 963. 1036 arti metricae, v. 606. 762. 905. 923. 1185. 1859. 2706 grammaticae succurritur, v. 665. 1330 aliquid, quod in rebus narratis offendebat, tolli videmus; ubique igitur eadem viget ratio Aldhelmi textum ad elegantius dicendi genus redigendi, quae similis est ei, quae ut in aliis medii aevi auctoribus (cf. L. Traube, Karol. Dicht. p. 50), ita in prosae Aldhelmianae codicum classe altera deprehenditur. Nec omittendum est, quod constat, post S. Dunstani († 988) industriam et benedictinorum quae dicitur reformationem (cf. A. Brandl in Grundriss der German. Philol. II 1, 1097 sq.), qua optimarum artium studia revirescebant, codices Oxonienses, quos supra attuli, esse scriptos. Nec quicquam contra hanc opinionem, qua Aldhelmi quae videbatur restitutio et studiorum haec renovatio inter se componuntur, valet, quod unus codex, qui certe olim fuit Cantuariensis = C saec. XI cum classe priore in gravissimis nonnullis consentit, sive scriptus est in Anglia, ut Priebschius iudicat, sive in continenti; etiam clarius duarum classium recensionem coniunxit codex Rawlinson 697 = E.

His expositis atque, ut spero, probatis tandem, qui codices cum Gothano, qui cum altera classe faciant, videamus.

Inter illos primo loco nominandi sunt Sangallenses. In catalogo monasterii Sangallensis antiquissimo (Weidmann, Gesch. der Bibl. von St. Gallen p. 360 sqq. = Becker, Catal. bibl. ant. p. 43 n. 22) scripto saeculo IX, sed aucto saeculo IX|X quatuor nominantur codices Aldhelmi 1) (p. 379 [2] n. 204 Becker) 'Item de miraculis Gudperti epī et althelmi de laude virginū. lib. I et note iuris itēq. versus alii in volumine uno' *(haec in additamentis leguntur), 2) (p. 393 = n. 391 B)* Althelmi de metris et enigmatibus ac pedum regulis vol. I, *3) (= n. 392 B)* Itē althelmi de laude virginum I, *4) (= n. 393 B)* Item althelmi de enigmatibus et bede de metrica arte et metrū simphosii et alia īnulla scorū opuscula in vol. I parvo. *Hos quatuor codices omnes iam posse recognosci arbitror. Nam primum codicem eundem esse puto ac Sangallensem n. 263: dubitavit Weidmannus; nam scriptus est saeculo X: at nominatur in additamento; nunc Bedae vitam Cuthperti et Aldhelmum de virginitate et Theodulfum continet, desunt notae iuris: at tamen non est in vetere ligatura, ita ut has notas postea omissas esse possit iudicari, nisi versimilius est, ea, quae continuerit, denuo esse descripta illis omissis. Tertium codicem eum esse puto, qui nunc adservatur Tugurii (= cod. Turicensis 59|274 saec. IX), qui anno 1712 cum aliis Tugurium est ablatus (cf. Weidmann p. 94. 437), quartum cum libris Goldastii pervenisse Bremam (= cod. Bremensis 651) re vera* 'parvum' *(= 12, 7 × 15 ctm.): nunc glossas tantum continet ad Aldhelmi carmen et aenigmata; sed plura olim continuisse docent quae in folio primo leguntur* A catalogo tribuitur *(?)* Bedae de Metrica arte *(unde mirus sane, quo nunc notatur,* Bedanus Monachus glossae *titulus ortus est cf. Progr. Gothan. 1904 sq.) et quod tres lineae in folii ultimi fine recenti (Goldastii?) manu sunt adscriptae, nimirum ut haec pagina suam conclusionem haberet. Secundi autem codicis*

(= n. 391 B) fragmenta exstare credo in collectione fragmentorum, quae nunc est codex Sangallensis 1394: nam in eius paginis 122|3. 127|8. 125|6 tractatus metrici partes et aenigmata aliquot (24, 2—36, 6) leguntur: exarata sunt haec fragmenta duabus columnis scriptura insulari saec. IX, ita ut inter 'libros scottice scriptos', *quos ceteris catalogi libris auctor praeposuit, codicem hunc commemorandum fuisse posses credere; at non unicus est liber* 'Scottice scriptus', *qui inter illos sit omissus cf. p. 22. Sed praeter hos quatuor codices, quibus satis luculenter demonstratur, quanto studio monachi Sangallenses, inter quos multos fuisse Anglosaxones constat (cf. Ekkeharti carmen IV ab E. Duemmlero in Z. f. d. A. XIV 40 editum et J. de Arx, Zusätze zur Gesch. des Cantons St. Gallen I 19), saeculo nono ac decimo i. e. Gozberti (cf. Ratperti Casus St. Galli in Monum. Germ. II 66) et Grimoaldi abbatum aetate foverint Aldhelmi memoriam, quintus, qui carmen de virginitate continuit, est nominandus a bibliothecario in catalogum illum vetustissimum nondum receptus, Sangallensis 242 = S^1 scriptus saeculo IX|X nec praetereundus codex 250 Babylae martyrium solum continens saec. IX.*

De tribus hisce codicibus Sangallensibus carmen de virg. continentibus (SS^1S^2), qui omnes carolingica scriptura sunt exarati, deinceps agendum est.

Antiquissimus eorum est ***S*** *= Turicensis Ms. C 59|274; olim Sangallensem eum fuisse docet insigne folio primo impressum; quod monere omisit, qui codicem hunc descripsit E. Steinmeyer, Althochd. Glossen IV 677 n. 659. Habet nunc folia 62 (26 × 18 ctm.) lineas stilo ductas vicenas quinas. Constat ex quaternionibus sex et uno ternione (a—g), ultimus quaternio (h) septem habet folia conquisita et variis manibus et impari linearum numero est scriptus; folium primum et folia 55 (i. e. folium ternionis ultimum) usque ad f. 62 saeculo decimo scripta prologum cum capitulorum indice et partem de octo vitiis continent, ita ut primo tantum carminis versus 1—2445 in codice S fuerint scripti. Singulorum versuum partis veteris initiales maiusculae inter duas lineas rectas positae plerumque vario colore sunt distinctae (16[b] sqq. initiales minusculae fusco atramento ante schema sunt collocatae), itemque versus omnes partis veteris tribus punctis (⁘) inter lineas duas rectas positis clauduntur. Eadem manus decimi saeculi per totum codicem adscripsit glossas marginales et interlineares (latinas et germanicas) totumque codicem correxit; in prologo et in quaternionibus primis (usque ad fol. 18[a]) occurrunt notae grammaticae, de quibus cum diu falso pro notis musicis vel ad recitationem (cf. Schubiger, Sängerschule von St. Gallen p. 6) pertinentibus sint habitae, egi iam in praefatione ad prosam p. 215. Prior pars in margine capitulorum numeros habet adpictos usque ad XXVIIII* (Hieronymus) *i. e. in ea parte, quae est de viris. Titulo codex olim carebat, saeculo decimo carmini superscriptum est* INCIP̄ LIB̄ ALTHELMI EP̄I; *prologo superscriptum est* INCIPIT PROLOGVS LIBRI ALTHELMI ‖ De laude vginū, *versui 2446 = fol. 55[a]* Inciꝑ LIB̄ III althelmi epī. De octo princi|bab: *(suprasc.* li*)* vitiis; *in fine post* aīn *legitur* Explic̄ LIB̄ althelmi epī | De laude vir gi NUM. *Infra prologum tribus columnis legitur capitulorum enumeratio, quam (in S^1 omissam) simili dispositione exaratam habet S^2: in quo superscriptum est* HORVM C̄OMEMORAT POETA IN LIBRO SEQVENTI:

I. Heliseus
II. Hieremias
III. Daniel *(Danihel S^2)*
IV. Tres pueri
V. Iohannis pabtīs *(= S^2; add. ĩ)*
VI. Iohannes apost
VII. Paulus
VIII. Lucas
IX. Clemens
XIII. Gregorius
XIV. Basilius
XV. Antonius
XVI. Paulus
XVII. Ilarion
XVIII. Iohannes
XIX. Benedictus
XX. Gervasius *(Gervasius & Protasius S^2)*
XXI. Protasius
XXVI. Amos
XXVII. Apollinius *(Apollonius S^2)*
XXVIII. Eusebius *(man. rec. Hieronymus S^2)*
XXIX. Maria Maī dnī *(= S^2)*
XXX. Cecilia *(deest S^2)*
XXXI. Agathen *(= S^2)*
XXXII. Lucia

X. Silvester
XI. Ambrosius
XII. Martinus
XXII. Narcissus
XXIII. Alexander
XXIV. Urbanus (= S^2; Crisant^{9} et Daria)[1] Babilus
XXXIII. Iustina
XXXIV. Eugenia
XXXV. Agnes
XXXVI. Decla (Tecla S^2)
XXXVII. Eulalia
XXXVIII. Scolastica
XXXIX. Constantin(a)[2]
XL. Rufina & Secunda
XLI. Anatholia & Victoria.

Codex Sangallensis 242 = S^1 (p. 268: Abbatie sc̄i Galli *saec. XV) scriptus est saec. IX|X; Steffens eum exeunti saeculo IX, Scherrer, Steinmeyer, J. Huemer, saec. X tribuunt; est pars codicis diversis ex codicibus codicumque partibus saec. XV compositi; quae in eo continentur, enumerat Ildefonsus de Arx in folio praefixo et G. Scherrer, Verzeichnis der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 88 sqq. et E. Steinmeyer, Althochd. Gl. IV 445 sq., imaginem scripturae (p. 188) exhibet F. Steffens, Lat. Palaeogr. II tab. 49 et (p. 132) A. Schubiger, Die Sängerschule von St. Gallen tab. I; cf. etiam J. Huemer praef. ad Sedulium p. XVIII sqq. et quos laudat l. l. E. Steinmeyer.*

*Ex uno eodemque codice in hunc mixtum tralata sunt Aldhelmi aenigmata et carmen de virginitate et Sedulii carmen paschale cum hymno primo (*Cantemus socii *e. q. s.) et Vocabularium latino-germanicum; hae paginae 21—252 (cf. Scherrer p. 88) scriptae sunt omnes ab eadem manu scriptura carolingica et eodem atramento subfusco, saepe fere evanido.*

Aenigmata Aldhelmi continentur paginis 21—48, cuius paginae versus ultimus est 96, 7 (Quamquam me turpem nascendi fecerit auctor), *cetera et desunt et defuerunt; p. 49 vacua est, p. 50—167 legitur cum prologo carmen de virginitate, cuius post finem scripti sunt versus hi lepidi:*

Nauta rudis pelagi ut sevis ereptus ab undis
In porto *(suprasc.* v̄*)* veniens pectora laeta tenet,
Sic scriptor fessus calamum sub calce laboris
Deponens habeat pectora laeta quidem:
Ille deo dicat grates pro sospite vita,
Proque laboris agat iste sui requie.
Gracia magna tibi sit Christe semper in evo,
Qui mihi donasti perficere istud opus ⁘

quibus de versibus conferenda sunt, quae adnotavit Scherrer in catalogo; leguntur etiam praeter ultimos in cod. Cantabrig. Colleg. Corp. Christi 326 p. 137 et Bernens. 236; vide etiam PlaC II 402, Gabriel Meyer, Catal. cod. monast. Einsidl. I 277. 301 (n. 302. 328), Wattenbach, Schriftwesen 281, F. Ritschl, Opusc. II 162. Codex (25×18, 75 ctm) vicenos quinos versus in singulis paginis habens primas litteras versuum rubro colore inter duas lineas rectas schematis stilo ductis ponit; ante prologum scripsit titulum: INCIP̄ LIBER A(L)DHELMI EPI DE VIRGINITATE*; nec post prologum nec v. 2445 textum divisit (*De VIII Principalib9 vitiis *manus recens hic adscripsit;* Digestis *ab initiali maiore orditur); in fine legitur* FINIT LIBER ALTHELMI EPI · DŌ GRATIAS · AϪE////. *Per totum Aldhelmi Seduliique, qui p. 168—247 legitur, textum positae sunt notae grammaticae leguntur glossae germanicae, in Sedulio tamen multo rariores (duae tantum); nec desunt glossae marginales; Aldhelmum et Sedulium inde ab initio eiusdem codicis fuisse quaternionum connexio indicat.*

---

1) *In S^2* Urbani *(cf. v. 1071) nomen deletum est et manu recenti* S. Cosmas et Damianus *adscriptum; numero priori (XXIII) nomen non est additum, post* Urbanus *legitur* XXV Iulianus 2) *post* Constantina *numerus XXXIX sine nomine scriptus; man. rec. add.:* S. Eustochium et S. Demetrias S^2

Tertius codex Sangallensis 263 = S^2, ideo in recensendo Aldhelmo maximi est ponderis, quod ex eo solo carmen de virginitate primum edidit Canisius; scriptus est minusculis carolingicis saeculo decimo: de eo cf. Scherrer l. l. p. 98. Progr. Gothan. p. 5. Formae est minoris (18×14, 5 ctm); initio vicenos, in fine vicenos quinos versus habet a pluribus librariis scriptos; quorum duo intra ipsum versum 739 inter se excipiunt. Constat ex tribus quaternionibus (1—111), uno ternione (IIII), novem quaternionibus (V—XII), uno ternione (XIII) et quaternione, cuius ultima quatuor folia, ut pagina ultima, vacua erant ideoque sunt excisa. In ternionem priorem (IIII) folium unum (= p. 61 et 62) post p. 60 insertum est inter finem carminis Bedae de Cuthperti miraculis, quod antecedit Aldhelmum; pagina 60 clauditur per versum Fecerat et priscam morbo fugiente salutem, *p. 63 incipit a versu Bedae ultimo* Adfore temporibus persensit ab ęthere sanctis: *in hoc folio interpositus est prologus Aldhelmiani carminis, qui ab initio defuerat: et scriptus hic est totus (= versus 38) in una pagina 62, cum p. 61 vacua manserit; post ultimum Bedae versum legi capitulorum enumerationem (I—XLI) carminis Aldhelmiani dixi iam in descriptione codicis Turicensis. Etiam post nonum quaternionem i. e. post p. 150 unum folium agglutinatum manus ab insequenti diversa ita explevit, ut bis sedecim versus adderet (v. 1772* Torrida *e. q. s. — 1803* Pauperibus *e. q. s.), quos nimirum antecedens quaternio capere non iam potuerat; cum vero novus librarius in p. 153 iam scripsisset v. 1802 sq., hi duo versus erant eradendi: ita orta est lacuna ea, quam hoc loco notavit Canisius. Prologus caret titulo, carmini (p. 64) praescriptum est:* INCIPIT LIBER ALTHELMI DE LAVDE VIRGINVM, *inter v. 2445 et 2446 legitur* INCIPIT DE PRINCIPALIBVS VICIIS *et in margine (a manu eadem)* ALTHELMI EPISCOPI, *in fine post erasos quatuor versus (= v. 2902. 3. 4 et quartus a* Virginitas felix *incipiens) latis spatiis seiuncti versus 2902. 3. 4 repetiti sunt, subscripto* EXPLICIT LIB̄ ALTHELMI EP̄I FI *(eras.)* DE LaVDE VIRGINVM*; sequuntur fol. 201—219 epistolae Theodulfi et Modoini. Hic codex nec glossas germanicas habet nec notas grammaticales.*

*Vel ex his, quae hactenus attuli, satis apparet tres hos codices Sangallenses cum Gothano miro quodam modo consentire; nam ut in ASS^2 prologus, qui ab initio legebatur in S^1, postea demum saeculo decimo additus est, ita in S^1, qui ipse quoque cum Aldhelmo Sedulium coniunctum habet, etiam hymnus Sedulianus legitur, qui eodem tempore ab eodem librario cum prologo Aldhelmi ad Gothanum est adscriptus. Quod autem hoc indicio indicatur, id textu ipso probatur, in quo artissima inter codices illos cognatio elucet, quae etsi maior est inter A et SS^2, tamen non nulla est inter A et S^1; S autem et S^1 ita inter se sunt conexi, ut S a correctore secundum S^1 funditus sit mutatus. Tota autem quaestio aliquatenus eo impeditur, quod Gothano ipso docemur varias lectiones iam in archetypo esse inventas veluti, ut omittam quae saeculo X sunt addita, v. 79 (*floret *suprasc.* pa*), 447 (*portat *in marg.* vectant*), 486 (*floret pudet*)*[1], *683 (*facundo *in marg.* diserto*).*

Ut primo ex eodem fonte et A et SS^2 derivatos esse demonstretur, hos locos conferre puto sufficere: 100 floret *suprasc.* pa *A,* paret *suprasc.* floret (florit) *SS^2, 232* signum est et *A,* signum ///et *S,* signum ///// *suprasc.* & *S^2, 564* Lucido divina *ASm^1S^2 (*Lucida divino *S^1), 706* parata *ASm^1S^2 (*parte *S^1), 734* iustę(e) *ASm^1S^2 (*iusta *S^1), 739* creaturarum *AS^2* creaturae: ae *m^2 in ras. S (*creaturae *S^1), 809* indegenus *ASS^2, 870* certamine *ASS^2 (*certamina *S^1), 879* gratia baptismi *ASS^2 (*b. g. *S^1), 918* splendens *ASS^2 (*splendescens *S^1),* strophosis (strofosis) *ASS^2 (*strofis *S^1), 931* querel(l)am *ASS^2 (*loquelam *S^1), 1245* inscripta *ASS^2 (*incripta *S^1), 1262* iuveni *ASS^2 (*iuvenis *S^1), 1325* simul stabant *ASm^1S^2 (*quinquaginta simul *S^1:* quinquaginta *per* L *scriptum in archetypo omissum erat;* in quo mille simul *per interpolationem Sm^2), 1541* frians *ASm^1S^2 (*fricans *S^1), 1589* digna repotentes *A* digna repetentes *S^2* digna petentes *S sed* a *in ras.,*

1) pudet, *quod glossa videtur fuisse, in textum ceterorum codicum abiit; deteriores scribunt* comit*:* florere *usu singulari posuit Aldhelmus pro factitivo,* = facere, ut floreat = decorare (florare).

1644 noctes diesque ASm^1S^2 *(*noctesque diesque *S), 1650* vallæntes *A* vallentes SS^2 *(*vallantes S^1*), 2178* caper(r)abat ASS^2 *(*fronte splendidula S^1*), 2242* praemium ASS^2 *(*praemia S^1*), 2277* iussit *om.* ASm^1S^2*, 2289* culcata *(pro* calcata*)* ASm^1S^2 *(*sulcata S^1*), 2338* dum nat ASS^2 *(*tranat *S)*[1]*, 2431* rudiversis ASS^2 *(*rudi diversis S^1*), 2543* stuprorum ASS^2 *(*stupri iam S^1*), 2672* creta ASm^1S^2 *(*cetra S^1*), 2729* detract(c)io ASS^2 *(*detractatio S^1*). Nec tamen pari uterque Sangallensis gradu cum Gothano est cognatus, sed multo propius ad textum eius appropinquat* S^2 *quam S; consentiunt enim* AS^2 *contra S multis locis; e. g. habent 735* vocibus (vicibus), *1255* negaret, *1543. 4* inter credentes qui xp̃m fraude refutant *pro:* inter c. q. x. corde fatentur Et diffidentes qui x. f. r. AS^2 *(locum correxit* S^2m^2*), in S versus pleni nullo errore leguntur; 1618* liquorum (liquorem), *1685* podoris, *1835* pro virgini xp̃i cessa *(*ce≡sa *A): sed hoc nonne etiam in S fuerit, incertum est, quoniam haec verba in eo leguntur in rasura. 2098* decis *(*deces S^2*)* quingentes, *2603* domum *suprasc.* t, *2620* cendia (incendia), *2675* studium — sensum, *2804* undarum. *Clarissime autem codicum necessitudo illustrari mihi videtur v. 2565, ubi in A ante versum* Servans integrum devota mente pudorem *syllaba* en *ita notata legitur, ut eam ad versus insequentis* (Sic vitium carnis polluta sorde noctis) *vocabulum extremum referendam esse appareat, nimirum ut* nocentis *pro* noctis *scribatur; falso autem eam ad versum 2565 ipsum rettulit librarius codicis* S^2*, cum scribit:* En servans integrum . . . sordere noctis, *cum S versus ita exhibeat:* Inservans integrum . . . sorde renoctis, *quod* m^2 *mutavit in* renascens*: quae igitur invenerat in codice scripta, stupide sed fideliter in suum textum transtulit* S^2*, leviter interpolata S. Sed si quis his innixus locis ex A ipso descriptos esse S et* S^2 *putaverit, quod primo adspectu probabile videatur, graviter vereor ne erret. Nam leguntur in A et* SS^2 *plurima etiam diversa: velut, ut gravissima tantum afferam, 152* piaclo *A* piaclum SS^2*, 278* resurgent *(suprasc.* 9 = con*) A* surgent Sm^1S^2 *(*cum surgent $S^1 = Sm^2$*), 301 sqq.* Sed tamen ut dixi duo maxima munia constant, Sed tamen virginitas ornabat flore pudoris*; hunc versum, cuius initium repetito perperam initio prioris versus depravatum est, delevit manus prima et in margine inferiore recte adscripsit* Hunc pia virginitas ornabat flore pudoris *A; v. 302* Hunc pia virginitas *e. q. s. ante v. 301,* Sed tamen, ut dixi, d. m. m. c. *posuerunt S et* S^2*, cum* S^1 *versus ita disponeret: 301* (Sed tamen ut dixi)*, 302* Hanc pia virginitas, *deinde insereret* Sed tamen virginitas *e. q. s.: vides in archetypo, quem Gothano et Sangallensibus unum fuisse vel hic locus unus satis demonstrat, in margine iuxta depravatum versum eundem emendatum fuisse adscriptum, qua correctura pro suo quisque ingenio usus est librarius; ex horum autem versuum et v. 2565* (en Servans, Inservans, En servans) *perturbatione, cuius in nullo alio codice deprehenduntur vestigia, codices Sangallenses et Gothanum singulari quodam vinculo colligari apparet.*

Addo alia, quibus SS^2 *non e Gothano fluxisse elucet: legitur v. 615* calce, *supra* erit leti m^2 *scripsit* nam *A, locum foede interpolavit* S^1 calceque S^2*, 787* effuderat *A* effunderat SS^2*, 788* dum $A = S^1$ tum SS^2*, 819* fidem $Am^1 = S^1$ fidum SS^2*, 870* nõe *(quam contractionem insularem recte* S^1 *reddidit per Carolingicam* nrãe S^1*) A* novae SS^2*, 1741* Nam *A* Namque SS^2*, 2282* flores A floris SS^2*, 2288* qua A = S^1 quo SS^2*, 2299* protentibus *A* prudentibus S^2m^1 rudentibus *apposuit* p m^2S*, 2337 sqq.: 2337 omisit, deinde post 2338 inseruit A, 2337. 2338* SS^2*, 2463* achile *A* anchile SS^2*, 2576* id est *A* idem SS^2*, 2610* ad mortem *A om.* SS^2*, 2631* contra *A* terram SS^2 *(etiam haec differentia ex varia contractionis solutione orta ut v. 870), 2776 sqq.: finis versus 2776, toti versus 2277. 2778, initium versus 2779 desunt in A, versum 2278 omiserunt* SS^2*, omnes versus leguntur in S ut in ceteris codicibus, 2781* mihi quamvis *A* quamvis *om.* SS^2*, 2848. 9 A, 2849. 8.* SS^2*, 2855* neu *A* ne SS^2*, 2898* delicta *A* dicta SS^2*. Ex horum locorum caterva concludendum esse puto ex altero, quod tamen ipsum quoque ad Gothani archetypum redibat, exemplari, non ex Gothano ipso derivari oportere S et* S^2*; ne autem ex S de-*

scriptum esse S^2 putem, quod propter plurima, quae aequalia habent, conici possit, locorum, in quibus soli A et S^2 contra S conspirant, multitudo et gravitas me impedit.

Restat, ut, de S^1 quid censendum esse videatur, explicem, qui ut prologum habet a ASS^2 omissum, ita plurimis locis ab eorum textu discedit: cf. e. g. v. 278 cum surgent, *353* populum, *920* resindens, *1541* fricans, *1596* mala *(*mela *ASS^2), 1650* vallantes, *1746* atras, *1811* pro virgine adempta, *1835* xpī pro virgine caesa, *1852* virginis *(*virgineis *ASm^1S^2), 2190* carta, *2201* mundi qui, *2299* praecedentibus, *2338* tranat, *2442* praemia, *2629* cedes cum strage nefanda, *2729* detractatio: *quas lectiones, aliasque, quibus leviora multa emendantur, ut S^1 ex fonte suo desumpsisse, non de suo intulisse putandus est, ita aliae sunt, quae produnt interpolationem librarii ipsius eamque satis audacem velut 286* signavit quo destruxit iam, *614* leti iam fine carebit, *918* splendescens, *1429* Quae tamen mox ignis flammis conbussit acerbis, *2141* tramite *(pro* tramate = dramate*), 2170* radians iam clara luce coruscus, *2178* fronte splendidula *(pro* fronte caperrabat: *licet etiam alterius classis codices hoc vocabulum librariis sane ignotum eosque offendens eiecerint legentes* fronte venusta nitet, *illa tamen interpolatio propria est codicis S^1), 2226. 7* succensus amore — succenditur ignis, *2253: pro versu hoc inserit v. 2260 suo loco omissum, 2348* absque chao vitam densis gestantia turmis, *2685* non vestrae (vestratis), *2800* contunditur uva maturis. *Tamen habet, quibus ne eum quidem totum a Gothani archetypo alienum esse monstretur, veluti v. 100* floret, *122* lecebras, *152* piaclo, *301—302* Sed tamen ut dixi *e. q. s. cf. supra p. 337, 344* intellegit, *447* portat, *684* facundo, *788* Dum, *819* fidem, *322* strofis *e. q. s. a. Descriptum igitur hunc codicem arbitror ex libro, cuius textus non ab ipso Gothani archetypo erat deductus, sed ex codice, qui ex Gothani archetypo et alio quodam, qui — veluti N — prologum servaverat, erat contaminatus. Sed licet minoris ideo aestimanda sit in verbis constituendis eius auctoritas, in historia tamen textus memorabilis est, quoniam secundum eum totus correctus est S et quoniam in eo habentur notae illae grammaticae, quas supra indicavi quaeque ex illo ipsae quoque in S sunt tralatae. Textus autem quantam mutationem a S^1 passus sit S, quamvis quivis fere versus docet, aliquot tamen afferam exempla: v. 58* vates e *ex* i *m^2S* vates *S^1, 65* moduletur *suprasc.* n *m^2S* modulentur *S^1, 67* respuit *suprasc.* a *S* respuat *S^1, 79* flagrans *suprasc.* fretus *S* fretus ł flagrans *S^1, 152* piaclum, um *in* o, *S* piaclo *S^1, 197* certamine e *in ras. S* certamine *S^1, 486* pudet *in marg.* pudet .i. ornabat *$S = S^1$, 650* numerantur, nu *in ras. ex* glo, *S* numerantur *S^1, 684* facundo *in ras. S* facundo *S^2, 1127* pectus in aevum: pectus in *m^2 in ras. S* pectus in aevum *S^1, 1649* Namque *suprasc. m^2* Ut *S* Utque *S^1, 2271 iussit in fine adsc. $S = S^1$.*

In Gothano autem seu potius in archetypo eius, qualis ex Gothano et Sangallensibus restitui potest, Aldhelmiani textus fundamentum collocare sum conatus.

Ceteros iam codices, qui eiusdem classis sunt eandemque textus formam repraesentant quamvis hic illic ab illis discedentem, enumerabo. Quo in numero primum nominandus est cod. Parisinus 2339 (Colbert. 1251 Regius 4051) = P^1, scriptus saeculo decimo (cf. p. 46), olim, ut infra demonstrabitur, Lemovicensis. Folia habet centum (28,9 × 18,8 ctm), paginae singulae plerumque lineas tricenas ternas (sed etiam tricenas binas vel quaternas); notis grammaticis versus multi sunt instructi sed non a m^1 (ut 504. 526. 531. 538. 586. 622. 660. 673), aliis tamen, quam quales Sangallenses habent. fol. 1^a manus recens scripsit: Althelmus de laudibus virginum et de octo vitiis; *quibus verbis subscriptum est:* Aenigmatum Liber de numero septenario et de metris etc., quae omnia ad verbum contuli ad edit. meam adornandam. J. A. Giles A. D. 1843. *Praeterea fol. 1^a vacuum est, itemque 100^b. Gilesii manus etiam in multis locis codicis ipsius deprehenditur. 1^b nullo titulo adscripto leguntur versus praefationis omnes duodequadraginta, quos addidit manus aequalis, 2^a—46^a carmen de virginitate a simplici littera initiali incipiens; singulae carminis partes, etiam ultima* De octo vitiis *maiuscula tantum littera significantur; inde*

a fol. 33a manus secunda titulos (primum CONSTANTINA*) eademque v. 2446* BELLA VITIORV̄ *adscripsit; carmen a compluribus manibus est exaratum, fol. 40b dimidium vacuum est, eraso initio versus 2555; fol. 41a a versu 2555* (Servans integrum devota mente pudorem) *novus incipit quaternio a nova manu scriptus; codex neque titulum neque subscriptionem habet.*

Praeterea codex continet haec: 47a—58a aenigmata Aldhelmi: SEQVVNTVR ITEM EPYGRAMMATA ALTHELMI, *fol. 58b post aenigmata* EXPLICIVNT ENIGMATA DE VARIIS REB; | ALDHELMI EPĪ £·£·£· ‖ ORDITVR PR̄EMIVM: INCIPIVNT DE ME|TRIS ENIGMATIBVS AC PEDV̄ REGVŁ· *Hic tractatus, cuius prior pars (= supra p. 96) fol. 74 clauditur, nullo spatio intermisso prologum aenigmatum litteris initialibus et finalibus accurate dispositis habet et post hunc, omissis aenigmatibus ipsis, quae deesse nihil indicat, continuo legitur pars tractatus altera, cuius fini subscriptum est* FINIT D⁻⁻ GRATIAS. *Habet igitur codex carmen, aenigmata, tractatum metricum sine aenigmatibus similiter ac Bruxellensis 4433, qui tamen etiam prologum aenigmatum omisit. In fine (fol. 98b—99b) exerpta leguntur ex Gregorii Turonensis miraculis in gloria martyrum = I 5—7 ed. Krusch SS. rer. Mer. I 2 p. 489* (Miracula Sc̄ae Crucis ex libro miraculorum primo Gregorii Florentii nec non et Gregorii Turonici) *et fol. 99b 100a* Reversio Scae Crucis i. e. narratio de sancta cruce ab Eraclio recuperata.

Folio 46b, quod ab ipso librario vacuum erat relictum, duabus columnis saeculo XIII scriptus exstat lectionum ecclesiasticarum index; in margine autem ab eadem manu addita sunt haecce: Anno m° CC° XX° scripsit B. itii XVI. anno sui armariatus consummata columba et ciboria *(sic)* iuxta cortinam et maiestate Dei Genitricis elevata et depicta crupta delacorola *(sic)* et subterraneo ad vinum conservandum et capella S. benedicti incepta. B. iterii *autem indicat* Bernhardum Iterii, *qui inde ab anno 1204 bibliothecarius fuit monasterii Sancti Martialis Lemovicensis, de quo viro satis illustri conferenda sunt Histoire littéraire de la France XVII 298 et Notices et extraits I (1787) p. 584 et quae eiusdem collectionis volumine XXXV 312 sqq. egregie L. Delisle exposuit, apud quem huius tamen codicis mentio non fit; in catalogo librorum Bernhardi, quem edidit idem Delisle in Cabinet des Manuscrits II 496 sq. (cf. etiam I 390) hic codex non nominatur. Lemovii autem Aldhelmi studia iam Ademari grammatici aetate i. e. saeculo XI et, ut conici potest, Ademaro ipso auctore maxime floruisse luculento testimonio docet codex Vossianus = cod. Lugdunensis latinus 8° 15: XII, de quo in praefatione ad aenigmata p. 46 actum est: hic afferre sat erit, Vossianum illum ex Parisino fluxisse vel ipsa aenigmatum inscriptione* (sequuntur item epygrammata Althelmi) *convinci. Non ex eodem atque Gothanum descriptum esse* P^1 *archetypo, apparet vel versu v. 615, ubi quod legitur in* S^2 = calceque carebit *per eum (et Parisinum P) egregie firmatur, et v. 2675 ubi* stupidum *(= N) habet, sed eiusdem tamen esse recensionis probat v. 79* fomine *(*m^1*), 123* lecebras, *184* transcendens, *247* tenia, *257* actus *(*m^1*), 349* squalidus, *472* Dedit obtutum, *484* pudet, *864* Nam capisterium, *1330* Nec Venus, *2178* caperrabat, *2338* dum nat, *2562* vulga *et alia plurima, sed correctum eum esse ex codice familiae eius, cuius sunt B Pp docent versus 1159. 1160 et v. 1971, ubi* m^2 *correxit* nobilis hinc romae = *P; in multis concordat cum codice Pommersfeldensi cf. e. g. ad v. 2053.*

Eorum codicum, qui cum prologum inde ab initio habuerint, archetypum codicem alium secuti sint necesse est, agmen ducit codex Parisinus 16668: N saec. IX = Sorbonnensis 1476 (in codice legitur numerus 434); de hoc codice conferenda sunt, quae L. Delisle, Invent. des manuscrits de la Sorbonne p. 73, Cabinet des manuscrits II 379, Th. Gottlieb, Mittelalt. Bibl. p. 335 sq., F. Falk, Centralbl. f. Bibliothekswesen Beih. XXVI 55, E. Steinmeyer, Althochd. Gloss. IV 599 scripserunt; pertinuisse codicem olim ad celeberrimam Laurishamensem St. Nazarii bibliothecam declarat, quod fol. 1 legitur: Codex de monasterio sc̄i Nazarii qđ nominatur laureshā; *commemoratur in vetere Catalogo Laurishamensi*

saec. X (A. Wilmanns, Mus. Rhen. XXIII p. 388 et p. 395 n. 10 et Becker, Catal. ant. 37, 281. 38, 25) cf. supra p. 37. Mature eum ex coenobio ablatum esse docet, quod fol. 2ᵇ legitur: Ex Steinbach: — | D. Marquărdi | restitutū *(etiam fol. 1ᵛ* Anno Dñi MDXXII · M ·*), quod etsi quo referendum sit, equidem declarare non possum, tamen codicem tum non restitutum esse in monasterium ex verbis illis ipsis verisimile est; nec eum cum maiore codicum Nazarianorum parte sub electoratu Ottonis Henrici Heidelbergam esse translatum inde colligendum est, quod non Romam, sed Parisios pervenit. Certe propositus monasterii Laureshamensis, cui Marquardi nomen fuerit, illo tempore non nominatur cf. F. Falk, Gesch. des ehemal. Klosters Lorsch p. 128; at Aldhelmum suos habuisse in monasterio Laurishamensi lectores et admiratores satis docet codex Palatino-Vaticanus 1753 saec. IX (cf. praef. ad tract. metr. p. 37. 45 sq.), in quo Aldhelmi tractatus metricus cum aenigmatibus et aenigmata anonyma Aldhelmi imitationem ostentantia (cf. PlaC I 3. 20 sq.) continentur, cuius scriptura codici nostro simillima est; etiam hoc in studiis Aldhelmi Laureshamensibus tenendum est, inter Laureshamense monasterium et Fuldense satis crebrum intercessisse commeatum cf. Centralblatt f. Bibliothekswesen Beih. XXVI 65.*

Codex hic Nazarianus folia habet sexaginta unum (23, 2 × 16, 8 ctm) lineas tricenas singulas exhibentia; ex duobus codicibus, quos iam mature inter se coniunctos esse ea declarant, quae in ultimo folio prioris partis (f. 39; sunt quatuor quaterniones et unus ternio) et primo folio alterius (f. 40; sunt quaterniones tres) variae saeculi noni manus continuo scripserunt. Ab omnibus, qui codicem commemorarunt, eum scriptura saxonica (i. e. insulari) scriptum esse confirmatur: at prior pars et extrema scriptae sunt, praeter ea quae uncialibus sunt exarata, scriptura carolingica, solus Themistii textus scriptura insulari.

Continet codex 1) fol. 1—20ᵇ Bedam de arte metrica (i. f. explicit de arte metrica liber baeda(e) famuli xp̄i lege feliciter*), 2) 21ᵃ—22ᵃ med. carmen (*Apparebunt ante summum. saeculorum iudicem | enoch magnus et helias *(cf. Aldhelmus carm. de virg. v. 248. 273)* quondam raptus in polum. Imminente die iudicii . . . Perfectisque cum coronam . iustus iudex offeres. Tunc et nostrae parvitati . largire indulgentiam. In perennis die sabbati . amen = *PlaC IV 491 cf. infra p. 341, 3) 22ᵃ—22ᵇ carmen hexametricum* (Audax es iuvenis tua dum caro mobilis ardet . heuque audenter agis maculans tua membra nefandae . . . sola deum sequitur *(sc.* laurata virago*)* xp̄m quocunque recurrit perpetuis gaudet bonis sine fine beata: *PlaC IV 500; carmine hoc hymnus abecedarius editus ex cod. Cantabrig. Gg. 5. 35 in ZfdA XIV 484 sqq. (PlaC IV 495) est transformatus), 4) alio atramento ab alio librario scripta carmina duo hexametrica a)* Murice puniceo vestis de pingitur ista, . . . Cernite perspicuum sedentem in culmine regem; Quem diligunt mites, quem sontes iure verentur, *b)* Est mihi discipulus nonnullo nexus amore; Qui bibulas adhibere solet doctoribus aures . . meque deo precibus *(*pra&ibus *m¹)* commendet sedulus oro. *Sequitur foliis 23ᵃ—39ᵃ Aldhelmus de virginitate: post prologum titulo carentem legitur* Explicit aldhelmi ep̄i pręfatio, INCIPIT METRICA EXPOSITIO ALDHELMI EP̄I DE VIRGINITATE SC̄ORVM·:· *Praefatio rubris, viridibus, fuscis coloribus inter se alternantibus, scriptura semiunciali insulari, textu ut totum carmen continuo, sed versibus singulis maiuscula littera decoratis et post versuum finem notis ˙, vel ⁝ positis scripta est; initiales et versales q. d. carminis litterae insulari more rubro, viridi, gilvo coloribus sunt pictae; singulas carminis partes versus semiuncialibus litteris exarati notant. In fine est:* Explicit m&rica EXPOSITIO aldhelmi epis|copi de virginitate sc̄orum ⁝ *v. 733—2482 desunt; solos igitur continet v. 1—732. 2481 ad finem.*

Fol. 39ᵃ Aldhelmum excipit carmen duodeviginti versuum, quod colorem Aldhelmianum prae se fert: Plus amat altithronus sensus quam sophica dicta Exaltans humiles typhos in tartara mergit Simplicitasque placet caelestibus alma colonis . . . Iam tuba terribili surgunt et corpora tumbis. Omnia de priscis perpes laus gloria sanctis Rex unus specimen sceptrum decus omnibus unum. *39ᵇ—40ᵃ leguntur* scheMATA LOGV ID EST

FIGVRE orationis, *40[b] Hieronymi, Augustini, canonis Carthaginiensium sententiae* de lapsu eps vel presbiteri, *deinde brevis expositio de partibus animae glossaeque latinae et germanicae ex Aldhelmo desumptae Steinmeyer DXVIII et DXX. Foliis 41—58 librarius anglosaxonicus scripsit* THEMESTII DE ARTE DIALECTICA *fol. 53[a] legitur* THEMESTII EXPLI LOCI DIALECTICI NVNC AD RETHORICOS VENIAMVS, *quam partem (fol. 59[a]) elegans manus Carolingica clausit ita* Finit de rethoricis dicta arthemesii ni fallor *(= Cassiodori dialectica cf. A. Wilmanns, Mus. Rhen. XXIII 395, 10. V. Rose, Hermes I 384); ultimis foliis (59[a] usque ad finem) continetur Gelasii decretum de libris canonicis (cf. Sedulius ed. Arevalo p. 411 sqq.). Vides inter ecclesiastica et grammatica Aldhelmum esse insertum et argumento ipso carminum maxime eum attingi.*

Textum Nazariani e codice eiusdem classis desumptum esse atque Gothanum probant v. 184 transcendens, *470* sopita cadavera leto, *472* Dedit obtutum, *2564* vulga, *2664* gessaque, *2706* Dumque pedes, *alia.*

Sequuntur codices tres ut in fine omnes mutili ita certo cognationis indicio inter se coniuncti: codex Parisinus 16700 (P) saec. IX/X, codex Bruxellensis 4433 (B) saec. X, codex Pommersfeldensis (p) saec. XV scriptus, e quibus primus v. 2253, alter v. 2120, tertius v. 2403 (2404) desinit; versus autem 2060 et 2061 in B et P suo loco sunt omissi, leguntur post v. 1971 in P, post v. 1994 in B, post v. 1972 in p, qui tamen versus suo loco repetit; initia versuum eorundem 2060. 2061 in codice Gothano a manu saeculi decimi adscripti sunt ad v. 1974 (cf. supra p. 330). Accedit, quod in BP v. 1858. 1857 inverso hoc ordine leguntur et in utroque codice deest v. 2080.

Ex his codicibus codex Parisinus 16700 (cf. L. Delisle, Inventaire des manuscrits de la Sorbonne p. 75) olim Sorbonnensis n. 1536 (499) Carolingica scriptura saec. IX/X exaratus et notis grammaticis instructus continet foliis 56 usque ad 96 carmen de virginitate: antecedit (fol. 1—55) Arator, Beda de die iudicii (= Paris. 16668 f. 21[a]—22[a] cf. p. 340), conflictus veris et hiemis (cf. Klein, Rhein. Museum XXII 299) De peccato, sequuntur foliis 99—114 Aldhelmi aenigmata cf. p. 47. Mediam partem primo peculiarem effecisse libellum notae et scriptura docent et numeri singulis fasciculis (sunt tres quaterniones, ternio, quaternio, ternio) adscripti (I—VI); ultimi ternionis folia tria extrema vacua erant; novus librarius v. 2253 subscripsit EXPLICIT LIB ALDELMI DE LAVDE VIRGINV *et addidit titulos aenigmatum 96[b]—98[a]; fol. 98[b] etiamnunc vacuum est. Codex carminis undetricenos versus habet in foliis singulis (23×16, 2 ctm), initiales rubro et gilvo colore pictas, post versuum omnium fines inter schematis lineas puncta rubra; neque ante prologum neque ante carmen legitur titulus.*

Bruxellensis quoque 4433—4438 saec. X (olim fuisse Bollandistarum indicat, quod legitur fol. 1[a], ms. 10*) tribus ex partibus est compositus inde ab initio uni corpori destinatis, folia scriptura vulgari a pluribus librariis exarata habet 120, 20 ctm alta, 12, 5—13 ctm lata cf. p. 45 sq.; egi de codice in Festschrift für A. von Bamberg p. 12 sq. Fasciculus primus (54 folia: in fine 19[b]: II; 28[b]: III; 36[b]: IV; 44[b]: V; 52[b]: VI; 54[b]: VII) continet capitula cum titulis aenigmatum et metrorum et tractatum de regulis sine aenigmatibus et* Mauri Servii de centu metru *(cf. Grammat. Lat. ed. Keil IV 456—467), alter (55—76), cuius partes non sunt numeratae, iterum titulos aenigmatum et aenigmata sine praefatione (in fine 72[a]* EXPLICIVNT ENIGMATA ALDHELMI*) et Argumenta librorum Bibliae (i. e. Alcuini carmina LXVIII 1—18 et LXIX 1—182 PlaC I 287), tertius (= fol. 77—120; sunt quinque quaterniones in fine I. II. III. IV. V notati et quatuor folia singularia) praefationem et carmen de virginitate 1—2120; paginae singulae habent versus vicenos quinos, omnes puncto clausos et ab initiali ante posita incipientes; suprascriptum est rubris nigrisque lineis inter se excipientibus* INCIPIT · LIBER · ALD | HELMI EXAMETRIS | VERSIBVS CON | PO[S]SITVS DE LAVDE | VIRGINITATIS ·⁝·; *glossae pari scriptura atramentoque sed charactere subtiliore ab eodem ut videtur librario sunt additae. Vides tres partes suum quamque argumentum continere Aldhelmianum.*

Codex chartaceus Pommersfeldensis (n. 2883) unicus est Aldhelmi, qui saeculo XV (a. 1494) est scriptus, scriptusque est a Theodoro Gresemundo Moguntino iuniore, qui tum apud Trithemium versabatur, in usum, ut versimile mihi videtur, Trithemii abbatis, qui tunc ipsum primus inter recentiores memoriam Aldhelmi in libro de scriptoribus ecclesiasticis primum 1494 Basileae apud Iohannem de Amerbach typis expresso instauravit; de codice post Bethmann-Hollweg, Archiv IX 524 et Barack, Die Werke der Hrotsvitha p. LXI egit P. de Winterfeld, Hrotsvithae opera p. V. XIV sq. Ex quo codice transcriptus sit, non addidit Gresemundus: sed ex eis quae praemittit Nobilissime mulieris Teutonice Rosvide sacrimonialis versu et oratione conscripta opera, his diebus cum aliis desideratis X. libris *(X om. Winterfeld p. XIV)* feliciter reperta *indicari videtur, etiam Aldhelmi codicem ad Baiuvariae monasterium aliquod esse referendum, ut Hrotsvithae carmina Ratisbonae erant inventa. Habet hic codex post haec Hrotsvithae carmina carmen de virginitate fol. 102—137, versibus carminis post praefationem, turbato propter bibliopegi incuriam foliorum ordine, ita inter se excipientibus 1—1063. 1605—2133. 1064—1604. 2134—2403, cui versui additus est a manu correctoris, qui haud scio an ipse fuerit Trithemius, v. 2404; idem ea inscripsit, quae leguntur fol. 1 (cf. P. de Winterfeld l. l.), cum versus Gresemundi de Hrotsvitha, quae edidit P. de Winterfeld, a tertia quadam manu sint addita. Titulus carminis sic est conceptus:* Liber *(corr.* Libri*)* partheniteucos *(non* parthenitentes *ut edidit Bethmann)* id est de laudibus virginitatis feliciter — Prefacio: Incipit*; post praefationem legitur:* Explicit prefacio Incipit liber partheniteucos. *Ut in Hrotsvithae textu Gresemundi 'in recipiendis corruptelis mira fuit perversitas' (P. de Winterfeld p. V), ita etiam in textum Aldhelmi grassatus est cf. praef. v. 17* Ne frustra fosus *(suprasc.* s*) pro* Ne fur strofosus, *carm. v. 77* spurcula bella *pro* spurca labella, *127* in nido *pro* in mundo, *285* Aurea quem *pro* A. hunc, *386* Salvet virginitas spernens *pro* Verum v. spernit, *437* convergens *in marg. corr.* cornigruis *pro* quo ringens, *608* Quam rex ut vidit gaudens *pro* Quam rex contemplatus ovans, *1250* dominus cum iudicat orbem *pro* mundum dum *(l.* qui*)* laxat habenis, *1261* egregias rhetorum condisceret arte *pro* rethoricas biblorum disceret artes, *1620* Mentio geronimi dum pulsat corda beati *pro* Mentio dum sancti pulsat penitralia cordis, *1677* ioseph *pro* virgo*; sed codicem, quem transcripsit Gresemundus, bonae notae fuisse vel unum illud, quod servavit v. 2178* Fronte caperrabat *(suprasc.* caput radians*!), indicat; nec omittendum est, quod, ut Gresemundus carmen inscripsit* partheniteucos *(=παρθενότευχος?), sic in editione principe inscriptum est* parthenice.

Praefatione inde ab initio instructus erat etiam codex Vindobonensis 969 V (fol. 1ª legitur No. 690*) saec. X nitidissime scriptus, constans foliis 73, 27 ctm altis 19, 2 ctm latis (lineae sunt vicenae septenae), olim, ut legitur fol. 8ª, St. Albani, ut credo Moguntinensis; Moguntio per centuriatores eum puto Vindobonam pervenisse: cf. Tabulae codd. . . in biblioth. Palat. Vindob. asservatorum I 168 (descripsit eum iam Denis I 2, 2300 sqq.) et E. Steinmeyer, Althochd. Glossen IV 640. Novem compositus est quaternionibus, quorum sex priores signati sunt (7ᵇ—47ᵇ) I—VI; Aldhelmi carmen cum praefatione legitur 1—55ª, 55ᵇ additum est Epitaphium Karoli (ex Einhardi vita c. XXXI) 'infra capellam scriptum' et De littera Pythagorea f. 56 (s. XI), Cato philosophus (i. e. Dionysii Catonis disticha), f. 62ᵇ Annaei Senecae proverbia, f. 70ª synonyma Ciceronis, deinde Senecae et Pauli epistulae cum Hieronymi de viris illust. capite, f. 73 Sententiae de Iesu Sirach excerptae (Eccles. 1, 27—7, 16). Hic codex, quem ex codice insulari descriptum esse e. g. v. 514. 2711. 2726 demonstrant, cum S¹, qui ipse quoque praefationem habet, affinitate quadam coniunctum atque ex eius archetypo derivatum esse docere videtur, quod ut in illo, ita in V v. 2686 sequitur v. 2725* (Inde parva seges gliribus densescet acervis) *et quod v. 2756 legitur post v. 2758.*

Eidem classi adnumeranda sunt fragmenta et Wertheimensia et Monacensia, illa codicis saeculo nono, haec codicis saeculo undecimo scripti reliquiae. Atque Wertheimensia

*(= **w**) quidem uno folio duplici (folia singula 19, 5 ctm alta 14, 5 ctm lata erant) continentur, quod agglutinatum erat indumento posteriori libri impressi (Quaestiones de XII quodlib. Thomae de Aquino, Coloniae, Arnold ther hoeren 1471), qui ex monasterio Grunachiensi (= Grunau prope Wertheim) in bibliothecam ecclesiasticam Wertheimensem est translatus. Invenerat folium P. Lehmann, contuli ipse. Exstant in fol. 1ª versus prooemii 20—38, 1ᵇ versus carminis 1—25, fol. 2ª v. 228—252, f. 2ᵇ 253—277; folium ipsum olim fuit alterum quaternionis primi, cuius in paginis singulis viceni quini versus ita scripti erant, ut nigrae rubraeque initiales inter se alternarent. Monacensia (= **M**) vero maiorem partem efficiunt codicis Monacensis Latini 23486, qui ex foliis viginti octo compositus (cf. E. Steinmeyer, Alth. Glossen IV 580) duo folia habet saeculo X scripta ex Macrobii commentario in Somnium Scipionis II 16, 26—17, 16 et II 15, 8—15, 28 (inverso ordine in codicem sunt inserta); cetera folia 32—34 linearum saeculo XI variis manibus scripta ad Aldhelmum pertinent; nunc bibliopegi temeritate misere sunt permixta. Leguntur in his quatuor quaternionum reliquiis post prologum ad aenigmata et commentariolum* de temporibus seu gradibus .i. doctrina Althelmi episcopi *(= Beda hist. eccl. V 18) prologus ad carmen de virginitate et v. 1—438 (fol. 3—10); 439—636 (fol. 23—25); 770—968 (fol. 26—28); 969—1496 (fol. 13—20); 1497—1628 (fol. 11. 12); 1891—2023 (fol. 21. 22); ante prologum scriptus est titulus:* INCIPIT PROLOGVS METRI ALTHELMI EPISCOPI DE LAVDE VIRGINITATIS, *ante carmen* INCIPIT LIBER ALTHELMI. *Notae et glossae tam latinae quam germanicae altero atramento, sed manu eadem sunt adscriptae additique sunt capitulorum tituli litteris maiusculis. Nec omittenda sunt in hac codicum enumeratione excerpta Alcuini in codice Bambergensi B II 10 = **b** saec. X scripto exstantia (cf. Katalog der Handschriften der K. Bibl. zu Bamberg I 1, 364 et F. Vollmer, Auctores antiq. XIV p. XIV sq.), quae quantum concludi potest ex paucis illis frustulis (cf. ad v. 2814) consentire videntur cum textu, qualis in S^2 habetur cf. ad v. 39. 2826. 2881. 2890; his autem excerptis Alcuinum studuisse Aldhelmo, quod tamen etiam aliunde potest probari, satis luculenter apparet.*

*Ex Anglicis autem codicibus duos, quos supra iam commemoravi p. 52 et p. 51 sq., restat ut afferam. Ex quibus Oxoniensis-Rawlinson C 697 = **E** scriptus est IX|X; quod in Germania scriptus esse dicitur, propter titulorum potissimum formam ego non credam. De codice, qui olim fuit monasterii St. Edmundi regis et martyris — legitur hoc fol. 1ª adscriptumque est A 119 — prope Cantabrigium siti, conferendus est Macray, Catalog. codicum manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae V 2, 351 sq. James, On the Abby of S. Edmund at Bury (Cambridge 1896) p. 45, Napier, Old Engl. Gl. p. XII, Maleyn, De aenigmat. Aldh. (Petrop. 1905) p. 197 sqq. Membranae satis sordidae singulis paginis (folia sunt duodeoctoginta 28×15 ctm) lineas habent tricenas ad tricenas ternas et continent 1) 1—16ª med. praefationem aenigmatum* (VERSVS ALDHELMI) *et aenigmata* (INCIPIVNT ENIGMATA AEDITA AB ALDHELMO ARCHIEP̄O THEODORI RETHORIS DISCIPVLO DACTILICO CARMINE QVATERNIS QVOQVE VERSIBVS CONTEXTA QVAE GRECA LINGVA TETRASICA DICVNTVR) *cf. p. 52, 2) 17ª (in inferiore margine legitur* Q̄ · III ·*) — 55ᵇ carmen de virginitate, a quo carmen de octo vitiis (55ᵇ—64ª) titulo singulari separatur fol. 17* INCIPIT EIVSDEM ALDELMI EP̄I DE VIRGINITATE SEV LAVDE SC̄ORVM; *55ᵇ* EXPLICIT LIBELLVS ALDHELMI EP̄I DE LAVDE SC̄ORVM PATRVM · ATQVE VIRGINVM *(maiusculis rusticis)* || EIVSDEM DE OCTO VITIIS PRINCIPALIBVS; *(uncialibus) fol. 64ª* EXPLICIT ALDHELMI ARCHIEP̄I DE OCTO VITIIS PRINCIPALIBVS. *In hanc carminis partem ultimam post fol. 61 duo folia alius et formae et scripturae et argumenti inserta sunt ad ipsum codicem primitus non pertinentia* 'Deus temptat Abraham in Isaac. Incipit praephatio'; *quatuor ultimi versus de virginitate et colophon et initium insequentis carminis fol. 64ª leguntur, 3) 64—78 Prudentii psychomachiam. Fol. 78ᵇ carmen insulari scriptura octo versuum,*

quod editum est etiam a Jamesio l. l., legitur per acrostichon (ADALSTAN) *et telestichon* (IOHANNES) *eum, ad quem datum est (Adalstanus episcopus Londiniensis fuit 970—998), et auctorem indicans. Carmen de virginitate notis grammaticalibus instructum a tribus manibus (1. fol. 17—19ᵃ, 2. fol. 19ᵇ—33ᵇ, 3. fol. 34 usque ad finem) scriptura Carolingica exaratum est; versus omissos manus insularis addidit.*

Partes maiores distinguuntur maiusculis rubro colore expletis; ante linearum schema nota k, *post schema* ⁊ *positum; additur breve argumentum litteris rubris; manus insularis verba notabilia (dispâri, ludîcrum, gypsa, ibidem, vĕgetat, rhetôrum) in margine adscripsit. Inter folia 57 et 58 unum folium (= 2578—2641) excidit.*

Natura codicis, qualis nunc est, facile ex hisce locis potest perspici: v. 39 Nominis in deidate ma *(suprasc.* net*)* dis[tantia] m^2 *in ras.: sic OW; fuit igitur olim* In deitate manet quoque substantia = S^2m^1bC, *272* in tē///plis: plis m^2 *in ras.:* templis *OW[G]:* tempis *A cett., 910* fontana: ont *in ras.* m^2 = *OW* fortuna *A, 1036* Qui et gregis excubias causas: gr. exc. *in ras.* m^2 = *OW* et causas *A, 1330* Nec Iovis *in ras.* m^2 = *OW* Nec Venus *A, 1463 sq.* fusaque *(*a *ex* o*)* Quae: ae *ex* od m^2 . . molem e *ex* a m^2 fusaquae *OW* fusoque *A*, Quae *OW* Quod *A*, molem *OW* molam *A, 1766* serta m^2 *in ras.:* serta *OW* sertam *A, 1859* Quae magis: ae *in ras.* m^2 = *OW* Quos *A, 2178* Fronte venusta nitet: venusta nitet m^2 *in ras. OW;* caperrabat *A, 2382* ringuntur: *ante* r *rasura, in qua fuit* st: stringuntur S^2, *2706* Dum pedibus: pedibus *in ras.* = *OW* Dumque pedes *A. Archetypus, ex quo descriptus est E, proxime accessisse videtur ad eum, ex quo fluxit* S^2, *ad cuius tamen textum immutandum iam ante correcturam aliquantum valuisse is archetypus videtur, ex quo WO sunt descripti et quem W fidissime repraesentat: hoc vel unus ille titulus probat, qui in E et W legitur post v. 2445.*

Restat, ut paucis agam de codice celeberrimo Cantabrigiensi 1567 = Gg V 35, saec. XI, quem saeculo iam tertio decimo pertinuisse ad bibliothecam Sancti Augustini Cantuariensis declarat, quod legitur 1ᵇ: Liber Sci Augustini cant. Distinctio XI Gra . . . *cf. James, The ancient libraries of Canterbury and Dover p. 364 n. 1438, p. 503. 521. Scripserunt de eo plurimi, ex quibus attulisse sufficiat R. Priebsch, Deutsche Handsch. in England I 20 sqq. et F. Jenkinson, Hisperica Famina p. XXXVI sq. cf. etiam Napier, Old Engl. Gl. p. XVII, PlaC I 2 III 561, Jaffé ZfdA XIV (N. F. II) 449 sqq. Ea, quae continet, enumerantur in Catal. of the manusc. pres. in the library of the university of Cambridge III 201—205; utrum in continenti an in Britannia, quod censet Priebschius, sit scriptus discerni non posse F. Jenkinson arbitratur; at certe scriptus est ab homine Anglico. Mihi quidem in Britannia exaratus esse videtur, quoniam nonnulla in textu Aldhelmiano habet, quae in solis Anglicis codicibus leguntur, quemadmodum in aenigmatis consentit cum codice Anglico* B^1. *Nam ut in plurimis cum ea textus recensione consentit, qualem Gothanus exhibet (cf. 123* lecebras, *249* tenia, *762* caveri, *1466* molam, *1859* quos, *2146* romulidis, *2178* caperrabat, *2338* dum nat, *2564* bulga, *2649* Gessa, *2706* Dumque pedes, *2860* cestu*), ita tamen sunt, quae cum OW habeat communia cf. 184* transcendit, *486* comit, *1330* Nec Iovis, *1464 sq.* fusaque — que vehit, *ubi tamen retinet, quod est in A,* molam*; quod v. 910 praebet* montana, *librarii ipsius debetur ingenio. Carmen de virginitate folia 281ᵃ explet ad 327ᵃ (22×15 ctm; versus in singulis paginis 31); in initio legitur:* Orditur althelmi presulis in librum de virginitate prohemium limpidissimo metro miraque dissertitudine compositum *(prologus a carmine rubra tantum initiali notato non separatur) post v. 2445 (319ᵇ)* Finit liber althelmi de laude virginitatis; incipit eiusdem de virtutum pugna cum vitiis, *sed in fine (329ᵃ)* Explicit liber althelmi de laude virginum. *Quemadmodum autem carmen Aldhelmi de virginitate Iuvenco, Aratori, Prospero, carmini de Phoenice, Boethio, Hrabano Mauro adiunxit is, qui librum scripsit, ita eiusdem Aldhelmi aenigmata cum aliis aenigmatum collectionibus (Eusebii, Tatuini, Bonifatii, Simfosii, trium anonymorum) si non una serie at tamen uno volumine consociavit, ita ut*

ipsa auctorum argumentorumque necessitudine ad carmina eligenda et componenda ductus esse videatur recteque codex dici possit, quemadmodum dixit Fr. Jenkinson, corpus poetarum Christianorum.

Enumeratis autem codicibus eis, qui textus formam Gothano aequalem repraesentant eisque qui inter Anglicos quasi mixtum quendam praebent carminis contextum, sequitur, ut alterius classis testes afferam, quorum ex numero non ita satis magno nullus ante saeculum decimum est scriptus; alterius huius classis est etiam Sangallensis primus, qui tamen non eundem sequitur codicem archetypum, quem ei, de quibus hic est agendum.

*Horum ordinem ducit Oxoniensis Bodleianus 577 (**O**) in Anglia scriptura continentali exaratus, quem ego cum F. Madanio (A summary Catal. n. 27645) et A. Napierio (Old Engl. Gl. p. XII) saeculo adscribo undecimo. Folia (20, 1×14 ctm) continet unum insertum et septuaginta sex, lineas stilo ductas exhibentia vicenas; fol. 1ª praeter alia nonnulla legitur (in marg. inferiore)* Maij 7° MDCCXV Bibliothecae Bodleianae dono dedit Vir pereruditus Guilielmus Brewster, de Herefordia, M. D.; *priores possessores fuerunt saec. XVI Guil. Seller et Guil. Rife (cf. Madan l. c.), sed ubi scriptus sit nescitur. Insignis est non solum punctis grammaticalibus*[1], *sed etiam folii inserti picturis duabus, quarum altera ei, quae in Lambethano prosae codice cf. p. 217 extat similis est, altera cum codice Regio 7 D XXIV et Regio 5 E XI est conferenda; addo priorem tam in habitu sanctimonialium quam delineandi ratione cum eis picturis multa habere communia, quae codices Prudentii Cottonianum (Cleopatra C VIII) et Monacensem 29031ᵇ ornant cf. R. Stettiner, Die illustr. Prudentius-Handsch. Tafelband (Berlin 1905) tab. 35|36. 48. In pagina folii praepositi recta pictus est Aldhelmus ad pluteum sedens aureola decoratus, in versa Aldhelmus Hildelithae cum tribus sanctimonialibus flexis genibus adstanti librum suum porrigens: quasi abbreviata haec est Lambethanianae picturae repetitio. Initiales rubrae versibus sunt praepositae, partes carminis nigris maiusculis (v. 100 habet auratam) distinguuntur eisque rubri tituli sunt praefixi adscriptumque est saepius* k. *Praefationi praefixum est* INCIPIT ALDHELMI EP̄I DE VIRGINITATE, *carmini* INVOCATIO AD DM̄ DE LAVDIB: SC̄ORꝝ VIRORVM, *v. 99* DE LAVDE VIRGINITATIS, *post v. 1652* DE SACRIS VIRGINIBVS, *post v. 2445* EXPLICIT LIBELLVS ALDHELMI EPISCOPI DE LAVDE SCORꝝ PATRVM ATQVE VIRGINVM·: INCIPIT LIBER EIVSDEM DE OCTO VITIIS PRINCIPALIBVS, *in fine* EXPLICIT LIb̄ ALDHELMI DE OCTO VITIIS. *Aliam atque Gothani in Bodleiano valere textus recensionem vel v. 39 (*Nominis in deitate manet distantia triplex; *Goth.:* In deitate manet quoque subsistentia triplex*) indicatur.*

*Frater huius codicis aetate fere eadem, sed hic insulari scriptura exaratus saec. X|XI est Oxoniensis Bodleianus 49 (= **W**) folia (19×14, 5 ctm) ipse quoque septuaginta sex lineas vicenas habentia continens (in Catalogo anni 1697 p. 97 est n. 1946 cf. etiam A. Napier, Old Engl. Gl. p. XVII n. 15); versus singuli praeter eos, qui interpunctionem (;) in fine habent, extra linearum stilo ductarum schema, concluduntur omnes per :-; initiales et capitulorum titulos habet quales O, partes item atque ille notavit, sed titulo libri addidit* SEV LAVDE SANCTORVM *(ut E). Etiam in textu concordat cum O punctaque ut ille grammaticalia habet et glossas tam Latinas quam Anglicas. In membranacea tectura posteriore legitur* liber sancti Swithini Wintonensis ecclesiae, *etiam fol. 1ª in margine inferiore idem olim fuisse videtur, nunc erasum: fuit igitur olim ecclesiae Wincestrensis (Winchester); in Bodleianam saec. XVII ineunte inlatum eum esse F. Madan me docuit constare eo, quod in tectura anteriore legitur* Tho. Allen D. D. *Codicem contulit a. 1639 I. F. Gronovius (cf. Burmanni Syll. epist. II 596), qui pervetustum et optimae notae eum*

1) *Exempli causa appono v. 2674 sqq.* Sp̈s ille uagus cupit uẗ mens otia querat. | Occüpet eẗ studium iäm somnolentia sensum. | Sedula sollicitũ puls& ne lectio pectus | Lumina nec uigilũ scripture tramite tendat;

nominat et ex eo potissimum desumpsit, quae in Observatorum in scriptoribus ecclesiasticis Monobiblo (Deventer 1651) ad carmen Aldhelmi attulit emendandum, et post eum N. Heinsius, cuius collatio exstat in codice Leidensi Burmann. 4° 13; etiam Gilesius eum se adhibuisse testatur, qui in codice scripsit Collated throughout for my new edition of Aldhelms works I. A. Giles 1844. *Hunc codicem arta quadam cognatione cum codice Oxoniensi Rawlinson C 697 coniunctum esse iam supra notavi.*

Tertius huius familiae codex est Cantabrigiensis Corporis Christi Collegii 285 saec. XI (C[1]*), de quo conferendus est A. Napier, Old Engl. Gl. p. XVIII n. 18 et M. R. James, The sources of Archbishop Parkers collection of MSS at Corp. Christi coll. (Cambridge 1899) p. 52. Post carmen de Henrico quinto (saec. XV) foliis 75—131 (26×18 ctm; lin. 27) scriptum est Carolingico charactere punctisque grammaticalibus instructum carmen de virginitate, quod inscribitur ut in E et W* (SEV LAVDE S'CORVM)*; eundem archetypum demonstrant, quae leguntur v. 200. 613. 1652. 2445 et textus cf. e. g. 1330. 1464. 2171; in fine Aldhelmus* archiepiscopus *audit ut in E cf. proll. ad aenigm. p. 52. 343.*

Ultimo loco nominandus est codex Gandensis saec. XII: fol. 1[a] *legitur* Lib̃ sci Petri Gandẽsis ecclie servanti benedictio. tollenti maledictio. Qui abstulerit foliũ vel curtaverit. anathema sit. *Codex, ut* ms. 65 *in eodem folio scriptum indicat, olim Bollandistarum Antwerpeniensium, Napoleone I imperante transportatus fuit Lutetiam Parisiorum ibique, ut N coronatum in tergo libri impressum confirmat, nova tectura est ornatus; anno 1815 Bruxellas reductus et anno 1816 Gandensi bibliothecae redditus est. Foliis 1*[b]*—51 legitur Aldhelmus de virginitate, 52*[b]*—95 (saec. XII init. haec pars codicis (= Bibl. Gand. Codd. Mss. N. 264*[a]*) cum Aldhelmo nondum fuit coniuncta) Sedulii carmen paschale cum hymnis duobus (= h II et I), versibus anacyclicis (*Gloria magna patri *e. q. s.), versibus* LIBERTI SCOLASTICI *(*Liberati *Huemer p. 309) et* BELLESARII SCOLASTICI*; in fine 95*[b] *legitur* IVVENCVS NOBILISSIMI GENERIS HISPANORVM PRESBITER *non sequente carmine. Tria folia ultima ad ea, quae praecedunt, nil pertinent: fol. 96 (saec. X) continet locos biblicos (= I Corinth. 9, 27—10, 4. Matth. XX 1—16, preces et II Corinth. 11, 19), fol. 97|98 fragmentum pretiosissimum saec. VII uncialibus litteris scriptum ex Hieronymo — ut me docuit Vanderhaeghen v. d. — ad Sabinianum = Migne Patrol. XXII 1195 — 1201, cuius imago habetur in Album belge de paléographie pl. I et apud Chatélain, Uncialis scriptura pl. LXXVI cf. Van den Gheyn, Revue des bibl. et archives de Belgique 1907.*

Codex Aldhelmi nitide scriptus (28—33 lineae, in schemate impresso, per totum ferc librum (aliter fol. 48[b]*) rubris ac viridibus initialibus, quae etiam in inscriptionibus nonnunquam alternant, distinctae) inscriptus est* INCIPIT LIBER ALDELMI EP̃I DE LAVDE VIRGINITATIS SEV LAVDE SC̄ORVM *(= W), singulas partes eisdem titulis separat atque W (etiam v. 16* VNDE SVPRA *= 107 et v. 200* EXHORTATIO CONIVGATOR̃ BONOR̃*), primos novarum partium versus maiusculis rusticis exaratos habet. In textu consentit cum W, egregium propriae interpolationis testimonium exstat 852 sq.*

Codices XIII et XIV saeculo scripti mihi non innotuerunt extincto sane Aldhelmianae poesis studio, quod olim etiam in scholarum institutione maxime viguisse glossae ipsae demonstrant, quamquam fieri etiam potuit, ut interciderent eorum saeculorum codices, ut interciderunt Coloniensis Fabri, de quo infra agetur, et Leodiensis Delrii, in quo aenigmata et carmen de virginitate coniuncta fuerunt ut in Sangallensi, Parisino aliis. Unum codicem omisi saeculi IX|X: Vaticano-Reginensem 2078, de quo dixi in proll. ad aenigm. p. 50: continet is (cf. Reifferscheid, Sitzungsber. d. Wien. Akad. 1868 p. 47) carminis versus v. 153—2700; non praesto mihi eius fuit collatio, nec, si Peiperi de eo constat iudicium (Alcim. Avitus praef. p. LXVII), quod probant lectiones aenigmatum, multum referebat eum novisse.

Typis autem Aldhelmi carmen primum impressum est viginti fere annis post codicem Pommersfeldensem scriptum — ipsius Trithemii abbatis de Aldhelmo testimonium in prae-

fatione laudatur — anno 1513. Edidit Iacobus Faber hoc titulo (cf. Catal. général des livres imprimés de la Biblioth. Nationale I 243) Vatis divini Althelmi presby|teri Abbatis Episcopi Parthenice. Quam | haud ab re: si placet eiusdē passionale | dixerit quispiā. Accedit eiusdem nobile psychomachiamache opuscu|lū. Postremo Tyronis | pspi exhortatio de cō|tēptu mūdi ġuis|sima et elegā|tissima; *in fine legitur* Excusum in officina lrātoria industrij | viri probatiq; opificis Theoderici de | Borne Davētrię Annno *(sic!)* dm̃ı .M. | CCCCC .XIII. *Sunt folia 56 in quarto (17, 5×15, 5 ctm) gothico charactere, nullis custodibus paginarumque numeris per* $\mathfrak{A}_{//}$ *—* $\mathfrak{F}_{////}$ *signata, alternantibus inter se quaternis binisque foliis; in fine delineatio est xylographica episcopi ecclesiae formam portantis et abbatis cum vexillo et libro. Unicum, quod exstare scio, exemplar in bibliotheca adservatur Nationali Parisina; qui librum nominant J. A. Fabricius in Bibl. Lat. med. aevi (Patavii 1754) I 54 et Th. Wright in Biogr. Brit. I 222 (non affertur a Panzero in Annalibus typographicis VI 486; IX 453), eum anno 1512 impressum esse dicunt, quo anno praefatio est subscripta (*Ex Daventria octavo Idus Iunias Anno a natali Christianissimo Duodecimo super Millesimum *(sic!); neuter igitur librum vidit: et tam fuit incognitus, ut ipse eum cum aliis, antequam eum vidissem, pro editione non carminis, sed prosae putarem. Textum sumpserat Faber ex codice, quem ipse ab Alexandro Hegio, hic 'accomodato habebat ex celebri et antiquo conventu qui nominatur Martini maioris Colonie ab eius coenobii abbate reverendissimo nec secus in divo Aldhelmo atque in Iuvenco quem ante multos annos primus omnium publicarit' dicit se sudasse scopulis in eo occurrentibus pluribus, 'quos vix superare daretur, cum ob versum imperfectiorem, tum maxime propter peregrinam et incognitam characterum, quibus exaratus esset archetypus, ductionem, qui prae se tulisset longissime repetitam antiquitatem et aliquid ante invisum'. Conicio igitur codicem scriptum fuisse scriptura insulari: sic facile declaratur quod v. 35 scripsit Faber* post mundum *pro* per mundum*; frustra eum quaesivi, perisse eum lugendum est; sed anno 1494 ex bibliotheca S. Martini ab abbate emissum numquam eum illuc redisse mihi verisimile est, quod inter libros bibliothecae illius, quos Ziegelbauer in Historia rei litterariae Ordinis S. Benedicti (Augustae Vindelic. 1754) I 503 e catalogo eius enumerat, non nominatur. Eum classis fuisse alterius docent, quae in editione Daventriana singulis carminis partibus praefixa leguntur, e. g.* de vita coniugatorum, *v. 97* De virginitate *e. q. s. a. et quod carmen in tres libros dividitur; in textu autem recensendo tanta temeritate et lubidine abusus est Iacobus Faber, ut genuinam textus formam vix recognoscas: quidquid minus intellegebat, quidquid minus ei placebat, audacissime mutavit et sua pro Aldhelmianis venditavit. Sufficit duos primos praefationis, cuius artificiosam formam non perspexerat Faber, versus afferre, quos sic edidit*

Carmina virgineos nunc promant casta Tyrones
Vt capiat laudes [laudes] sub cardine virgo quadrato!

et hos paucos ex carmine versus

1626 Septuaginta duos revocavit advena libros
2149 Edidit in lucem quos umbra exotica texit
2178 Fronte gravis patuit frugalis virgo tonantis
2849 Talia sed timidus qui scribit tela pavescat
2860 Qui proprio fretus cęstu confidit in armis.

Itaque ut editio ipsa neque ad alias quicquam valuit, cum memoria eius plane fuerit obliterata, neque ad textus formam potuit quicquam valere, cum textus ipsius totus Fabri arbitratu fuerit immutatus, ita tamen iam centum fere annis ante Canisianam, quae vulgo pro prima fertur, editionem typis mandatum esse carmen de virginitate iam constat et unica mansit, quae ante illam publici iuris sit facta. Edidit autem Canisius carmen Ingolstadii 1604 in Antiquae lectionis tomi quinti parte secunda p. 793—876; cuius editionis hic est titulus: Sancti Althelmi Schireburnensis apud occidentales Saxones episcopi

libri duo Carmine descripti primus de Laude virginum, alter de Octo principalibus vitiis. Nunc primum ex membranis m. s. celeberrimi Monasterii S. Galli editi. *Atque codicem quidem Canisius, aliis duobus, qui tunc in eadem bibliotheca praesto erant, non adhibitis, secutus est unum Sangallensem 263, ex quo cum carmen in duos libros distinctum ediderit, nil curans subscriptionem (quam tamen typis expressit:* Explicit liber Althelmi de laude virginum*), ita divisum carmen mansit in ceteris editionibus omnibus, quemadmodum inde a Canisio omnes editores fictam a Delrio dedicationem* Praefatio ad Maximam Abbatissam *et lectionem a Canisio falso immutatam:* quadrato carmine *(pro* cardine*) repetiverunt. Pauca de Aldhelmo ipso inprimisque de prooemii forma, quam bene et intellexit et descripsit, praefatus Canisius etsi diligentius in textum non inquisivit, tamen sobrio iudicio et a nimia mutandi lubidine prudenter abstinens, sed errans saepius propter sermonis Aldhelmiani inscitiam textum tam bene edidit, quam per Sangallensis licebat naturam et, quod magna carminis Aldhelmiani pars aliquatenus emendate legebatur, hoc Canisii debetur sollertiae ac fidei; maxime peccavit in eo, quod de sensu parum securus interpunctionem neglexit et aperta Sangallensis peccata reliquit. Iterum edita est Canisii editio a Iacobo Basnagio in volumine Thesauri monumentorum ecclesiasticorum et historicorum primo (Antverpiae 1725) p. 709—762: hic Canisii notis addidit eas, quas Hanckius ad Aldhelmi textum composuit, e quibus una certe egregia est (cf. ad v. 791); Basnagius ipse ad emendationem editionis nihil contulit, ad interpretationem non multa.*

Ex editione Canisii Aldhelmi carmen transumptum est cum aenigmatibus et prosa de virginitate in editiones Bibliothecae Maximae Patrum: e quibus primum Aldhelmiana illa exhibet editio Coloniensis (1618) in volumine octavo; editio Lugdunensis omnium optima anni 1677 habet carmen cum aenigmatibus et prosa in volumine XIII 1—22. Ex editione hac manavit ea, quam I. A. Giles (Oxonii 1844) curavit collatis codicibus Parisinis et codice Bodleiano n. 49, ex qua collatione nonnulla adnotata sunt p. 389 sq.; huius editionis textus etiam apud Mignium in Patrologiae Latinae vol. LXXXIX 237—290 extat, insertis tamen nonnullis, quae Giles ex Bodleiano et ex Parisinis attulerat: festinantius Gilesii opus est confectum, quam ut innumeris, quae textum invaserant, vitiis medelam potuerit adhibere et cum Migne totus sit in Gilesio exprimendo, idem de hoc iudicandum est atque de illo: quod unum Mignius ipse pro errore, qui apud Gilesium extat, typographico v. 30 mutavit Sandite *in* Scandite, *hoc uno quasi exemplo docet, quid si plura corrigere ei libuisset, potuerit exspectari. Optime consuluit textui Aldhelmiano in commentatione Russica Alexander Maleyn, sed neque edidit textum nec edere eum consilium cepit; at viro huic ego maximum debeo beneficium, qui ut aenigmatum ita carminis codicum, quos plurimos vel ipse contulerat vel ab aliis collatos habebat, collationes mecum communicavit eisque uti mihi liberalissime concessit: pro quo adiumento gratias ei ago maximas.*

CODICES CARMINIS DE VIRGINITATE.

Gothanus I 75 olim Murbacensis	*saec. VIII*	*A*
Petropolitanus F XIV, 1, primum Centulensis, deinde Corbeiensis	*saec. VIII/IX*	*R*
Bruxellensis 4433	*saec. X*	*B*
Parisinus 16668 olim Nazarianus	*saec. IX*	*N*
Parisinus 2339 olim Lemovicensis	*saec. IX/X*	P^1
Parisinus 16700	*saec. IX/X*	*P*
Turicensis C 59/274 olim Sangallensis	*saec. IX*	*S*
Sangallensis 242	*saec. IX/X*	S^1
Sangallensis 263	*saec. X*	S^2
Bodleianus 49 olim Wintonensis	*saec. X ex.*	*W*
Bodleianus 577	*saec. XI*	*O*
Rawlinson C 697 olim Bury St. Edmunds	*saec. IX/X*	*E*
Cantabrigiensis Collegii Corporis Christi 285	*saec. XI*	C^1
Cantabrigiensis Gg V 35 olim Cantuariensis	*saec. XI*	*C*
Monacensis 23486	*saec. XI*	*M*
Vindobonensis 989 olim Moguntinus	*saec. X*	*V*
Gandensis	*saec. XII*	*G*
Pommersfeldensis 2883	*scriptus 1494*	*p*
Excerpta Bambergensia B II 10	*saec. X*	*b*
Fragmentum Wertheimense olim Grunachiense	*saec. IX*	*w*

ALDHELMVS DE VIRGINITATE.

[CARMEN.]

PRAEFATIO.

METRICA TIRONES NUNC PROMANT CARMINA CASTOS
Et laudem capiat quadrato cardine virg**O**.
Trinus in arce Deus, qui pollens saecla creavi**T**,
Regnator mundi regnans in sedibus alti**S**
Indigno conferre mihi dignetur in aethr**A**
Cum sanctis requiem, quos laudo versibus isti**C**.
Arbiter altithronus, qui servat sceptra supern**A**,

Prologus deest in A a m[1], *additus est fol. 25*[a] *saec. X (A*[1]*), item in S saec. X a manu aequali ei, quae addidit v. 2446 usque ad finem = saec. X; etiam in P*[1] *postea (saec. X) est additus a manu aequali; in S*[2] *(fol. 28*[b]*; fol. 28*[a] *vacuum est) ab alia manu est insertus inter extremos versus carminis Bedae de virtutibus Cuthberthi; omissus nec postea suppletus est in R; solos versus 1—20 sine titulo, carmine non sequente, habet a manu saec. XI Vindob. 842 saec. IX fol. 1*[a]*, in folio ultimo post Hrabani Mauri de vitiis et virtutibus v. 21—26; v. 11—18 leguntur inter excerpta Alcuini in codice Bambergensi saec. X.* INCIPIT PROLOGUS LIBRI ALTHELMI de laude uirginum *S*, INCIPIT PROLOGVS METRI DE LAVDE VIRGINITATIS *M*, INCIP̄ LIBER A(L)DHELMI EPİ DE VIRGINITATE *S*[1]*O*, INCIPIT LIBER ALDHELMI EPİ GRAMMATICI DE UIRGIN.... *A*[1], INCIPIT LIBER ALD(H)ELMI EPISCOPI DE UIRGINITATE SEU LAUDE SANCTORUM *C*[1]*GW*, INCIPIT EIUSDEM ALDHELMI EP̄I DE UIRGINITATE SEU LAUDE S̄CORUM *E (antecedunt aenigmata; in fine* EXPLICIT ALDHELMI ARCHIEPİ DE OCTO VITIIS PRINCIPALIBVS*)*; INCIPIT LIBER ALDHEMI EXAMETRIS VERSIBVS CONPOSSITVS *(prius* S *eras.)* DE LAVDE VIRGINITATIS *B*, Orditur althelmi presulis in librū de uirginitate phemium limpidissimo metro miraque dissertitudine compositus *C*, Libri *(divisum est carmen in libros tres)* partheniteucos id est de laudibus virginitatis feliciter Prefacio: Incipit *p*, Vatis diuini Althelmi presbyteri Abbatis Episcopi Parthenice *fol. 1*[a]*;* Althelmi presbyteri Abbatis Episcopi parthenice vel alio vocabulo Passionale. Oratio Althelmi presbyteri *fol. 2*[b] *ed. pr. Fabri.* S. Althelmi praefatio ad Maximam abbatissam, *quod Delrium secutus Canisius ceterique editores prologo praescripserunt, nullus codex habet: inscriptio prave ficta est v. 20 male intellecto. Quod Delrius in editione aenigmatum (Moguntiae 1601) dicit* 'Carmen autem hoc dicat Maximae abbatissae', *falso post Canisium etiam Denis (Catalog. theol. bibl. Vindob. II col. 2300) non ad coniecturam Delrii, sed ad Leodicensis codicis nunc deperditi auctoritatem referendum esse putavit. De titulo confer etiam haec:* Scripsit et de Virginitate librum eximium *Beda hist. eccles. V 18.* Scripsit ergo aenigmata et de laude virginum geminato opere, prosa scilicet et carmine, librum eximium *Faricius vita Aldhelmi c. II (p. 364 G.); Willelmus Malmesb. ter librum laudat* de virginum laude *(II 73 V 196 p. 143. 343 Ham.) semel* libros de Virginitate *(V 213 p. 358 Ham.) cf. etiam ad prosae praefationem p. 226 et 229. In nullo codice carmen cum prosa coniunctum legitur.*

1 etrica *Mp* tyrones *GSS*[1]*S*[2]*OPVW* promunt *(suprasc.* a*) A*[1] 2 cardine *codd.*, cordine *N*, in cardine *P*[1], carmine *Canisius edd. cf. v. 259. 678; Festschrift für A. v. Bamberg p. 20 sqq. cf. Oros. I,* 2 maiores nostri orbem totius terrae triquadrum *(sic codd. sex)* statuere *et carm. de XII ventis (Becker ad Isid. de rer. nat. p. XVIIII) v. 60* Hi sunt bisseni quadro sub cardine venti 4 mundi in sedibus regnans, *post* mundi *et ante* regnans *posita lineola obliqua cum puncto, S*[1] 5 Indigo *(suprasc.* n*) S* 7 altithro *(add.* nρ *m*[2]*) N*

1 *Artificiosam praefationis compositionem, qua primus versus in fine inverso litterarum ordine et in acrosticho a primo ad ultimum, in telesticho ab ultimo ad primum versum repetitur, simili artificio imitatus est Lullus in epistula cf. Traube ad Ep. Mer. I 386. In praefatione aenigmatum Aldhelmus acrosticho et telesticho eodem per eundem ordinem currente versus circumcludere satis habuerat. cf. v. 46* Garrula virgineas depromat pagina laudes *cf. v. 460* 2 *Similia adtulit ad Paschasii Radberti eclogam v. 107 (PlaC III 49) L. Traube* 5 *v. 2903 sq.* Ultimus in requiem divino munere fretus Adduci merear Christo regnante per aethram. *Ad* conferre *A. Gronovius adscripsit v. 2212 sq.* 6 istic = in hac vita *vel* in hac terra *cf. v. 13. 33 carm. v. 728* 7 *et* 11 *Sigilai vers. ad Hlotharium imp. v. 1 (PlaC II 670)* Arbiter altithronus, mundi formator et auctor. *Milo vita St. Amandi I, 1 PlaC III 569* Arbiter omnipotens, hominum rerumque creator

Tradidit his caeli per sudum scandere limeN
Inter sanctorum cuneos, qui laude perennI
Rite glorificant moderantem regna TonanteM.
Omnitenens dominus, mundi formator et auctoR,
Nobis pauperibus confer suffragia certA
Et ne concedas trudendos hostibus istinC,
Sed magis exiguos defendens dextera tangaT,
Ne praedo pellax caelorum claudere limeN
Uel sanctos valeat noxarum fallere scenA,
Ne fur strofosus foveam detrudat in atraM,
Conditor a summo quos Christus servat OlimpO,
Pastor ovile tuens, ne possit rabula raptoR
Regales vastans caulas bis dicere puppuP,
Omnia sed custos defendat ovilia iam nunC.
Maxima, praecipuum quae gestas numine nomeN,
Addere suffragium mater dignare precatU!
Nam tu perpetuum prompsisti lumine lumeN,
Titan quem clamant sacro spiramine vateS,
Cuius per mundum iubar alto splendet ab axE
Atque polos pariter replet vibramine fulmeN:
Rex regum et princeps populorum dictus ab aevO
Magnus de magno, de rerum regmine rectoR.
Illum nec terrae nec possunt cingere caelI
Nec mare navigerum spumoso gurgite vallaT
Aut zonae mundi, quae stipant aethera celsA.
Clarorum vitam, qui castis moribus istiC
Auxiliante Deo vernabant flore perennI,

---

8 sude *(suprasc.* v *m²) N,* ludum *Canisius* 10 rega *(suprasc.* n*) S* 11 omnipotens *MS¹S²* mundi *om. b* 12 paperibus *C* 13 concedat *M* tradendos *b* 14 magis defendens exiguos *punctis alio atramento supra* magis *et* exiguos *positis A¹*, exiguus *V* dextra *M* tangit *Vind. 842* 16 ueleat *(*e *in* a*) S* noxarū *(*ū *m² in ras.) P* 17 strophosis *O,* frustra fosus *(suprasc. alt.* s*) p* 18 xpo *(*o *in* s*) P¹* olimpho *EOPW* 19 neq; possit *P* 20 Reg///ales *P,* Regalis *Giles* causas *(*s *in* l*) A¹* bupbup *S¹S²,* pupup *(*p *supra* p *alt.) A* 21 custus *P* ouileas *(*e *in* i*) A¹* te *(suprasc.* v*) S¹* 22 precipuum . . numine numen *S¹*, Magno . . . gestans cum numine *suprasc.* Maxima *et* que gestas *man. rec. Giles P¹,* Nomen *(suprasc.* u*) P¹* qui *Vind. 842* 23 suffragium *A¹N,* praesidium *cett.,* presiduum *w* 24 promsisti *A¹CMNW,* promẽsisti *BEP* 26 alto *(supra lin. m¹) C* iuẽbar *E; iuxta marg. V 842 adscripsit:* Cum scīs requiẽ quos laudo versib; istiC 27 polos *om. A¹, in marg. N,* polum *C,* poplos *P* lumen *P* 28 ex princeps *M,* ac princeps *P* pupuloꝙ *Mm¹P (corr. m¹)* 29 dmagno *(suprasc.* e *m¹) N* regum *P¹*, regẽmine *ES* 30 nec terrę possunt nec c. c. *P* possť//// *B* 31 nauigerum *(*r *in ras.)* spumosu *(suprasc.* o*) P* 32 quẽ *(*ẽ *in ras.) W* 33 Clarorum *(*a *ex* o*) S¹* qui castam qui castis *A¹*, qui castis *A²*, qucastis *P¹* 34 uernebant *(*a *supra* e*) O,* uernabat *(*n *in ras.) E* phenni *C*

---

15 praedo *et* fur *idem ac* diabolus *cf. carm. rhythm. II 36* Fur vix erectus. *Sedul. c. p. III 307* praedo furens ac noxius hostis, *carm. de virg. 2627* latro mendax, *v. 2718* praedo pellax 17 *v. 364* foveam retrusus in atram, *Sedul. c. pasch. I 301* foveam delapsus in atram *M. cf. epist. ad Acirc. p. 198, 20* 18 *Sedul. I 82* qua servat amoenum Pastor ovile tuens *M.* 20 *Hrabanus Maurus VI, II 13 (PlaC II 167)* Ut numquam valeat hostis dehinc dicere puppup 22 *Sanctae Mariae Genetrici consecrata erat ecclesia, quam Aldhelmus in monasterio Malmesburiensi c. a. 685 aedificaverat cf. ad carm. eccles. II et vitam Faricii c. III* 24 *cf. ad carm. eccles. II 5* 25 *carm. eccles. II 6* Quem clamant Titan almo spiramine vates. *Gronovius versum refert ad Maleachi IV 2 (conf. Lucas I 78)* 28 rex regum: *I Timoth. 6, 15;* princeps populorum: *ps. 104, 20 (Pharao)*

Sanctis aggrediar studiis edicere paupeR,
Tanta tamen digne si pauper praemia prodaT,
Omnia cum nullus verbis explanet apertE.
SOTSAC ANIMRAC TNAMORP CNVN SENORIT ACIRTEM

Omnipotens genitor mundum dicione gubernans,
Lucida stelligeri qui condis culmina caeli,
Necnon telluris formans fundamina verbo,
Pallida purpureo pingis qui flore virecta;
Sic quoque fluctivagi refrenans caerula ponti,
Mergere ne valeant terrarum litora limphis,
Sed tumidos frangant fluctus obstacula rupis,
Arvorum gelido qui cultus fonte rigabis
Et segetum glumas nimbosis imbribus auges;
Qui latebras mundi geminato sidere demis:

---

35 adgrediar $A^1GMNOP^1S^2$, agrediar *(suprasc.* d*) C*, adgrediar *(*d *in ras.) E* 36 si digne S^1, digne si S^2 probat *P* 37 cum nullis uerbis A^1 explanat A^1w 38 *infra hunc versum maiusculis litteris scriptum versus idem recto litterarum ordine minusculis ab alia manu scriptus legitur* A^1 ractramor pnū senoritae iste *(*iste *in ras.* m^2*) P*

Prologum et tractatum unius lineae spatio separant, titulo non addito, BPVw; nec Gothanus, cuius vetus pars hinc incipit (initium notat littera maiuscula decorata), habet titulum, nec P^1 EXPLICIT ALDHELMI epī pręfatio, || INCIPIT METRICA EXPOSITIO ALDHELMI epī DE UIRGINITATE SCORUM·:·N INCIPIT EXPOSITIO METRICA DE UIRGINITATE LAU|DANDA IN SCIS UETERIS ET NOUI TESTAMENTI *R*, INCIPIT LIBER ALTHELMI *M*, INCIPIT LIB ALTHELMI epī *in ras. S*, INCIPIT LIBER ALTHELMI DE LAVDE UIRGINUM S^2. — INVOCATIO AD D^{N}M DE LAUDIBVS SC^{I}ORUM UIRORUM C^1EOW, INVOCATIO AD DM DE LAVDIBVS SANCTARUM VIRGINVM *G;* INVOCATIO AD DM *C*, Explicit prefacio Incipit liber partheniteucos p *Infra prologum index XLI capitulorum* (I. heliseus, II. hieremias, III. Daniel ...., XL. Rufina & secunda, XLI. anatholia & uictoria *cf. p. 334 sqq.) legitur in S; idem post finem Bedae de virtutibus Cythperti additus est in* S^2 *hoc titulo* Horum cōmemorat poeta in libro sequenti 1 gubern/.. *A Ultimae et primae versuum litterae fere a bibliopego sunt abscisae.* INVOCATIO AD DM *C in marg.* 2 stellegeri (e *alterum in* i) S^1 3 non *alio atramento in spatio vacuo scriptum A* formans *codd.*, formas *p Giles* fundamina terrę, terrę *sublatum et* uerbo *suprasc.*, S^2, fundans fundamina uerbo *G*, fundans fundamine uerbi *R* 4 pallide *(suprasc.* a m^2*) S*, Pallada a *in* i P^1 pingis *supra lin. C* 5 Sic iam *R*, Sic et ///// *(in ras. fuit* iam*) C* uagi *suprasc.* fluctī *C* refrenans ASS^2b, refrena///s *CM*, refrenas GP^1ORS^1V, /////frenas qui *P*, frenas *(adscr.* re m^2*) Nw* fluctiuagi frenas, *suprasc.* qui *p* 6 neē *O* ualeat *EGOPP*^{1}*S*^{1}*pw* 7 Ne Sed *(*Sed *deletum)* .. frangam *p* fluctos *(suprasc.* v m^1*) AS* obst///acula *P* fragant *b*, frangam *p* 8 cultus /////fonte *(*m^1 fronte*) S*, cultēs *(supra ras.* u, *in ras. fuit* i*) B* 9 glimas m^2 v *suprasc. G*, glumus *w* augis *b* 10 germinato *b*

---

v. 1 sqq. Verg. Aen. X 668 Omnipotens genitor. *Sedulius carm. pasch. I 60 sqq.* Omnipotens aeterne Deus, spes unica mundi, Qui caeli fabricator ades, qui conditor orbis, Qui maris undisonas fluctu surgente procellas Mergere vicinae prohibes confinia terrae, Qui solem radiis et lunam cornibus imples Inque diem ac noctem lumen metiris utrumque ..... Pande .. viam. *Aethilvulf III 9 (PlaC I 585)* Omnipotens genitor, plasmat qui corpora cuncta, *Alcuin CXIV, IV 1 (PlaC I 585)* Omnipotens genitor, cunctis qui gentibus almam .. fundis .. iubar, *Angilbertus V 1, 1 (PlaC I 365)* Omnipotens dominus, qui celsa vel ima gubernas. *Prudentius Hamart. 281* qui vas tenerum ditione gubernat *M. Aldhelm. Aenigm. 100, 7* Deus mundum dicione gubernat 2 *carm. rhythm. I 94* per caeli culmina, *ib. 55* caelorum culmina, *IV 67* Caeli ceu per culmina *cf. V 30 aenigm. 100, 3* vertuntur culmina caeli, *de virg. 2816* Limpida stelligeri scandentes culmina caeli *cf. v. 1445, Florus IX 61* inmensi statuit qui culmina caeli, *Sedulius Scottus III, II 9* stelligeri conscendas culmina caeli 5 *v. 423* Humida fluctivagi sacrantem caerula ponti. *Sedul. carm. pasch. I 136* patuerunt caerula ponti, *III 219* calidi sub caerula ponti

Nempe diem Titan et noctem Cynthia comit;
Piscibus aequoreos qui campos pinguibus ornas
Squamigeras formans in glauco gurgite turmas;
Limpida praepetibus sic complens aera catervis,
Garrula quae rostris resonantes cantica pipant
Atque creatorem diversa voce fatentur:
Da pius auxilium clemens, ut carmine possim
Inclita sanctorum modulari gesta priorum,
Ut prius ex prosa laudabat littera castos;
Sic modo heroica stipulentur carmina laudem,
Ut fasti seriem memini dixisse priorem
Et dudum prompsit voto spondente libellus!
Non rogo ruricolas versus et commata Musas
Nec peto Castalidas metrorum cantica nimphas,
Quas dicunt Elicona iugum servare supernum,
Nec precor, ut Phoebus linguam sermone loquacem
Dedat, quem Delo peperit Latona creatrix;
Versibus infandis non umquam dicere dignor,
Ut quondam argutus fertur dixisse poeta:
'Pandite nunc Elicona, deae, cantusque monete!'

11 tytan *B* cinthia *BCGMb*, cintchia *P*, chinthia *R*, cynthia *cett.* comet *R* 12 piscibus ////equoreos *S* (us *in ras.*) pinguib//us P^1 ornans *C* 13 Squamigeras (g *ex* t) *V* formas *R* 14 prędibus S^2, prepędibus *R* *comples *codd. (ut v. 1. 3. 5. causa adorandi per participium erat indicanda)*, compes *(suprasc.* l m^1) *A*, ço̲mples *(suprasc.* im m^2) P^1, imples *BPp* aera = aëra *acc. pl. gen. neut.;* aeera *M* 15 que (uę m^2) *A* garrulaq. *(adsc.* uę m^1) *M* rosonantibus *w* 16 diuersã: ∞ m^2 *P*, diuersa (i *ex* e) *B, post hunc versum* VNDE SVPRA C^1WG fatento̲s *suprasc.* tur P^2 17 prius *Canis.* carmina *W* (e *ex* a *S)* 18 Indita *Canis.*, modelari *A*, modolari VBm^1w 19 ex prosa *codd.*, et prosa *Canis. edd.* laudabāt *M*, laudabit a *super* i *R* 20 Sic modo *codd.*, Si modo *Giles* *heroica, *sed in fine* laude *R*, heroicam (ca *in ras.) E*, heroicam (erohicam *A*, h *eras. S) cett., sed conf. prosa c. LX* heroicis exametrorum uersibus .. praeconium pudicitiae . . . canere conabor stimulentur carmina laude *R* 22 libellos *B*, libellos (o *ex* u?) P^1 uotos pondente *R* 23 ruriculas *RMw*, ruricolas *(sed* o *in ras.) S*, ruricolos *(suprasc.* a m^1) S^2 cōmota *P* muscas *R* 24 castolidas S^2 nimphs *suprasc.* a *S*, cantica musas *R* 25 di̲cunt *E* elicona *ABMNPP*^{1}*SS*^{2}*Vw*, Quas dignus eligo nam *R* 26 phoebos AP^1m^1, phebus (o *supra* e) *O*, pheb; *MC*, foeb; *B*, foebi *P* seruare loquacem *C*, loquacem (o *in ras.) P*, iugum seruare *in ras. E* 27 dedit *R* delo (e *ex* o) S^2, quedelo *P* latona̲ *A*, latoma *V* 28 non umquam *ANPP*^{1}*S*^{1}*S*^{2} (quam *supra lin.* m^2), non unquam *Mp*, non numquam *C*, non̲um quamdicere *B*, non̲unquam *(in ras. fuit* n) *S*, ///// numquam *(supra ras.* nam m^2) *E*, nam numquam *G*, nec um quã *R*, nonum quem *Canis.* 29 quandā (o *supra* a *prius) S*, quondam (o *in ras.* m^2) *P* 30 Pandite *codd.*, Sandite *Giles*, Scandite *Migne* elicon̲a *N*, elicona *ut v. 25 (etiam G)*, aelicona *B*, eligoriã *R* dete (t *in* a m^2) *G* monete *AEMOP*^{1}*S*^{1}*S*^{2}*VW*, cantus cantus quemonete *R*, monet///e *(supra* n m^2 v, *in ras. fuit* a) *S*, mouete *BCG*, 'mouete legitur et monete' *Servius ad Verg. VII 641*

13 *v. 2333* Alveus ut Tiberis mersisset gurgite glauco 15 *Albarus IX 128 (PlaC III 135)* rustro pipant dulces per guttura cantos 17 *Sedul. carm. Pasch. I 81* verbique lucernam Da pedibus lucere meis *Ekkeh. Walthar. 309* Ordine sculpturae referentem gesta priorum 19 *cf. ad v. 45* 21 fasti series = series libri *v. 253*, series libelli *v. 772*, bibli series *v. 1295*, stili series *v. 1370*, litterarum serie *prosa c. XLII* [Scotigenum .. seriem *Hisp. fam. B 68*]. *Non recte conferuntur* apicum sēria *v. 988. Corp. Gloss. V 552* fastus, fasti: libri; *cf. ad epist. Cellani adnot. 10 et L. Traube, Perrona Scott. p. 478, 7* 22 *Spectat hic versus ad ea, quae in prosa c. LX pollicitus est Aldhelmus cf. praef. v. 23.* 23 versus et commata *(cf. ad v. 47) hic synonyma sunt cf. carm. eccles. IV 9, 1. praef. aenigm. 10* Castalidas nymphas non clamo cantibus istac *e. q. s. Radbertus IV 1* Aoniae nunc non gelida de rupe Camenae Ut veniant peto *(PlaC III p. 52. L. Traube, O Roma nobilis p. 312). Alcuinus de Sanctis Euboricensis eccles. v. 746* Non Pana rogitans nec Phoebi nomen inane, Sed tua cum toto suffragia corde precarer, Ut mihi rorifluam donares, Christe, loquelam. *Florus Lugdun. XXV 27 sqq.* 30 *Verg. VII 641*

Sed potius nitar precibus pulsare Tonantem,
Qui nobis placidi confert oracula verbi;
Verbum de verbo peto: hoc psalmista canebat
Corde patris genitum; quod proles unica constat,
Quo pater omnipotens per mundum cuncta creavit.
Sic patris et prolis dignetur spiritus almus
Auxilium fragili clementer dedere servo:
Est namque in deitate manens substantia simplex,
In deitate manet quoque subsistentia triplex;
Proprietas ergo credatur nomine trino,
Maiestas vero dicatur nomine simplo!
Namque fides cogit personas credere trinas,
Sed natura Dei, caeli praeclara creatrix,
Omnia regnando dispensat saecula simplex.
En promissa novo scribantur carmina versu!
Garrula virgineas depromat pagina laudes
Colaque cum pedibus pergant et commata ternis:

---

31 nitor *R*, nitar *(o supra* a *m²) S* tonante *P* 33 spalmista *AM*, psalmista nebat *suprasc.* ca, *N*, peto hoc · psalmista *R infra sc. P¹:* eructauit cor meum = *ps. 44, 2* 34 quia *M* prolis unica *R* constet *P¹R*, restat, *suprasc.* c̄, *b* 35 patr////// *(suprasc.* e *m¹, fuit in ras.* is*) A* cunta *suprasc.* c *N* beauit *R* 36 Sic pater et prolis .. almis *R*, proles *Bb*, proles *(*e *in* I *m¹) GP¹* 38 EST NANQUE in dītate *G* manēens *S²* 39 In deitate *(*d *ex* l *in ras.) C* substentia *(*e *ex* a *suprasc.* sis*) B*, subsistentia *(*siste *m² in ras.) S*, substantia *(= b, corr. in* subsistentia *m²) S² (corr. m¹) C* Nominis in dītate manet distantia triplex *OW*, Nominis in deitate ma^{net} dis *in ras.; sequitur a m¹* tantia triplex *E*, In dītate manens nominis distantia triplex *G* 40 credator, o *ex* u, *V* 42 Nanque *G* 43 dite preclara *R* 44 regnado *(*n *suprasc. m¹) P* disponit *R*, dispensa saecula *(suprasc. m²* t*) S*, dispendas d *in* s *G* 45 En *abscissum, ut multa versuum initia A* promisa *(suprasc.* s *m²) A* En persona *R* *Versus uncialibus scriptus in N* 46 uirginitas *R* 47 Colaēq; *B* cōmota *G*, comota *(m. rec.* comata*) P*, comata *R* naternis, na *deletum, A*

---

31 *v. 2817* Ut dominum pulsent clamosa voce Tonantem; *Beda vita Cuthb. cap. IV v. 2* Celsithronum didicit precibus pulsare Tonantem; *Vita Leudegarii martyris II 162 PlaC III 29* His pariter certant summum pulsare Tonantem, *vita S. Galli 1416 PlaC II 464* Aures altithroni precibus pulsare supinis 33 *Respicit Ioh. ev. I 1* (constat = est); *cf. Bedam in Ioh. ev. = Migne Patr. Lat. XCII c. 637. Epist. ad Acirc. p. 74, 20 sqq.* evangelica narrant instrumenta, quod incarnatum Dei verbum, de quo scriptum est: eructavit cor meum verbum bonum *(ps. XLIV 2)* et quod ex utero ante Luciferum psalmista idem cecinit progenitum *(ps. CIX 3)* humanae cogitationis propinquitatem ... dissimulasse. *cf. etiam Ambros. de virginib. III 1, 3* Ipse est, quem pater genuit ... ex corde eructavit *(ps. XLIV 2)* ut verbum. *Prudent. apoth. prooem. 2* Corde Patris genita est sapientia, filius ipse est; *cathem. IX 10* Corde natus ex parentis 34 *ps. 2, 7* 35 *Aldh. aenigm. 91, 1* Omnipotens rector, nutu qui cuncta creavit. *Epistola Leobgythae (Ep. Mer. I 281)* Arbiter omnipotens, solus qui cuncta creavit 38 *Sedul. I 297* Semper ut una perennis Quod simplex triplicet *M. prosa c. LX s. f.* orantem pro nobis beatitudinem vestram alma manens deitatis forma trinitas, una dei substantia et trina personarum subsistentia, totius mundi monarchiam gubernans ab alto caeli culmine iugiter tueri dignetur. *Paulinus Aquil. 14 sq. (PlaC I 127)* In deitate quidem simplex essentia constat; in trinitate manet sed subsistentia triplex 45 novo versu: *quoniam hoc carmen maius primum est, quod ab homine Anglosaxonico est compositum;* promissa *cf. ad v. 22* 46 *cf. praef. v. 1* 47 *prosa c. LX* Porro quemadmodum intactae virginitatis gloriam rethoricis relatibus favorabiliter venerari nitebar, sic identidem ... heroicis exametrorum versibus eiusdem praeconium pudicitiae subtiliter Christo cooperante conabor et ... cum tegulis trochaicis et dactylicis metrorum imbricibus firmissimum culmen caelesti confisus suffragio imponam. — cum pedibus ternis (ternis pedibus *v. 52)* =

Dactilus excepto decurrat fine metrorum,
Spondei quintam contemnat sillaba partem;
Ultima sic trochei concludat littera versum,
Extremus iugiter qui gaudet calce teneri.
Sic ternis pedibus properent epigrammata metri!
Nec tibi difficile prorsus quicquam arbitror esse,
Qui crebris vicibus naturae iura relaxas.
Nam nobis rudibus veterum monumenta librorum
Vocibus humanis fantem testantur asellam,
Garrula quae pridem bombosa fauce rudebat,
Devotaturus populum cum pergere vatis
Vellet et insontem verborum sternere telis.
Plus igitur conferre mihi te posse fatebor,
Qui in me terrenam dignaris condere formam
Et brutum inspiras vitali flamine pectus,
Qui corda ingeniis ornas et labra loquelis,
Nequiquam ut nullus sermonum plectra resolvat
Et fidibus citharae moduletur carmina Christo.
Si vero quisquam chordarum respuit odas
Et potiora cupit, quam pulset pectine chordas,
Quis psalmista pius psallebat cantibus olim,

---

49 syllaba *AGNV*, sillabaꝫ *E* quintam decludat littera uersum *C* 50 sic *om. M* concludꝫt *(eras.* i, *suprasc.* a) *B* 53 psus quidem a. e. *C; iuxta v. 53 in marg.* k *E* 54 naturae iurare laxas *B*, relaxes *(m^2 suprasc.* a) *O; ante v. 53* b, *ante 54* a *scriptum in S; hoc ordine (54. 53) versus leguntur in S^1* 55 monumenta *AMNS²*, moniꝫmenta, i *ex* u, *BS*, monimenta *CEGOPpS^1*, munimenta *V* 57 garula *(*r *alt. suprasc. m^1) C* bõsa *P*, bumbosa *RSm¹*, bombos ã *Canis.* 58 Deuiotaturus, i *eras., R* uatis *AEGNRS²*, uates, e *ex* i, *CSP¹* 59 uerberum *R* ster neretelis *B* 60 te|||||||||| *(ras. quinque litterarum)* posse fatebor *(*p. f. *in ras.) R; iuxta v. 60 adsc.* k *E* 61 Qui in me *codd.*, Quin me *Canis. edd.* terrenã *(*ã *in ras.) R*, ternam *V* dignaris *(*ris *in ras.) S* conde formam *suprasc.* re *P¹* 62 fla////mine *B*, flãmine *CP¹* 63 loqueꝫlis *AN*, loquellis *P¹RSV* 64 Nec quicquam *R*, nequicquam *P*, nequiꝫquam *E*, nequiquam *suprasc.* c *p*, nec quidquam *Canis.*, nequidquam *Giles* plecta *suprasc.* r *PSm²*, pectra, ct *in ras., E* 65 Et *codd.*, Sed *Giles* fidibis *(suprasc.* v *m^1) A*, fid///ib; *(in ras. fuit* el*) B*, fidibꝰ Et fidelibus: fidelibus *deletum p* cythar(a)e *ABGNPP¹R* moduletur *(suprasc.* n *m^1) Am^2S*, modulentur *S^1* 67 Atque minora *(*minora *m^2 supra ras., in marg.* et potiora *m^3) E* respuit *(suprasc.* a *m^2) S*, respuat *S^1* quam pulsas *Abr. Gronovius* 68 Qui *(suprasc.* s *m^2, in marg.* abl*) B* spalmista .. spallebat *AP¹*, psaleꝫbat *R* pius *supra lin. m^2E* oꝫlim *P¹*

---

triplici versuum genere i. e. dactylo, spondeo, trochaeo. cola et commata: *cf. Pompeius (G. L. V 133, 34 K.)* ubi post duos pedes superest syllaba, comma est; ubi post duos pedes nihil, colon est; *vide etiam Bedam de arte metrica G. L. VII 246, 19 sq. K. (sed addidit Marius Victorinus G. L. VI 54, 5 K.* abusive autem etiam comma dicitur colon*). epist. ad Acirc. p. 76, 11 sqq.* quibus indesinenter secundum poeticae traditionis disciplinam cola vel commata seu pentimemerin et eptimemerin annectere progressis binis aut ternis pedibus procuravi. *prosa de virg. c. IV* per cola et commata h. e. pentimemerin et eptimemerin 49 *epist. ad Acirc. p. 83, 6 sq.* △ Quare quintus (pes) dactilo competit? ⋊ Quia semper in versu, exceptis aliis locis, quibus varie ponitur, quintam regionem proprie obtinet minusque lenis est versus, qui quinto loco spondeum habuerit. *cf. Wandalbertum Prum. epist. PlaC II p. 570* 52 epigrammata metri = *versus heroici; sic etiam* aenigmata *in codicibus (cf. p. 47. 339) et ab Albaro (cf. PlaC III 124)* epigrammata *vocantur* 56 *Numeri 22, 27 sq.* 57 *cf. Sedul. c. pasch. I 160 sqq. (cf. epist. ad Acirc. p. 179, 7 sq.) Beda vita Cuthb. c. II s. f.* 61 *Sedul. I 68* Qui diversa novam formasti in corpora terram 68 *ps. 33, 2; cf. carm. eccles. III 56* Ut psalmista monet bis quinis psallere fibris

Ac mentem magno gestit modulamine pasci
Et cantu gracili refugit contentus adesse:
Maxima millenis auscultans organa flabris
Mulceat auditum ventosis follibus iste,
Quamlibet auratis fulgescant cetera capsis!
Quis poterit digne rerum misteria nosse
Aut abstrusa Dei gnaro cognoscere sensu,
Torridus altaris ni sumptus forcipe carbo
Calculus aut ardens emundet spurca labella,
Quo Seraphim quondam purgavit labra prophetae,
Ut merito deinceps caelesti fomine flagrans
Egregius doctor verbi clustella resolvat
Et noxas populi scripturae torribus urat,
Quatenus ad Christum convertat dogmate plures
Ruricolas mutans ad caeli regna falanges?
Humani generis triplex distantia fertur,
Quae modo per mundum triquadro cardine degit
Et studet in terris mercari regna Tonantis:
Denique nonnullos sortitur vita iugalis,
Qui recte vivunt concessa lege tororum

---

69 gestit///// modolamine *in marg.* niti////tur *B*, gestit /////// modulamine pasci *(*pasci *add. m²) E* 70 cunei gracilis: ei *in ras. (*cuntu *m¹?)*, s *add. m²B*, cantuꝫ *S* 71 Maxime *(*x *in ras.) R* 72 mulcent *B* ist/e *in ras. fuit* a) *A*, ille *V* 73 Quemlibet a. fulgerent cetera campis *R*, fulgescunt *P* 74 nossꝫe *(in ras. fuit* a) *A* 75 Aaut P^1 obstrusa *CEGS¹*, obstrusa *(*o *ex* a) *B*, abstusa *(suprasc.* r *m¹) S* 76 torri////// *(supra ras.* dus) *M* sumens *R*, sūptus *(et* p *in ras.) E*, insumptus *p* scabro *P* 77 at *(suprasc.* u *m¹) S^2* emundat *O*, emundat *(suprasc.* e*) G* spurcula bella *p*, labela *(suprasc.* i*) S^2* 78 seraphim *A*, cheruphym *(*p *ex* b *m¹) P^1*, cherubin *CGMNOS¹V*, cerubin *(suprasc.* l*) BS*, cerubin *ERW*, Quoꝫ cęrubin *(*r *ex* s *m¹) S^2*, cherubim *p* 79 fomine *B*, famine *(*a *ex* o *m²) AP^1 (cf. Hisp. fam. D 144 Jenk.)*, fomite *CC¹EGORW*, flamine *P*, famine *N cett. cf. Archiv für lat. Lex. VI 148* frarans *(suprasc.* g*) A*, fraglans *N*, fretus ł flagrans *(in textu) S^1*, flagrans *(suprasc.* ł fretus*) S* 80 crustella *B*, clusteꝫla *V*, clus tella *(*c *m²* l *prius deletum) P*, dustella *G*, clustella *cett.*, claustella *p Giles* resoluit *(suprasc.* a*) S^2* 81 noxꝫas *E* uꝫrat *A* 82 Quatinus *$EGS^1OP^1m^2W$* xpī *(*ī *ex* ū*)* .. dogmata *B* 83 Ruriculas *RSS²*, Auricolas *G* musas *(*sas *deletum et* tans *adsc. m¹) A*, motans *(suprasc.* v *m²) N*, mittens *MV Abr. Gronovius*, mittans *(*e *ex* a*?) p* falanges *GMNPR*, phalangas *S¹*, falanges *(*e *ex* a*) E*, palantes *(*p *ex* f, a *alt. ex* e*?) B*, phalanges *cett. Post v. 83* DE DISTANCIA HVMANI GENERIS *M* 84 umani *omissa initiali M* tripplex *O, iuxta v. 84* De tribus statibus hominum *p* 85 Quod *p* tigit *P*, deget *R* 87 uigalis *R* 88 uiunt *(suprasc.* v *m²) N* conꝫcessa *M*

---

71 organa *commemorantur etiam in diplomate anni 680: cf. Chartam II* 72 *Verg. VIII 449* alii ventosis follibus auras Accipiunt redduntque *M.* 78 *Ies. 6, 6.* — *Gildas, De excidio et conquestu Britanniae 67, 3 M.* ignito de altari forcipe Cherubin advecto .. labia, ut Esaiae, mundata sunt 80 *v. 2152* Clavibus Ausoniae verbi clustella resolvens. *Vita Leudegarii I (PlaC III 7) 34* linguae clustella resolve. *Ven. Fortun. carm. II 15, 13* Egregius doctor veterum monimenta secutus *M.* 82 *Paulinus Aquileiensis, Regula fidei (PlaC I 128) v. 54* Aurea ruricolas reserans ad regna phalanges *(*aurea regna = *Aldh. v. 1843)* 83 *haec ad ea referenda videntur, quae narrat Alfredus rex de Aldhelmo populares ad ecclesiam advertente cf. Jahrbücher der Akad. zu Erfurt N. F. XXXIII 10. cf. v. 408* 84 = *prosa c. XIX [c. VIII. IX]* 85 *prosa c. XVIII* triquadra mundi latitudo, *IX* triquadram mundi rotam; *carm. eccles. IV 10, 4* mundum triquadrum, *v. 2350* triquadrum .. orbem. *Oros. I 2, 1* Maiores nostri orbem totius terrae ... triquetrum *(*triquadrum *sex codd.)* statuere *carm. Hisper. fam. c. 1* triquadrae telluris *cf. Jenkinson in indice s. v.* triquadra *et Festschrift für A. v. Bamberg p. 21* 88 *Iuvenc. evang. III 485* genitali lege tororum *cf. v. 1722 M. et v. 2524*

Et praecepta Dei toto conamine mentis
Conservare student thalami sub iure manentes;
Post haec castorum gradus alter et ordo secundus
Subsequitur, nupti qui iam conubia spernunt
Ac indulta sibi scindunt retinacula luxus
Lurida linquentes spurcae consortia carnis,
Ut castis proprium conservent moribus aevum,
Dum conexa prius thalamorum vincula rumpunt;
Tertia virgineis fulgescit vita lucernis,
Cuius praecellit praefatos infula ritus:
Mundani luxus calcans ludibria falsa
Virginitas summo virtutum vertice paret,
Dum soror angelicae constet castissima vitae,
In qua non regnat fallax petulantia saecli,
Sed potius certat carnem frenare rebellem
Spiritus, ut tetras possit compescere noxas
Et facinus scelerum superans explodat inorme,
Quae plerumque solent ferratas vincere mentes,
Quamlibet existant praedurae cotis adinstar.
His igitur gradibus pandit regnator Olimpi
Aulae caelestis valvas et limina vitae;
Quos numero supra ternos iam diximus ante.
His quoque fecundo largitur semine fruges,
Quas pia perpetui praedixit gloria regni
Glescere sulcati per squalida iugera ruris.

---

89 tota *(suprasc.* o *m²) S*, tota *N* comine *(suprasc.* na*) P¹*, menti *C* 91 castrorum gradibus est *R*, Post hos castrorum (r *del.) p*, castorum (o *m² in ras.) S²* 92 nubti *R* 93 Ac indulta *codd.*, aac *V*, A///c *O*, *de* āc *(vide etiam L. Müller, De r. m² p. 502) cf. carm. Salisb. X 15 = PlaC II 644; carm. Centulens. CV 5 = PlaC III 336* retena (e *in* i *m²*, *suprasc.* cula *m²) P¹* 94 liquentes (n *add. m²) S* carnes *(suprasc.* i*) A* 95 Et castis *C* conseru& *S²* 96 connexa *R*, conexaꝫ *M*, cone////a *supra ras.* x *S* 98 Cuius *in ras. O* pręfat *(suprasc.* os *m²) S²*, praecellet prefatus *R*, prefatus *(suprasc.* o *m²) G* inclita ritus *B*, indita r. *P*, inclyta r. *P¹p* *Iuxta vel post v. 99* DE LAVDE VIRGINITATIS *CC¹EOW, post hunc versum* LAVS VIRGINITATIS *G* 99 . . undum (um *in* ani *m²) A*, Et mundi luxus *B* ludi//bria *N*, ludribria *P¹m¹* 100 floret *(suprasc.* pa *m¹) A*, paret *(suprasc.* floret *m²) SS²*, floret *cett.* 101 angręcæ *(suprasc.* eli *m¹) P¹* constat *CP*, consedet *(del. et suprasc.* constat *m²) p* castissime *A*, castissima//// *S*, castissima *S¹* (a *in ras. m²) S²* 102 regn& *(suprasc.* a*) G* fullax *(corr. m²) P* saeculi *R* 103 frena rebellem *(suprasc.* re*) P¹* 104 tetras *sic codd.*, sp̄s ut te trans *R*, terras *Giles* 105 faciꝫnus *R*, scelerum facinus *EGOW*, ⁝ superans ⁝ scelerum *P¹* explodet *(suprasc.* excludat*) M* inorme *codd.*, inormę *N*, anorme *cj. Canisius*, enorme *Hanckius* 106 ferratos (o *in* a *m²) ASS²* 107 Qua libet *R in marg. versum adsc. P¹. Post v. 107* Vnde supra *EGO* 110 Quo numero sub terno iam praediximus *P*, Quorum numero *R*, ternas *V*, ternos (o *ex* a*) G*, ternos *in marg.* aĺ. terno *S²*, terno *B* duximus *B* 111 fecundos *C*, fecundaꝫ (a *ex* os*) S*, fecundos largas sitor *R* semne *A* 113 Glescere (e *in ras.) E*, e *in* i *P¹*, Gliscere *GRO*, Glescere *cett.*

---

94 *v. 2054* Lurida linquentes veteris contagia carnis *cf. v. 1980* Dulcia mundanae sprevit consortia vitae; *v. 2378 Angelomus diaconus (PlaC II 677) II 33* Lurida linque libens spurcae contagia carnis *cf. etiam v. 117 et 126 et 155* *Ekkeh. Walthar. 547* Nullius ulterius patiar consortia carnis 99 *cf. v. 117* Fetida calcantes spurcae contagia vitae, *155* Haec calcat pedibus spurcae consortia vitae *cf. ad 126* 101 *c. XVIII* angelicae vitae comes *c. VII* sanctae virginitatis gloria angelicae beatitudinis germana creditur 107 *cf. L. Traube ad PlaC III p. 63 v. 42* 108 *Verg. II 779* superi regnator Olympi *cf. v. 1197. 1368, aenigm. 79, 5, prosa c. II* superi regnator O., *epist. ad Acirc. p. 202, 2* summus Olimpi regnator 109 *carm. eccles. IX 1, 3* ianitor aeternae recludens limina vitae 112 *Matth. 13, 8*

Sanctis centenos meritorum iure maniplos
Virginibus iugiter fecundos sorte spopondit,
Qui falsas mundi contemnunt pectore pompas
Fetida calcantes spurcae contagia carnis;
At vero decies senas de cespite ruris
Fruges deprompsit caelorum gloria Christus:
Quos proprie casti carpunt de rure maniplos,
Qui modo disrumpunt conubia nexa tororum
Et demunt proprias devota mente lecebras
Mundanae licita spernentes gaudia pompae;
Sed demum decies metens ex aequore garbas
Ternas accipiet, qui vincla iugalia nectit
Nec penitus calcat licitae commercia vitae,
Sed magis in mundo sobolem generare nepotum
Progeniemque libens exoptat gignere stirpis.
Quapropter cuncti, quos flammat cura pudoris
Et quorum integritatis amor praecordia pungit,
Spiritus ac castae coniungant foedera carnis,
Dum divina docet duplam sententia vitam!
Corporeis nam anima praefertur gestibus alma.
Idcirco iugiter mentis monarchia regnet,
Ut non insultent animam fantasmata carnis
Nec vincat dominam stolido bernacula gestu
Aut umquam regnet contemptu serva superbo!
Nunc igitur raros decerpant carmina flores,
E quis virgineas valeant fabricare coronas!

---

114 S///// *(suprasc.* c̄is m^1*)* *B* iure *(e in ras.)* *S* *v. 114 in marg.* m^2P^1 115 fecundos *codd.*, fecundus *R*, fe̅cundos *P*, fecundo *(o in ras. suprasc.* s*)* *S*, f(a)ecundo sorte OS^2W, fecuNdo *(*Ndo *in ras.)* *E* 116 pector///e *(e ex æ)* *S* ponpas *R* 118 rudis *R; iuxta 118* k *E* 120 Qus *(suprasc.* o*)* *A* propriae *AP*, propri̅e *E*, propriæ P^1, propriae *(a in ras.)* *S*, proprio *p* casti *om., adsc. in marg. M* carpent *V*, carpant *p* de rure mani plos *A* rore *Canis.* 121 connubia *(= S)* nexata dorum *R* 122 leciebras *A*, lecebras *(e in ras.,* c *ex* t*)* *E*, latebras *GMOPW*, lecebras *cett. Canisius; suprasc.* sal m^2N, *cf. Corp. gl. V 307* lecebra seductio, occulta blanditio. latebras *Giles* 122—124 *in ras., post v. 124 spatium unius versus* *P* 123 Mundantes licitas *R* 124 *Sic *codd.* atq: aequore *B; iuxta 124* k *E* 125 quos *(suprasc.* i. uos*)* *M* uin̅cla *A* 126 commestia *B* 127 in nido *p*, sobolem *(*v *supra prius* o*)* *S* 129 p̄p̄ (= propter) *A* flamat *P*, flamma curat *R*, flammat flamma *G* podoris AS^2, podoris *(suprasc.* v*)* S^1 130 Integritas amor *R* pungit *(*p *in ras.)* *S*, pungit *(*u *supra ras., in qua fuit* i*)* *C*, pingit *(suprasc.* u*)* *O* 131 caste *AMRS* coniungunt *V* 132 diuino *(corr.* m^2*)* *E* duplam sententia uita *R*, dupplam *O;* Nec uincant dominam *(= 136) primo, deinde verbum ipsum scripsit p* 133 Corporeos *C*, Corporeis *(is in ras.)* *E* nam *(del. et suprasc.* sic*)* *p* animā *S* gentibus *V* 134 monachia *R* 135 insult& *(suprasc.* n*)* *P* animā m^1, animæ m^2S 136 stolida *R* bernacula $APP^1m^1S^2$, uernacula *(*u *in ras.)* *O* uincant stolida u. gesta *(item ac* fantasmata *et* Aut nūquā*)* *P in ras.* gustu *G* 137 Aut numquam *B*, umquam *plurimi* 138 raros *supra lin.* m^1 *C* decerpunt *A; iuxta 138. 153. 157. 162* k *E* 139 Et quis . . ualeat *BP*, E quis *(add.* t m^2*)* P^1, E quib· S^1

---

114 *cf. prosa c. XV. XIX* 117 *cf. ad v. 94 et Candidum de vita Aeigili (PlaC II p. 110) II 86* neu nos commaculent spurcae contagia vitae 126 *v. 1845* Florida mundanae calcans commercia vitae 131 *v. 653* Spiritus et castae servavit foedera carnis, *714* Corporis et castae coniungens foedera mentis 136 *Genes. 16, 4* at illa (ancilla Agar) concepisse se videns despexit dominam suam 138 *prosa c. XIX s. f.* purpureos pudicitiae flores ex sacrorum voluminum prato decerpens pulcherrimam virginitatis coronam Christo favente contexere nitar

Quid plus caelicolas iuvat in certamine nostro
Quam integritatis amor regnans in pectore puro?
Namque pudicitiae superos praeconia pascunt;
Cui licet in terris stirpis generamina surgant,
Attamen in caelis virtutum culmina scandit.
Virginitas castam servans sine crimine carnem
Cetera virtutum vincit praeconia laude;
Spiritus altithroni templum sibi vindicat almus,
Taliter immunis flagrat si corde voluntas,
Sanctus apostolicae cecinit dum sermo loquelae:
'Nescitis, quod fana Dei sint ilia vestra?
Spiritus in vobis habitat iam iure Tonantis!'
Quae temerare nefas est et maculare piaclo.
Virginitas fulget lucens ut gemma coronae,
Quae caput aeterni praecingit stemmate regis;
Haec calcat pedibus spurcae consortia vitae
Funditus exstirpans petulantis gaudia carnis.
Auri materiem fulvi obrizumque metallum,
Ex quibus ornatur praesentis machina mundi,
Glarea de gremio producit sordida terrae:
Sic casta integritas, auri flaventis imago,
Gignitur e spurca terreni carne parentis.
Ut rosa puniceo tincturas murice cunctas
Coccineosque simul praecellit rubra colores;

---

140 plus//// *AG*, plu/////s *B*, plures S^2 *Canisius* iuuat//// *M*, iubat *R*, uiuat *B* certamina *(suprasc.* e*)* *S* 141 regans *(suprasc.* n m^1*)* *P*, regnes *R*, regnas *(suprasc.* n m^2*)* *S* in corpore *P*, regnet in pectore *(om.* puro*)* *C* 143 Cum *C* surgant *(a ex* u*)* *O* 144 ut cælis uirtutũ//// c. s. *P* culmine *(suprasc. a)* *S* 145 seruas *(suprasc.* n*)* *A* uirgitas *(suprasc. fusco colore* ni*)* *N* 147 uendicat *Mp* 148 inmunis *(sic plerique)* flagrat: r m^2*A*, fraglat *BNP*^{1}, glagrat *(suprasc. f) p* si corde *(suprasc.* in m^1*)* *M* uolontas *(u supra* o *alt.* m^1*)* *R* 149 Sc̃s *(*c *in ras.)* *S* loquellae *ANP*^{1}, loquelle *R*, loquel///le *(in ras. fuit* ae*)* *V* 150 fana *codd., suprasc.* templa *M*, templa *R* sunt *G* ilia *(in ras.* m^2*)* *P*, ĩra *(lineolam add.* m^2*)* *P* templa *Canis. Giles* 151 iam iure//// (e *in ras., suprasc.* s. cũ *cf. v. 113)* *S* in nobis *G* nam iure *G* 152 Quae *BEGP*^{1}*Sm*^{2} (Quem m^1*)* S^1S^2p, *primum vocabulum deest A*, Quem Sm^1V, Quem *Abr. Gronovius* piaclo (o *del. et* um *adsc.* m^2*)* *A*, piaclo *(o in ras.* m^2*)* *S*, piaclo S^1, pia clũ *(*clũ *in ras.* m^2*)* *P*, piac///lũ *M*, pialum *R*, piaclum *cett., versibus 150. 151. 152* (Que) *adscripsit, ut ordinem mutandum esse indicet,* a c b *p* 153 fulgit *(corr.) Vatic. Reg. 2078* lucens *supra lin.* m^1 S^2 154 capit *(suprasc.* v m^2*)* *E* stemater egis *R*, stemate *V* 155 Nec *del. et* hec *in marg.* m^2 *p* 156 Funditur S^2 petulentis *P* 157 materiam *MPp*, ut *supra lin. ante* materiam *P*, *post* materiem *C* obri///zumq; *in marg.* obrizũ zmalzgolt *S* 159 Glarea quae *Abr. Gronov.* ut producit *W* 160 Sicast////a *M*, Sic casta *(*ic *et* ca *in ras.)* *S*, Si casta S^2 = *Canis.* 161 espurca *A*, ex spurca *M*, e *om. R; ras. ante* e *S* 162 muric///e *B* cunctis *sed litterae extremae paene evanidae inductae N versibus 162—173 rubri numeri I—XII adscripti in W, I—VI in* C^1 *et E, in quo iuxta 162 etiam* k 163 coccineasque *codd., suprasc.* o *S ante* simul *longior rasura N*, simul *supra lin. C* p̃cellẽit *(in ras. fuit* e*)* *A* rubrica colores *p*, coloris *(suprasc.* e*)* *G*, coleres *(suprasc.* o*)* *V*

---

143 = *licet in terra nascatur* 144 *Regula Benedict. c. 73* tunc demum ad maiora .. doctrinae virtutumque culmina .. pervenire 147 *I Corinth. 6, 19* spiritus sancti, quem habetis a Deo *cf. Augustinus de bono coniug. 13* 150 *I Corinth. 3, 16* 152 *Bonifat. aenigm. 17* Mandere quae nefas est et gustare profanum 155 *cf. ad v. 94. 117* 157—176 *Fusius hic Aldhelmus explicat ea, quae Hieronymum secutus in prosa c. VIII s. f. attigit, c. IX similiter explicavit, c. XIX ex s. Victoriae passione attulit* 158 machina mundi = *Lucret. V 96 passim apud Aldhelmum (v. 1679 aenigm. 100, 78, ubi totus v. 158 repetitur, carm. rhythm. I 17) legitur et apud poetas aevi Carol. cf. e. g. Milonem de sobr. I 359. Florum IV 1. 25. 35 etc. Bedam de die iudicii 158* Rex Deus, inmensi quo constat machina mundi, *et postea, ut apud Hrotsvitham*

Pallida purpureas ut gignit glarea gemmas,
Pulverulenta tegit quas spurci glebula ruris;
Ut flos flavescens scandit de cortice corni
Tempore vernali, dum promit germina tellus;
Dactilus ut dulcis frondenti vertice palmae
Truditur et sicco praestabit stipite proles;
Unio de conca ut ponti sordente nitescens
Nascitur et proprio matrem praecellit honore;
Squalidus ut sablo spreti sub cespite ruris
Bratea flaventis depromit fila metalli —
Ut bino sena cludam paradigmata versu —:
Sic sacra virginitas caelorum grata colonis
Corpore de spurco sumit primordia vitae.
Vinea frugiferis ut constat gloria campis,
Pampinus immensos dum gignit palmite botros
Vinitor et spoliat frondentes falcibus antes;
Sidera praeclaro cedunt ut lumine solis,
Lustrat dum terras obliquo tramite Titan
Cuncta supernorum convincens astra polorum:
Sic quoque virginitas, quae sanctos inclita comit,
Omnia sanctorum transcendens praemia supplet.
Integritas quoque virtutum regina vocatur,
Iungitur angelicis dum casta sponte maniplis:
Haec, inquam, virtus caelesti munere pollens
Aurea flammigeris praestat crepundia gemmis.

---

164 purporeas (e *in ras.)* *R* 165 Puluere (re *eras.)* rulenta *P* quos S^2 spurca *G*, porci *R* glebola *V* 167 verneli (*suprasc.* a) *E* gemina (*suprasc.* r m^2) *S* 168 uestice *M* 169 stipiti *AB*, stipite (e *in ras.)* *E* proles *codd.*, prolem *Giles* 170 Urio *P* conca *codd.*, conca (*suprasc.* ⊦ = h) *G* sortiente *R* nitesc& (*suprasc. man. ins.* ns) P^1 171 prae honore cellit *A* propriã *P*, propriam .. precellet onore *R*, concellit (*suprasc.* p̃ m^1) P^1, pcellit (p *ex* p) *S* honorem *p* 172 Squalidos (*suprasc.* v m^1) S^2, Sualidus *M* spernenti sub cespite ruris (*add.* m^3 *saec. X)* *A*, speti (*add.* r) S^2, subces piteuris (*suprasc.* r) *P* sablo (*in textu del., in marg. adsc.* sabulo) *p* 173 brattea *P*, bratea (*suprasc.* t m^2) *B*, bratea *cett.* fuentis (*suprasc.* la m^1) *C* depromsti (sti *del., suprasc.* sit m^2) *p* metalla (*suprasc.* i m^2) *N* 174 bino (b *ex* u ?) *A* claudam *BMV*, dudam (*suprasc.* cludam) *p*, cludam *cett.*, bino sen cladam *R* paradicmata *M* uersu (*suprasc.* o) *p* 175 sacra (*supra lin.)* *M* colonis (ol *arcte colligata et* o *insuper add.)* *A*, colonum *R*, coloniis *O* 176 spurca (*suprasc.* o m^2) *N* su////mit (*in ras. fuit* m) *A* consorcia uite *R* 177 uitea *p* fructiferis *R* 178 in mensos *p* dũ////gnit (*suprasc.* gi m^1) P^1 botros (otros m^2 *in ras.)* *A*, bo////tros *P*, batros S^2, butros (u *in* o) *N* 179 Uinitores spoliant *R*, et spoliat *W* q; (*suprasc.* ae m^2) *A* 180 p̃laro (*suprasc.* c m^1) P^1 caedunt *V* lumina *BR* 181 tr̃as *suprasc.* m^1; obliquo (o *in* a m^2) *C*, oblico *R* 182 pernorũ (*suprasc.* su m^1) S^1 conuicens (*suprasc.* n m^2) *E* 183 q: m^1, q̃. m^2P 184 transcendens *ABMNPP*^{1}*SS*^{1}*S*^{2}*V*, transcendit *RCGOW*, transcendit (it *in ras.)* *E* * suplex *AB* (*suprasc.* p *alt.* m^2), subplex P^1*EMSS*^{1}, supplex *cett.* 185 quoque iam uirtutum regna uocatur *R; iuxta 185. 187. 194* k *E* 186 dum *ABCPP*^{1}*RSS*^{1}*S*^{2}*V*, cum *cett.* 187 *om. R* 188 Area (*suprasc.* u m^1) *A* flammiꝫgeris *A*, flamigeris *P*

---

173 *aenigm. 96, 11* Bratea non auri fulvis pretiosa metallis; *sed in versu nostro* bratea *est adiectivum* = tenuia 176 *Iuvencus evang. II 203* iustae repetit primordia vitae *cf. aenigm. 29 (III 1) 5* 178 *aenigm. 78, 3* quae Pampinus .. viridi genuit de palmite botris 185 *c. XIX* Ut sit virginitas regina *(ex Passione s. Victoriae) c. XXIII* Habetis integritatem, quae est omnium regina virtutum *(ex actis Thomae?) cf. etiam c. VII* 186 *Venant. Fortun. VIII 4, 4* Iungitur angelicis casta puella choris *M.*

Virginitas fulget veluti rubra purpura regum,
Qua regnatores funguntur iure togati;
Integritas animae regnans in corpore casto
Flos est virgineus, qui nescit damna senectae
Nec cadit in terram, ceu fronde ligustra fatescunt.
Cernite, fecundis ut vernent lilia sulcis
Et rosa sanguineo per dumos flore rubescat,
Ex quibus ornatus, qui vincit forte palestris,
Accipit et circo victor certamine serta!
Haud secus integritas devicta carne rebelli
Atque nefandorum prostratis strage catervis
Pulchras gestabit Christo regnante coronas.
Quamvis integritas ornetur laude metrorum
Atque pudicorum crebrescat vita per aevum,
Non tamen aeterno fraudantur munere Christi,
Qui concessa colunt licitae conubia vitae.
Non ergo argenti squalescit spreta libella,
Uncia bis senis quam pensat lancibus aequa,
Quamvis auratis praecellat fibula bullis
Amplius aut certe flavescant petala fulva;
Nec lanterna tibi vilescat vitrea, virgo,
Tergore vel raso et lignis compacta salignis
Seu membranarum tenui velamine facta,

1380 Sic *G* ceriris *Pm*^{1} subolem *AS* 1381 proser pna *(suprasc.* i*) P* marem *(suprasc.* t *m*^{2}*) V* nollet *SS*^{1}*Vm*^{1} 1382 falsato *(*to *in ras.) S* 1383 archadiae *GPP*^{1}*m*^{2}*V*, panar cadiae *(suprasc.* h*) B* 1384 ueribus *codd.*, ueribus *(*i *ex* u*) S*^{1}, uerubus *p Giles* torrebunt *AC*^{1}*MSS*^{1}*pS*^{2}*VW (*u *in* a *m*^{2}*) P*^{1}, torrebant *cett. Canis.*, torrebat *Giles* fractis *(pro* formis*) GW* 1385 exilium *C* 1386 mac . china *A* fatescunt *codd.*, fatescunt *(*e *in* i*) GP*^{1}, fatiscunt *Canis. Giles* 1387 Nec glɛis *B* mororum *ASm*^{1}*V*, morum *S*^{2}, diuorum *pro* morum *cj. Canis.; versum om. C* 1388 duris *(suprasc.* u*) G* calces *(*e *in* i*) S* conpagæ *B*, conge *(suprasc.* pa *m*^{1}*) P*^{1} quadratus *BP* 1389 Sed *codd.*, Sic *Giles* exausta *P*^{1}*S*, exaudsta *P* diorum *A*, diuorum *S*^{1} 1390 augusti . . sacelli *ABGMpSS*^{1}*S*^{2}*Wm*^{1}, augustum . . sacellum *COm*^{2}*PGiles* quasata *B* molæ *V*, moɛle *B*, molle *C* 1391 diruit *sc. eam = machinam celsam* 1393 Quatinus *GS*^{1} regna//t *A* 1394 clarifice *W* pagini *P* 1395 tunc *codd.*, tum *Giles* soboles *(suprasc.* u*) A*, soboles *cett.* crededit *S* 1396 praecordia *(suprasc.* r*) A*, praedia *C* 1397 puper *M*, pubes *(*s *ex* r*) B* 1398 triduntur *(suprasc.* u *m*^{1}*) A* in latebras pariter truduntur in atras *S*^{1} 1399 Quo *p in marg. P*^{1}*m*^{2} dampnatorum *CC*^{1}*GMP*^{1}, Quadam natorum *Canis.*, Qua denatorum *cj. Hanckius* putescensorte *V*, putrescit *S*^{1}*C*^{1}, putrescit *(*it *in ras.) S* forte *S*^{1}*G alii*, sorte *AC*, sorde *C*^{1}*PP*^{1} *A. Maleyn* 1400 Tupiter *P* introrsum *ABMPP*^{1}*VS*^{1}, introrsus *CC*^{1}*GSS*^{2} *(*t *supra* p*)* bulbiret *corr. m*^{1}*P*, bulliret *(*t *ex* n *m*^{1}*) P*^{1} uermibus *(*i *supra* r*) V* 1401 nectare na *V* 1402 fonte *B*

---

v. 1381 prosa c. XLIV velut Proserpinam, ut poetarum figmenta ferunt, a Plutone raptam lacrimosis singultibus lugubriter lamentarentur. — Temeratum spurcae Proserpinae incestum *commemorat Aldhelmus in epist. ad Whitfridum. Ad quem referendus sit v. 1382, nescio* 1383 *Verg. ecl. X 26* Pan deus Arcadiae *M., Ovid. fast. II 271* Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur Arcades, *ib. 363* Dumque sacerdotes verubus transuta salignis Exta parant . . *(haec de sacris Fauni i. e. Panis.)* 1387 *v. 647* Moenia murorum restaures imbrice rubra 1390 *cf. v. 1326* 1393 *carm. eccles. IV 2, 5* caeli clamavit ab arce, *5, 9* dominum sequitur, caeli qui regnat in arce, *v. 1587* dominum, caeli qui regnat in arce, *v. 2287* sponsi . ., caeli qui regnat in arce, *aenigm. 100, 12* Ni deus, aethrali summus qui regnat in arce. *Benedicti praef. v. 10 (PlaC II 673)* aetrali dominus qui regnat in arce 1401 *v. 1203* Sed putor ambrosiam flagrabat nectare suavem *cf. v. 1233*

Nec lucis radius linquens ergastula cessit,
Limpida sed tenebras arcebant lumina furvas:
Sic Deus in sanctis alma virtute triumphat.
Tum custos cernens rerum miracula tanta
Credidit altithronum salvantem saecula regem;
Baptismum nanctus stipatur milite denso,
Qui prius excubias servabant carceris atri.
Imperat interea multatum morte cadaver
Surgere de nigris anima redeunte latebris,
Quod prius obvolvens constrinxit fascia nexu:
Mortuus evigilat disrumpens tartara tetra.
Tunc precibus turmae vasto crepitante tumultu
Hortantur iuvenem vero depromere fatu,
Qualiter exanimis furvae vestibula valvae
Infernique nigras posset penetrare latebras
Et redivivus item splendentem cernere solem;
Edidit extemplo leti decreta resurgens
Postumus angelica prodens suffragia turbis.
En iterum sancti strofa stimulante draconis
Martires in cupas merguntur fomite farsas,
In quibus atra picis massa flagraverat ardens;
Nec non sulphureas ructant incendia flammas
Et sarmentorum comburunt pabula pagi,
Donec in aethereas flamma prorumperet oras;
Sed tamen insontes Christi suffragia vallant.
Licia tunc digitos oleo madentia nectunt,
Quae mox ignis edax flammis combussit acerbis;
Non tamen exussit sanctorum torre lacertos.

1403 radios *ABP*^{1}*S*^{2}*V*, radios *(suprasc.* v *m*^{2}*) S*, radius *S*^{1}*C*^{1}*GW*, radiis *Giles*, radius lucis *S*^{1} linquens (q *ex* g) *M* 1404 lucida *in marg. P* sed *om. V* 1405 clara uirtute *G* 1406 Tunc *MP* custus (u *in* o) *P*^{1} 1407 Crededit *S* 1408 bibtismum *A*, babtismum *S*, bap//tismum *P* nanct·i·s *(suprasc.* u *m*^{1}*) A*, nanctus *BCGPP*^{1}*m*^{1}*p*, natus *m*^{1}, nanctus *m*^{2}*P*, nactus *MS*^{1} *alii* 1409 seruabant *ABPP*^{1}*S*^{1}*S*^{2}, seruabat *cett.*, excubiaseruabat *(suprasc.* s *m*^{2}*) S* atris *(suprasc.* a*) S* 1410 imperet *(suprasc.* a *m*^{2}*) A* 1411 surgone *B* rede//unte *P* latepris *A* 1412 obueluens *(suprasc.* o*) C* constrincsit *(suprasc.* x *m*^{2}*) S*, cont/////xit *V* nexu *(suprasc.* o*) p* 1414 crepitante (c *ex* t *et* t *ex* d*)* tumultuin̄ *S*, crepitant *Giles* 1415 hortatur *GP*^{1} 1416 examis *(suprasc.* ni *m*^{1}*) S*^{2} fuerit uestibula *P*, furæ uestibule *V* 1417 nigra//s *S* 1418 solem · nitrum *S* 1419 Et dedit *P* extimplo *CGMPP*^{1}*S*^{1}*S* loeti *AMPP*^{1}*SS*^{1}*S*^{2} *alii*, la&i *B* 1420 Posthumus *S*^{1}*S*^{2}*Giles* turpis (b *supra* p) *p*, turmis *cj. Abr. Gronovius* 1421 E///niterum *V*, Enitr//rū *P* 1422 cubas (b *ex* p) *S*, cubas *P* fartas (t *ex* s) *G* 1423 pi//cis *B* flaglauerat (l *alt. in* r) *P*^{1} 1424 sulphureas *AG alii*, sulpureas *C*, sulphoreas *B* 1425 En *(suprasc.* t *m*^{2}*) S* conburent *(suprasc.* u *m*^{1}*) A*, comburant *S*^{2}, conbu//runt *G* 1426 aethereas *ABC alii*, i *ex* e *VS*^{1}, a&hreas *P* ores *A* 1427 sufragia *B* 1428 Lo&o tunc *P* maṇdentia *S*, ma//dentia *S*^{1} 1429 Qui *AS*^{2}, Quę (ę *ex* i) *S*, Quę *BC*^{1}*EGMOP*^{1}*VW cj. Canis.*, Quē *Cp*, Quod *P* Quę tamen mox ignis flammis *S*^{1}, mox *supra lin. p*, mox edax ignis *M* cbusit *P*, combusit *BP*^{1}*m*^{1} aceruis *ACS*^{2} *alii B* (b *ex* u) 1430 excusit *P*, exurit .. tore *(suprasc.* r*) S*^{1}

1407 *cf. ad carm. eccles. IV 8, 4 et ad pros. XXXV p. 279 adn. 2* 1408 *v. 2573* Haec ductrix pugnae stipatur milite denso, *v. 2670* Inquietudo simul stipatur milite denso, *aenigm. 96 (X 1), 1* denso milite; *contrarium est v. 2078* vallatur milite parvo 1414 *v. 2243* vasto crepitante tumultu = *2389; carm. eccles. IV 7, 4* vasto bachante tumultu *[Corippus Ioh. VI 564* saevo crepitante tumultu *M.] Vita Leudegarii (PlaC III p. 6) v. 4* vasta crepitante ruina 1420 angelica suffragia = *auxilium a duobus angelis ipsi latum cf. ad prosam XXXVI p. 283 adnot. 3*

En iterum gypsa spiris sinuata malignis
Caerula pestiferis extollit colla venenis:
Martires ad theatrum truduntur reste ligati,
Rictibus ut rodant sanctorum membra leones
Necnon mandibulas ursorum ferre cruenta
Cogeret insontes tortorum poena lacertos.
Sed secus evenit sanctis victoria palmae:
Bestia sanctorum labris vestigia linxit
Obsequium praebens praedas oblita recentes.
Sic mutante Deo mitescunt corda ferarum,
Quamvis stultorum torpescant corda virorum,
Ut quondam vates cola cum commate prompsit:
'Et didicere truces praedam servare leones.'
Post haec martirii mercantur serta cruenta
Lucida stelligeri scandentes culmina caeli;
Ad quorum tumbas gelidae post funera mortis
Corpore calloso deni venere leprosi,
Qui simul in sacro baptismi gurgite mersi
Spiritus et carnis sumpserunt corde medelam.
Antiquo fuerat famosus tempore quidam
Legitime Christo famulans bernaculus alto,
Quem genuit mundo clarum Nilotica tellus
Sacra pudicorum quaerentem lucra virorum;
Quem vocat Aegiptus crebris rumoribus Amos.
Plurima hic gessit virtutum signa sacerdos;
Qui fuit in Nitriae frondosis accola dumis
Squalida deserti procurans iugera ruris.

1431 gipsa *PP¹p*, gipsas *C*, gypsas piris *S²*, gypsas *Canis., qui* dipsas *coniecit*, gypsus *Giles* piris *CP* 1433 ac *(*c *in* d *m²)* thearum *(suprasc.* t *m²) B*, etherum *in textu del.*, theatrum *in marg. p* 1434 leonis *AP*, leon/// *V* 1435 Nec non *& S*, Nec //// mandibulas *(suprasc.* non *m²) B* cruenta *AP¹S²*, cruentas *cett.* 1436 pena *(suprasc.* o *m¹) A* 1437 *post* euenit *ras. A* uictorie *(*e *in* a *m¹) G* 1438 uestiga *(suprasc.* i*)* luxit *C*, lin//xit *M* 1439 pædas *(suprasc.* r *m¹) A*, prades *V* 1440 mitescun *A*, mutescunt *C* 1441 stultarum torpescant *(*a *ex* u*)* uiuorum *(om.* corda*) V* 1442 quondam *(*o *ex* ?*) B* comate *APS* promsit *APP¹*, compsit *C* 1443 Et didicere *codd. = Sedul.*, Edidicere *Canis. Giles* 1445 stelligeris candentes *S²*, stelligeri/// scandentes *(*sc *in ras.) S*, scandantes *V* 1446 turbas *corr. m²P* ualidae *G* 1447 callaso *AS²S (suprasc.* o, l *alt. ex* c*)*, caloso *V*, squaloso *M*, colliso *P* deni *codd. cf. p. 284, 14,* dein *M, Canis. Giles,* multi venere leprosi *P* uenere *B* 1448 babtismi *A*, babptismi *C* 1449 medellam *ABm¹PP¹pS* 1450 fomosus *V*, famosus *suprasc. manus aequalis C* tempore *(*e *ex* a*) B* *in marg.* XXVI *S²* *in m.* AMOS *B*, DE AMONE MONACHO *C¹W*, DE AMMONE *G*, De sc̃o ammone *C*, DE SC̃O AMONE HEREMITA *R, qui sequentia i. e. 1450—1467 (cf. ad v. 1467) legit post v. 841* 1451 legitimo *(suprasc.* e*) A*, legitimo *M*, legittime *p* bernaculus *ABVW*, uernaculus *(*u *in ras.) S*, bernaculus *(suprasc.* v*) GP¹*, vernaculus *cett.* 1452 tenuit *R* mundo *om. P¹* clarus *R* niloica *P*, niloti catellus *B* 1453 querentem *BCpRSV* 1454 aegiptus *AS²*, egiptus *CP¹p*, aegyptus *GV*, egyptus *MPS* rimoribus (i *in* v *m²) B* ām̃on *R* 1455 Plurima *(supra* a *m²* hic*)* gessit //// *(in ras. fuit* hic*) S²*, plurima *(*a *in* 9 = us*) p* 1456 Qui fugit *G* accola *(*o *ex* u*) V*, acola *S¹* uentosis accola dumis *C* 1457 d&ri *P* proc////ns *S* iugera/// *(eras.* e*) B* ruis *del., in marg.* ruris *p*

1442 cola cum commate = *cola et commata (cf. ad v. 47 et prosam c. LVIII) i. e. versus prompsit = versibus elocutus est* 1443 = *Sedul. Carm. pasch. I 219 prosa c. XXXVI s. f.* 1444 *cf. ad carm. eccles. IV 9, 12* 1445 *v. 2816* Limpida stelligeri scandentes culmina caeli *cf. v. 1122, Carmen Scotti in cod. Bern. 363 (PlaC III 233, 9)* Denique stelligeri conscendens culmina caeli 1449 Spiritŭs *(898* pontificatŭs apex*) cf. L. Traube, Karol. Dicht. p. 29* 1450—1503 *prosa c. XXXVII* 1455 *v. 543* Plurima hic fecit virtutum signa sacerdos

Hic locus ex nitro sortitur Nitria nomen:
Creditur interdum, quod nomen saecula gignunt
Causa fortunae, si his confidere fas est,
Si fors aut fatum seu constellatio quicquam est,
Si Parcae nulli parcentes fila gubernant
Mortalis vitae fusoque rotante minantur,
Quod vehit in collo tereti vertigine molam;
Sed magis arbitror, quod sic errata reorum
Nitria purgavit, sicut corpuscula nitro
Sordibus expurgata malis et lota nitescunt.
  Hic quodam offendit turgentem tempore Nilum,
Qui fecunda rigat flustris Memphitica regna;
Nam transire volens obtata lintre carebat.
Sed spoliare vetat carnem verecundia frontis,
Corpore ne nudo temeraret iura pudoris.
Tum dicto citius spumantes litore limphas,
Pinniger ut praepes, transfertur caelitus ultra,
Discifer ut dudum momenti tempore vates

1458 ntro *(suprasc.* i*) p* sortitus *R* 1459 quid *B* sacla *(suprasc.* e *m*[1]*) R* gnunt *(suprasc.* ig *m*[1]*) S*, gignant *C* 1460 credere *(suprasc.* confidere *m*[2]*) P*[1] fas ut *Giles* 1461 fors aut ////tum *S*, sors *B* fatũ ẽ *G* constillatio *PR*, aut c. *P*[1] quicquam *codd.*, quidquam *Canis. Giles* est *om. R* 1462 gubenant *(suprasc.* r*) A*, gubernant/// *S* 1463 mortalis *codd.*, mortali *Canis. Giles* fusoque *ABMPP*[1]*pRSS*[1]*S*[2]*V*, fusaque *(suprasc.* o*) G*, fusaque *C*, fusaquæ *C*[1]*Om*[1]*W*, fusaquę *(*a *ex* e*) E*, fusaque *Giles*, fuso *non a* fusus *sed a* fusum *derivat Aldhelmus:* fusum ·|· spinnila *S in marg. (Althochd. Gl. II 16)* rotante *(*a *ex* o*) P*[1]*P*[2] manantur *R* 1464 Quae *GOW*, Quae *(*a *ex* o, e *ex* d*) E* collo *A cett.*, *(etiam in versu aenigmatum:* per teretem collum*)*, colo *M* teriti *(in marg.* fusã*) P*, tectri *R* uortigine *C* molam *ABCM (suprasc.* rotunditatem ł uuiridin *Althochd. Gl. II 20) S*[1]*S*[2]*V* [molas = *moles legi videtur etiam in 'Rubisca' cf. Hisper. Famina ed. F. Jenkinson p. 58, 757* molas colligis], molem *GSOW*, molem *(*e *ex* a*) E*, petra *R* 1465 ureorum *R* 1466 pug///auit *(suprasc.* r*) S*[1] 1467 expurgat a malis *R* lęta *S*[2], edota *p* necescunt *V; post 1467 leguntur 1500. 1503. 1501. 1502 R* 1468 quodam *CMPpS*[2]*W*, quondam *ABP*[1]*S*[1], quo//dam// *S* offendit *(*d *ex* ti*) C* 1469 plustris *P* memph&ica *P* 1470 obtata *CMP*[1]*S*[1]*S*[2], optata *(*p *ex* b*) S*, ablata *(*l *in* t*) A*, optata *cett.* 1471 uecundia *(suprasc.* re *m*[2]*) M* uetat *in marg. add. P* carn/em *S*[1] 1472 iura *(*r *ex* d*) P* 1473 dictio *S* littore *p*, litora *(suprasc.* e*) S* 1474 pinniger *ABV*, penniger *SCW alii* tranfertur *(suprasc.* s*) A*, transfr&ur *Pm*[1], transuertur *V* 1475 Discifer *codd. c. 286, 12 et progr. Gothan. 1904 p. 9*, Piscifer *Canis. Giles; corr. iam J. F. Gronovius* moṇ̈ṇ̈menti *P*[1] uates *(*e *ex* i*) P*[1], uatis *W*

1458—1467 *de nomine Nitriae non dixit in prosa. Contraria docet Isidorus Etymol. XVI 2, 7, ex quo tamen sua sumpsisse videtur Aldhelmus*: Nitrum a loco sumpsit vocabulum. Nascitur enim in oppido vel regione Aegypti Nitria, ex quo et medicinae fiunt et sordes corporum vestiumque lavantur. *Ad hunc locum haec adnotavit Arevalus:* De Nitria agitur etiam lib. 2 Vitarum Patrum cap. 21 apud Rosweydum ex Palladio . .: 'Venimus autem et ad Nitriae clarissimum in omnibus Aegypti monasteriis locum, in quo nitrum colligitur, Nitria vocabulum trahens (?), prospiciente hoc, credo, tunc iam divina providentia, quod in illis locis peccata hominum tamquam sordes abluenda essent et abolenda.' 1460 causa fortunae: *cf. Sedulius Scottus, De rector. christianis c. XVI ed. Hellmann* causa brevitatis, *Micon III 5 (PlaC III 205)* causa iuvenum 1461 *prosa c. XXX* (gentilitas) quae vitam veritatis expertem fato fortunae et genesi gubernari iuxta mathematicorum constellationem arbitratur. *epist. ad Acirc. p. 73, 6 sq.:* unde mathematici fatum fortunam vel genesim aut suprema Parcarum fila . . . se divinare et praenoscere posse ridiculosa stoliditate arbitrabantur *cf. aenigm. 7 (I 7)* 1464 *aenigm. 45 (IV 7 de fusis) 3* Dum veho per collum teretem vertigine molam, *6* Per me fata virûm dicunt decernere Parcas 1469 *Solinus p. 12, 20 M.* Nilus non tantum terras sed etiam hominum fecundat arva

Angelico raptu lustrabat Chaldea regna,
Ut bernam domini nutrirent crustula farris.
Ecce puer quidam laceratus dente molosi
Atque venenato perpessus vulnera rictu
Vertitur in rabiem fraudatus mente sagaci;
Ferrea quem strictis nectebant vincla catenis,
Bacchatur quoniam vagabundis passibus amens.
Idcirco prolis luxerunt fata parentes
Et veneranda petunt flentes oracula sancti,
Ut miseri cladem et vulnus sanaret acerbum.
Quem consulta ferunt tali cum voce dedisse:
'Reddite nunc viduae sublatum fraude iuvencum,
Et sospes soboles vobis comitatur amanda!'
Olli mirantur, quod nosset clancula furta,
Quae prius abstrusis credebant gesta latebris.
Dum genitor gaudens gratatur sospite nato,
Actutum scaevis reddunt direpta rapinis;
Sic fors evenit, verax ut voce spopondit.
Tempore mox alio dolium deferre poposcit;
Quod duo voverunt, alter sed vota fefellit.
Idcirco gelida constrictum morte camellum
Perdebat gippum, quo vascula ferre pepercit;
Sospite perfruitur sed verax alter asello,
Qui promissa seni complevit vota benignus.
Hunc vidit ferri felix Antonius olim,
Linqueret egregius cum carnis vincula miles,
Angelicis turmis ad caeli sidera vectum
Pulchraque perpetuae penetrantem limina vitae.

1476 Angelice (e *ex* æ) S^1 chaldea *C*, caldea $ABm^1PP^1pS^1$ (l *ex* i) S^2V, cadea *(suprasc.* l*)* *S* rapto *(suprasc.* v*)* *P* 1477 bernam $ABCMP^1SS^1S^2VW$ 1478 quidem (e *in* a m^2) P^1 moli *A*, molosi *codd. suprasc.* s P^1 1479 Atque *suprasc.* S^2 uen&///nato S^2 rictus *S* ulnera *(suprasc.* v m^2*)* *G* 1480 fradatus S^2 1481 nectebat AS^2, *suprasc.* n *S*, nectabat (e *supra* a *prius)* S^1, nectabant *V* 1483 parentis *C* 1485 aceruum $ACPS^2V$, u *prius in* b m^2 *S* 1486 consultauerant S^1 tale (e *in* i*)* *S* 1487 uiuentum *pro* iuvencum *A* 1488 comitetur *B* (e *ex* a*)* *GP*, commtatur *p* amande *corr.* m^2P 1489 Oli *B* clancula (n *ex* e*)* *A* 1490 abstrusis $ABPP^1pSS^1S^2$, obstrusis (o *ex* a*)* *M*, obstrusis C^1EGW, obtrusis *C* 1491 Dum $ABCMpSS^2$, Tum S^1G *cett. Canis. Giles* gaudens *supra lin. C* gratatur *codd.*, grassatur *Giles* sospita *Canis.* *1491 post 1493 M, 1492* (Tum) *ante 1491 legi vult Hanckius* 1492 sceuis *ABC alii,* scaeuis P^1, seuis *G alii,* saeuis *Giles* reddunt *A codd.*, reddens *Giles* 1493 Si *(suprasc.* c*)* C^1 foris *p* ferax *AS (suprasc.* u*)*, uera *(suprasc.* ci m^2*)* *B* spospondit AS^2 1494 doleum (e *in* i*)* SS^2 popiscit AS^2m^1; *in marg.* k *S* 1495 Quo *G* 1496 camellum *AB (= prosa p. 286, 6),* camelus *Mp,* camelum *cett. cf. Epist. ad Acirc. p. 167, 8 G, ubi codd. boni* camellus *et inscr. aenigmatis 99, ubi* DE CAMELLO *legendum est* 1497 gippum $ACPSS^2$ *(suprasc.* y*)* P^1, gyppum pS^1V (gippum *vel* gyppum *optimi codd. etiam aenigm. 99, 3 et epist. ad Acirc. 159, 12 G.),* gypum *M*, gybbum *BVGW*, gibbum *(= prosa p. 286, 6) Canis. Giles* quod *cj. Abr. Gronovius* peposcit m^1 *(ex v. 1494)*, pepercit m^2C 1498 altera sella ASS^2 1499 Qui $ABCGMOPS^1W$, Qu/// *S*, Quo S^2 *alii Canis. Giles* 1500 ferri (i *in ras.)* *B* ollim *A* Nunc vidit ferri . . olym *R cf. ad 1467* 1501 Lingueret *Giles* 1502 Angelici *(suprasc.* s*)* *A* caeli//// sidera *SV*, caelis sidera S^2 ad caelestia sidera uectus *C* uentum *R* 1503 Pulchraque *om. V*, Pulcraque *P*, Limpidae *M* penitrantem *G* (i *in* e*)* P^1 lymina *R*

1487 *prosa c. XXXVII p. 286, 2* 1488 *v. 2886* Nec non divini vobis comitantur honores 1497 *prosa c. XXXVII p. 286, 5 sq.* 1502 *cf. ad v. 1070*

Tempore iam prisco fuit Apollonius almus:
Edidit hunc signis clarum Nilotica tellus.
Hic erat in quadrum vulgatus laudibus orbem
Praebens exemplum quingentis fratribus aequum
Et pubertatis desertum tempore quaerit;
Nam ter quinquennis mortalis aufugit ultro.
Hic octena simul conversans lustra peregit
Centies exorans nocturnis ferme latebris
Et totidem vicibus sic gessit forte diurnis,
Ut genibus flexis et curvo poplite patrem
Cernuus oraret fretus pietate Tonantis;
Stuppea cui fuerant pepli velamina texti,
Donec degebat, numquam passura senectam;
Claruit idcirco celebri rumore coruscans.
Nam pagana procul vulgi cultura manebat,
Qua stetit antiquo dilubrum more dicatum;
Inde sacerdotes crebro simulacra ferentes
Bacchantum ritu longis anfractibus errant.
Taliter ut vidit dementes forte cohortes
Fanorum statuam per girum ferre nefandam,
Tum fixis genibus pulsabat voce Tonantem
Et mox stare facit bacchantes agmine turmas,
Funditus ut nullus cum plantis pergeret usquam;
Sed cuncti pariter velut aenea signa rigebant
Torrida flagrantis perpessi lumina solis,
Dum plus aestivo torrebat tempore Titan.
Interea, damnum dum norunt unde fuisset,
Credula doctrinae spondent praecordia verbis
Mistica caelestis sumentes dona lavacri,
Aemula si precibus disrumpat vincla sacerdos,

1504 Temporæ P^1 appolonius *ABGS*^{2}, appolinius *V* olim *C* *in marg.* XXVII S^2, XXVIII *S* APOLLONIUS *B*, de sc̃o (sancto) apollonio *Cp*, DE APOLLONIO MONACHO C^1GW 1505 niloica *P*, niloci catellus *(c prius in* t*) p* 1506 uulgatis *B* 1507 quigentis *(u in ras., suprasc.* n m^2*) S*, quingentib; *(b; expunctum, suprasc.* s*) C* 1508 pubertatis *(p ex* b*) B* querit *C* 1509 Nam inter *V* mortalis AS^2, mortales *(e ex i) S* aufuga *(suprasc.* t*) B* 1510 octena *codd.*, octena *(o supra* e m^2*) S*, octona *(o ex* e*) B* peraegit *G* 1511 centecies *p* exorans *(o in ras. supra lin.) A* nocturnas S^2 forte latebris *C* 1512 si *(suprasc.* c*) C* furte *(suprasc.* o m^1*) P* 1513 partem *(e in i) SS*^{1}, patrem *corr.* partem? *S* 1514 donantis *(suprasc.* t*) p* 1515 stupea *p* pebli *(b ex* p*) C* texi *V* 1516 nunquam *G* seneta *(suprasc.* c*) p*, senecta P^1 1517 Clarut *(suprasc.* i*) C* 1519 antiquo *manus aequalis supra lin. C* dilubrum *A multi* 1520 crebo *p* simulata *(suprasc.* cra m^1*) M* 1521 Bachatum *(suprasc.* c *et* n m^2*) B* anfractibus *(a* m^2 *supra ras.) S*, anfra//tib; *(supra ras.* c*) G* 1522 forto *(suprasc.* e*) S*^{2} dementes *(d ex* cl*) p* choortes *V* 1524 flexis $C^1OWGiles$, flexis *(le in ras.) E*, fixis *A cett.*, fixis genibus *etiam Rufinus Vit. patrum c. VII cf. Bedam Vita Cuthb. c. IX* 1525 fecit *(suprasc.* a*) C* bachantes $CGPP^1pS^1V$, baccantes *(suprasc.* h*) B* 1527 uelu///t *(in ras. fuit* n*) P*^{1} rigebunt *A* 1528 horrida *G* fraglantis $AS^1m^1S^2$, perpessi flagrantis *M* perpessa *(i supra a) S*$^1S^2$ 1529 torrebit $ABm^1SS^1S^2V$ tytan *S* 1530 dampnum *AGPp* 1532 mystica APP^1S^2 celestis≡ *M* lauachri *G* 1533 emula *A alii* sic S^1, si *(suprasc.* i sic m^2*) S* dirupit S^1, disrumpat *(suprasc.* disrumpit m^2*) S*, disrumpet *G*

1504—1618 *prosa c. XXXVIII* 1506 *v. 1364* Et croceum iubar in quadrum flavesceret orbem 1521 *Ovid. met. VII 258* bacchantum ritu flagrantes circuit aras 1524 *cf. ad v. 1271* 1532 *v. 1576* Limpida mundantis sectantes dona lavacri

Passibus ut properis trames per rura patescat
Et possent solito pergentes calle meare.
Ille moras rupit fundens oramina sursum,
Dum crebris vicibus celsum pulsabat Olimpum.
Sic sator arcitenens dissolvit competa clausa
In tantum, ut cuneus votorum compos abiret
Purgatus maculis baptismi gurgite sacro,
Idola fracta frians et mox in frusta resolvens.
Lis quondam pacem crudescens rupit honestam
Inter credentes, qui Christum corde fatentur,
Et diffidentes, qui Christum fraude refutant;
Nam Bellona ferox infecit corda venenis,
Arma cruenta ferens turbavit foedera pacis.
Procedunt acies densa stipante caterva;
Horridus exultat crudo certamine Mauors:
Cornua rauca sonant et salpix classica clangit,
Dum stimulant Martem bombosa voce falanges.
Tum celer advenit praefatus forte sacerdos,
Qui pacare studens belli certamina saeva
Nititur accensam fraudis restingere flammam
Et necis horrendae stolidum sedare tumultum.
Sed quidam incentor bacchatur mente maligna,
Qui caput et princeps ac pugnae signifer atrox

1534 prosperit ABm^1CPSS^2 tramens *(*n *del.)* A pura *(corr. m²)* A 1535 possent *codd.*, possent *(*sent *et* solito *in ras.)* S, stistent *in marg.* +; t *alterum in ras. ex* g B, possint *Giles* solito *(supra lin. m¹)* P^1 1536 mores AS^2, moras rupit *(*as rupit *in ras. m¹)* S oracula S^1 1537 Tum G 1538 architenens AMP^1pSS^2, acitenens *(suprasc.* r *m¹)* G conpeta *(*e *in* i*)* G, conpita p, compē&a *(*m *ex* n*; in ras. fuit* l*)* S, compea *(suprasc.* t*)* B 1539 cuneos *(suprasc.* v *m²)* C campos *(suprasc.* o*)* S*; totus versus in ras.* P 1540 purgatos *(suprasc.* u *m¹)* A babtismi A sacra *(suprasc.* o*)* S^1 1541 fructa A, fracta *(a prius in ras.)* S, facta p frians AS^2, frians *(suprasc.* c*)* SB frigans *(suprasc.* c *m²)* P^1, fricans *cett.* et *om.* P^1, mox *supra lin.* S, et mox *om.* G frustēa *(eras.* r*)* B, frusto *(corr. m¹)* P, infrustra p 1542 quandam S^2PP^1, quondam *(*o *in ras.)* S 1543 *sq.* Inter credentes qui xp̄m corde fatentur, *sed* corde fatentur *per rasuram et correctionem ex* fraude refutant m^2S^2*, v. 1544 in textu omissus, in marg. inferiore a* m^2 *additus (supra* fraude refutant *scriptum erat* corde fatentur*, sed erasum est)* S^2, corde fatentur *et totus v. 1544 in ras.* C^1 1544 difidentes *(suprasc.* f *m²)* S 1545 billona P ferax S infecti p cordauenis A 1546 cuenta *(suprasc.* r *m²)* S poedera B, phoedera P^1 1547 aties P *in textu versus 1547 a* m^1 *omissus, deinde primum ante v. 1546 scriptus et deletus, tum post v. 1546 additus* m^2S^2 1548 exulat P certaminae B mouors *in marg.* Mauors . deus belli S^1 1549 curnua *(suprasc.* o*)* A sonat A *(suprasc.* n*)* SC clasica P 1550 martem *codd. cf. 2460*, mortem *Giles* bambosa V 1551 Tū/// S cęler S 1552 pacari M, parare *ex* parce S^2, pac⁷e C, peccare *(corr. m²)* P 1553 nitur *(suprasc.* ti*)* A restingere A, restingere *(suprasc.* r *m¹)* B, restringere $C^1GPP^1SS^1S^2$, restringuere W, rest///ingere M, restinguere *Canis. Giles* 1554 horrente V 1555 maligni p 1556 ac princeps S^1 pygne m^1, pugnę m^2S signifer *ex* significet p

---

1536 *v. 1348* supplex oramina fudit 1537 *Verg. X 216* Phoebe medium pulsabat Olympum 1541 *prosa c. XXIII p. 254, 15 sqq.* gemmarum fragmina . . minutatim in frusta friabat 1547 *Verg. I 497* magna iuvenum stipante caterva. *v. 2075* densa stipante caterva *M.*, *Lucan. VII 492* densis acies stipata catervis 1549 *v. 2459* Dum vexilla ferunt et clangit classica salpix, *carm. eccles. IV 5, 18* cum clanget classica salpix *cf. ad pros. XI p. 240, 7* 1550 *Verg. VI 165* aere ciere viros Martemque accendere cantu, *v. 2450* Ac stimulant Martem legionum cornua cantu

Extiterat dicens se numquam pignera pacis
Malle, tetram donec perpetret funere mortem.
Tunc ait audacter depromens fata futura:
'Sic tibi contingat leti fortuna cruenta,
Ceu verbis optas crudeli calce casurus!
Solus nempe necem cernes moribundus acerbam,
Sospite cum reliqui vita funguntur ovantes.
Sed tibi post funus non praebet terra sepulcrum,
Bestia sed rabidis discerpet rictibus atrox
Et volucrum pariter truncatum rostra lacessant!'
Sic fuit, ut verax fatur sermone sacerdos:
Funere transacto tectum sablone cadaver;
Rursus mane vident rumpente crepuscula luce
Belvis effossum funesto corpus ab antro
Et volucrum rictus artus lacerasse nefandos.
Tum passim populi credebant esse prophetam,
Dum celer effectus rerum spectacula pandit:
Omnes certatim, qui fanis tura litabant,
Lurida culturae linquunt simulacra vetustae
Limpida mundantis sectantes dona lavacri.
Hic pater illustris celebrans solemnia paschae
Undique deserti turmas assciscere iussit
Atque catervatim cuneum glomerare fidelem.
Post haec, exactis missae concentibus omnes
Fercula dum solitae peterent paupercula mensae,
Vescuntur pariter sicco nutrimine farris
Necnon fasciculis, quos hortus tempore verno
Germinat ex gremio, cum glescit gramine tellus.
Tum pius alloquitur tali cum voce catervas:
'Credula si vere gestamus pectora, fratres,

1557 Exstiterant CS^2V pignera *A plurimi*, pignora *G* 1558 perpetræt *V*, pp&rar& S^1 1559 fate *A* 1560 contingit *(suprasc.* a m^1*)* *A* loeti *A multi*, la&i *B*, lęti *C* forna *(suprasc.* tu*)* *B* 1561 Neu *G* optat *V* cale *(suprasc.* c*)* *A*, calle *C* cassurus ASm^1S^2 1562 necē/// *B* acer-uam *GV*, acerbam *(*b *ex* u*)* *C* 1563 Sospita *C* relinqui *(*n *del.)* *A* fungantur *(*a *ex* u*)* *B*, fun-gantur m^1 *ex* fundantur *P*, vita fruantur *GW*, uitaque fruantur *p* 1564 Sed *in marg.* Tunc *p* post finem *GW* sepulchrum $ACGPP^1S$ 1565 rabidis $CGMSS^1S^2V$, rabitis *A*, rapidis *(ante* r *ras.)* *B*, ra-pidis *Giles* discerpat *W (suprasc.* e*)* GP^1p 1566 lacessunt $AMpS^2$ *(suprasc.* e m^2*)* P^1, lacessant S^1, lacessĩt *V*, lacessent *cett.* 1567 uorax *(suprasc.* e*)* *S* 1568 transacũ *(*u *in* o*)* *C* 1569 Rursum *CGW* mare *(in marg.* mane*)* *p* rumpente *vel* spargente *W* cre///puscula *A*, credula *(*dula *del. et suprasc.* puscula m^2*)* P^1 1570 biluis *AB (*i *in* e*)* P^1V, beluis *cett.*, bestiis C^1GW effossum *(*ss *in ras.)* *B*, effossum *(*o *ex* u, ss *in ras.)* *S* corpos *(suprasc.* v*)* S^1 1571 rictubus *V* 1572 populi passim *M* 1574 Omnes *(*e *ex* i*)* *B* 1575 cultura . . uetusta *P* linqunt *M*, linqu///t *(suprasc.* n*)* *B*, ṛẹlincunt *(*c *in* q *et* v *supra* u*)* *S* 1576 labacri *A* *v. 1576 om. C; quod in marg. legitur signum T (cf. v. 1607) novum capitulum indicat* 1577 inlustris *(*l *supra* n*)* SP^1, pasce *p* 1578 deserĩt *p* adscis-sere GS^2, adciscere Pm^1 1580 misę ABm^1SS^2 1581 paupercula peterent *notis transpositionis ad-ditis* S^1, solite paterent *V*, Dum peterent solite paupclæ fercula mensæ *P* 1582 *1583 in marg. add. p* 1583 qđ *(suprasc.* quos m^2*)* *M* ortus ABP^1V uerno *ex* uero m^1C 1584 gemio *(suprasc.* r m^1*)* *C* glescit AS^1 *(corr.* m^2*)* S^2, gliscit *(*i *ex* e*)* BGP^1S, gliscit *VC alii* germine CP^1, germine *(suprasc.* gramine*)* *G* 1585 alloquitur *edd. cum codd.*

1561 *cf. ad. v. 2874* 1576 *cf. v. 1532* 1577 *Iuvenc. Hist. evang. II 153* aderant sollemnia paschae *M.*

Nunc precibus dominum, caeli qui regnat in arce
Et regit imperium, mundi dum sceptra gubernat,
Pulsemus pariter solamina digna petentes,
Quatenus impendat iudex alimenta misellis;
Nempe die festo laxantur frena rigoris!'
Ecce dapes lautas et munera larga ciborum
Ante fores antri cernunt — mirabile fatu.
Haec gestant geruli, quos umquam nemo videbat,
Quamvis Aegipti lustrasset passibus arva.
Punica mela vident granis cittisque referta,
Botros et ficos et plures ordine tortas;
Cernitur hic etiam palmeti dactilus alti
Et mel lentescens cerarum machina clausum
Atque favi croceum destillans flumine nectar
Et simul ubertim candescens lacte colostrum.
His gestis geruli properant abscedere rursus,
Ast olli Christo coeperunt reddere grates,
Fercula qui dapibus largus complevit opimis.
Usque diem penti, quem dicunt nomine, costen
Sic Deus omnipotens, qui cuncta latentia noscit,
Diliciis proprios tantis pascebat alumnos.
  Iam famis Aegipti multavit clade cohortes:
Ecce catervatim densis venere maniplis,
Ut pariter miseri peterent alimenta ciborum.

1587 hunc *(suprasc.* N*)* *p* dm̃ S^2 quae *(corr.* m^2*)* P^1 arcạe P^1 1588 scepta *B*, sceptra *(*i *supra* c*)* *C* 1589 solomina *(*o *in* a m^1*)* *P* repotentes *A*, dignare petentes S^2, digna *(*a *in ras.)* *S* 1590 Quatinus $P^1m^2S^1G$ inpendit *(*n *in* m*)* *B* 1591 diạe *S* fr//ena *S* 1592 dapes *(*e *ex* i*)* *C* laetas S^1, laetas *(*æ *ex* au*)* *S*, laustas *V* 1593 atri *p*, atrii S^1, atrii antri: atrii *in ras.*, antri *del.* *S* miracula *(punctis infra positis suprasc.* mirabile*)* S^1 1594 Hos *C* gestunt *P* unquam *AG*, usquam C^1W 1595 egypti ACS^2S, aegypti GP^1V *cf. ad v. 1608* 1596 penica Pm^1, Puni/////ca *S*, P///unica P^1 mela *AS (suprasc.* a*)*, punicam ela S^2, mella *B*, mala *(*a *prius in ras.)* *E*, mala *cett.* cittisque AS^1 *alii*, cittisque *ex* citisque *S*, cattisque *V*, cittisquạe P^1, citisque S^2W, scitisque *M Canis.*, citis *del. et suprasc.* intusque *p*, cicisque *(vel* ciccisque*)* *J. F. Gronovius* 1597 butros AS^1 *(corr. rubricator)* *S (suprasc.* o*)* S^2P, botros *(*o *prius ex* u*)* *B* ficos *(suprasc.* v*)* P^1SS^1C, ficus *G* turtas *A*, curtas *B*, torras *P*, platas (= palatas) *cj. Abr. Gronovius* 1598 palmæ quae S^1 altę S^1 1599 mellestescens *V*, melletescens *(suprasc.* n*)* *B* 1600 faci *(corr.* m^1*)* *P* destillans *ACV alii*, distillans *(*i *in ras.)* *B*, distillans *G Canis. Giles* uectar *V* 1601 hubertim *V* condescens *p* colostrum $ACMSS^1S^2V$ *(suprasc.* v m^2*)* *B*, colorum *P*, colustrum C^1G *cett.*, colastrum *(suprasc.* o m^2, *gl.* genus lactis optimi*)* P^1 1602 His ita gestis S^2 rursum *C* 1603 Astoli *Ap* ceperunt SS^2 redere *V* 1604 *Post v. 1604, non post 1605 cum Canisio et Gilesio interpungendum esse docet c. XXXIX p. 289, 22* 1605 pente *GMp*, pent *C* 1606 latenti anoscit *V* 1607 proprios tantes P^1 *Inter 1607 et 1608 in C legitur* T 1608 famis $ACC^1GP^1m^1OS^2$, fames *(*es *in ras.)* *S*, fames *(*e *ex* i*)* *W* mutauit *p* aegypti AC^1GP^1V, aegipti, egypti, egipti *cett.* chohortes *P*, *in marg.* k *S*

1587 *cf. ad v. 1398* 1588 *cf. ad v. 1173* 1596 *prosa c. IX* mala punica cittis granisque rubentibus referta, *prosa c. XXXIX p. 290, 5* mala punica, quae et granata nuncupantur, cum palmeti dactilis quos nicolaos vocant, favos, unas et palatos i. e. caricarum massas 1601 colostrum: *Corp. Gloss. V 617, 22* Colustrum est lac novum 1604 *Iuvenc. Hist. evang. III 87* dapibus mensas oneravit opimis *v. 2489 aenigm. 100, 52 M.* 1605 *De hoc tmesis genere cf. Iuliani Toletani c. LXX (Auct. antiquiss. XIV 262 Vollmer) (Ermoldi Nigelli Ad Pippinum II 221 PlaC II 91* ER modolata tibi conscripsit carmina MOLDUS*) et indices ad PlaC II 721. III 818; vide etiam aenigm. 50, 2* 1606 *cf. ad 1680*

Tum tres expendit sportas cum pane refertas,
Quas prius exorans palma benedixerat alma;
Bis binis exin nutrivit mensibus omnes,
Ut numquam penitus farris fragmenta negaret
Nec tamen exhaustis cessaret sportula crustis;
Sic quoque naturam pinguis cumulavit olivi,
Ut quondam Helias legitur cumulasse propheta
Lenticulae crassum fecundans ore liquorem.
Ecce sacerdotis pandam praeconia lauti,
Mentio dum sancti pulsat penetralia cordis,
Cuius quadratum crebrescit fama per orbem
Atque per extremas fulget prudentia metas.
Qui fuit interpres et custos virgo pudoris,
Ebrea Romanis vertens oracula verbis.
Nam rudis et priscae legis patefecit abyssum
Septuaginta duos recludens bargina biblos,
Quos nunc sacratis describit littera cartis.
Insuper elicuit tractatus iure stupendos
Atque prophetarum commentis clancula certis

1612 palmas *(sed linea infra ducta) ante* palma *C* benedixit *(suprasc.* erat*) M* 1613 Bis bibinis *(prius* bi *del.) S* dein S^1, exhinc *G* oñis *M*, annis *del., adsc.* omnes P^1 1614 nunquam *G* 1615 exhaustris AS^2, exaustis P^1, exaust///is (h, *quod supra* x *scriptum est, et* ex *in ras.) S* cessasset *C* 1616 comulauit *(suprasc.* v m^2*) P*^{1} oliuae *CW* 1617 eliis *(supra ras.* a*) C* 1618 lenticolę *S*, lentileculę *(corr.* m^1*) P*, lenti cule *C; in margine:* lenticula *[cf. I Reg. 10, 1]* ẽ quod & lecithum *(cf. prosa c. XXXIX s. f. et III Reg. 17, 14)* ⟨est⟩ enim vas olei *M*, lenticula ẽ uas olei sicut & lecitus S^1 liquorum AS^2, fecunditas *(suprasc.* ant*)* oreliquorum *(suprasc.* e m^1*) P*^{1}*; post v. 1618* hieronim^{i} m^2B, hyeronimi *P*, De sancto heronimo m^2p, DE SCO EUSEBIO *G*, DE IERONIMO PRESBITERO C^1, DE HIERONYMO PRESBI(Y)TERO *OW*, De sco hieronimo prbo *C* *in marg.* XXVIIII SS^2 1619 sacerdos *(suprasc.* ti m^2*) P* laudti *p* 1620 Mentio ieronimi dum pulsat corda beati *p* penetralia *(*e *alt. ex* i*)* P^1, petralia *(suprasc.* ne m^2*) P* *1620 ante 1619 W (Nic. Heinsius)* 1621 cucus *(suprasc.* i*) S* crebrescit quadratum S^1 orbem *(*o *in ras.) C* *1621 ante 1620 G* 1622 extremus *A* prudentiam etas *B*, metas *(suprasc.* o*)* P^1 1623 intr///præs *A* custus *(suprasc. o) p* 1624 ebria ramanis *A*, ebrea romanis *cett.* 1625 abysum *AB (suprasc.* s*)* C^1O, abyssum *E*, abissum *SCp* 1626 duos *codd.*, duo *(suprasc.* s*) B*, duo *Giles* reclaudens P^1W bargina *codd. (suprasc.* peregrinus*)* C^1OW *in marg.*, peregrina SS^1, alienigena *in marg. P*, pagina *Canis. Giles cf. v. 2151* 1627 tunc S^1 discribit *P* litera S^2 chartis AS^1S^2, kartis *C*, cartis *cett.* 1628 eliuit m^1 *in marg.* expressit *P* 1629 clangula *(suprasc.* c*) G*

1619—1652 *Hieronymi nulla est in prosa mentio, quamquam in capitulorum enumeratione indicatur cf. adnotat. crit. ad c. XL et ad capitulationem. Iterum commemorantur et laudantur Hieronymi libri 2144—2152, cf. etiam prosa c. XXIX* Hieronymus caelestis bibliothecae egregius cultor universorumque interpretum praestantissimus 1621 *cf. v. 1632 et ad v. 2* 1625 *Sedulius Carm. pasch. I 145* geminae qui (= Christus) consona legis Testamenta regens veterem patefecit abyssum. *M. — Sedul. prosa c. IX* qui veteris et novi conditor testamenti inmensum primae legis abyssum suo patefecit adventu. *Alcuinus De sanctis Euboricensis eccles. 1448 PlaC I 201* Nam rudis et veteris legis patefecit abyssum, *cf. ad locum totum v. 2145 sqq.* 1626 *Paulus Albarus IX 145 (PlaC III 136)* Septuaginta duos mittens sub bargina biblos *cf. v. 2151. cf. Progr. Goth. 1904 11, Festschrift für A. v. Bamberg p. 20. Etiam sanctimonialis Anglisaxonica, quae scripsit vitam Willibaldi (Mon. Germ. XV, I p. 102, 32), habet* vastae barginum *(= peregrinorum)* viae. *Numerus ipse redit ad Cassiodori distinctionem et enumerationem, non ad Hieronymum, qui eam non agnoscit cf. Zahn, Gesch. d. neutest. Kanons II 334. 340. 342* 1627 *carm. eccles. IV 4, 10* Quae nunc in cartis scribuntur rite quadratis

Dicta retexebat pandens misteria rerum.
Inclitus hic constat scedis per saecla magister,
Quae nunc per mundum scribuntur rite quadratum,
Scilicet illustris lectorum turma per orbem,
Eusebio genitore satus, ceu prodidit idem
Enumerans veterum vulgata volumina patrum,
Ex quo salvator nostrae cunabula carnis
Sumpserat in terris emundans crimina saecli,
Quando crucis gabulum sacrato corpore scandit
Et genus humanum pollutum fraude maligni
Vulnera perpessus purgarat sanguine rubro.
Quis tanto studio geminarum famina legum
Aut tam solerter rimari nititur umquam,
Ceu meditatus erat sacros dedasculus idem,
Ut psalmista canit, noctesque diesque libellos?
Aemulus idcirco pollutus peste livoris
Rictibus horrendis vatem lacerabat eundem:
Faucibus invidiae sic gloria carpitur atris
Et laus almorum mulcatur fraude malorum;
Namque canes crebro stipant latratibus aprum
Undique vallantes densa cingente corona,

1631 scedis *codd.*, scedis (scec *in ras.; in marg.* scedis ·/. epistolis *S in marg.* libris *P*, scidis *conj. Canis.* secēli *B* 1633 *Et licet *codd. edd.* turma *est ablativus* 1634 Eu///sebio *V* 1635 enumeret *p*, e//numerans *V* 1636 Ex qui saluator (o *supra* i) *A* 1637 Sumserat *V* saeculi S^2, crimine seclum *p* 1638 cobulum *p* 1639 Et egen = *P*, Ut genus *G* pollutum (o *ex* u) *S* 1640 purgaret *p*, purgauit *CGP*, purgarat (*suprasc.* uit m^2) P^1 1641 tanto studio (*del. et suprasc.* poterit tanta) *S*, tanta possit S^1 1642 Ac *EGW* tamen *G* solerter (*suprasc.* l) *S*, sollerter *CGP*S^2, sollerť (ť *in ras.* m^2) *B* 1643 meditans (*suprasc.* tu) S^1, medatus (*suprasc.* it m^2) P^1 dedasculos AP^1m^1 (*suprasc.* v), didascolus (i *in ras.*) *B*, dedasculus *PS*S^2*V* (e *in* i), didasculus CC^1S^1, didascalus (a *ex* u) *G cf. 567* 1644 salmista *V* noctes diesq; AS^2, noctesq; (q; *add.* m^2) *S*, nocte dieque S^1 1645 pullutus *SV*, pollectus (*in textu del.* pollutus *in marg.* m^2) *p* liboris AP^1 (*suprasc.* v m^2) 1646 orrendis *A* uatem (u *ex* f) *p* laceret *A*, laceraret *S* (e *del., suprasc.* bat) S^2p, lacerarat *B*, lacerabat *W*, lacerauit *P* 1647 Facibus *V* carpitur gloria *signis transpositionis additis G* 1648 mulcatur *A* (c *in* t) P^1, multatur *BCC*^{1}*GPS*^{1}, mutatur *p*, multabat *W* 1649 Nanq. *G*, Namque (*suprasc.* Vt m^2) *S*, Vtque S^1 latrantib; (n *del.*) P^1 aprū *add.* m^2P 1650 uallæntes *A*, uallentes *S* (*suprasc.* a) S^2, uallantes (a *ex* e) *V*

1630 *carm. eccles. IV 10, 6* Mire portendit pandens misteria rerum. *Laudantur igitur Hieronymi translatio bibliorum et tractatus eius et commentaria in prophetas* 1632 *cf. ad carm. eccles. IV 10, 4* Quae modo per mundum divulgant scripta triquadrum, *5, 16* Quae modo membranis per mundum scripta leguntur 1634 *Hieron. de viris illustr. CXXXV* Hieronymus natus patre Eusebio; *praef.* Hortaris, Dexter ut ... ego in nostris hoc faciam, id est, ut a passione Christi ... omnes, qui de scripturis sanctis memoriae aliquid tradiderunt, tibi breviter exponam 1636 *carm. eccles. IV 10, 19 sq.* E quis salvator nostrae cunabula sarcis Sumpserat in mundo scelerata piacula demens 1644 *psalm. 1, 2* in lege eius (domini) meditabitur die ac nocte 1645 aemulus = *Rufinus cf. Hieronymus adv. Ruf. I 1* lingua canum meorum = *ps. 67, 24* 1649 *Verg. XII 751* venator cursu canis et latratibus instat *cf. X 707 sqq.* — *Epist. ad Ehfrid.:* etiamsi Theodorus ..., ceu aper truculentus molosorum catasta ringente vallatus, stipetur, limato perniciter grammatico dente .. rebelles falanges discutit, utpote belliger in meditullio campi arcister legionum falangibus saeptus aemulorum spissis 1650 *Verg. X 122* rara muros cinxere corona *M.*

Ast ille infestos dispergit dente molosos
Et voti compos saltu regnabit in alto.

Iam nunc almorum descripta laude virorum,
Candida virginitas paradisi cara colonis
Quis dedit, ut mundus celebret praeconia vastus,
Supremis donec solvantur saecula flammis,
Dum colles ut cera fluunt saltusque fatescunt,
(Immo post mundum, cum cesset cyclos Olimpi,
Clarius ante thronum sanctorum serta nitescunt),
Tempus adest sacras metris vulgare puellas,
Qualiter integritas virtutum culmen adeptis
Virginibus dederit nitidas gestare coronas,
Dilicias saecli quae temnunt corde profanas
Fetida pomparum linquentes gaudia sontum,
Ut dominum lucis devota mente sequantur,
Agnum virginea spissis cum forte catervis
Stipat in aethereo caelorum culmine turma
Et grex cum pastore pio gratabitur albus,
Purpureis vernant qua campi floribus arva
Et lupus horrendis non frendet rictibus atrox
Pascua nec norunt crudelis damna latronis,
Sed pacis iugiter perpes concordia regnat.
Nunc igitur casto veneror rumore Mariam:

1651 inuestes *(suprasc.* f m^2*)* *p* gente *(suprasc.* t*)* P^1 molossos P^1m^2p, moloso *C* 1652 cā-pos *A* salty *(suprasc.* u m^2*)* S^2 regnabit CS^1V, regnauit ASS^2G *Canis. Giles* alto *(o ex* a*)* *p* 1653 Iam *(suprasc.* n m^2*)* *S*, Nam S^1 De sacris uirginibus *C*, DE SACRIS VIRGINIBVS C^1OW, DE LAUDE SC̃ORUM *(o in* a *man. rec.; add. m. s. XVI* VIRGINUM LIBER*)* *G*, In laudes virginum et puellarum praefacio *p* 1654 uirginita///s *A* paradysi $AS^1Sm^1P^1$, par//disi *(r in ras., supra ras.* a*)* *S*, paradisy S^2 ca//ra *P* colonis *(*l *ex* r*)* P^1 1655 celebrat *p* 1656 suppremis *multi*, suppraemis P^1, Supraemis *(suprasc.* p*)* *B* don̄is *(*i *in ras.)* *B* saluantur *AS (suprasc.* o*)* P^1VB *(suprasc.* o m^2*)* *C*, soluantur S^1p *cett.*, soluant S^2 *cf. 616* 1657 Tum *p* coera *B*, caera S^1S^2 fluent *P*, fluunt *(suprasc.* e m^3*)* *G* fatescunt AS^1S^2V *(*a *suprasc.* e m^3*)* *G*, fatescunt *(*e *in* i*)* BP^1S, liquescunt *C* 1658 Imo *p* modum C^1 cesset *codd.*, esset *Canis. Giles* cyclos *A*, cyclus $CC^1PP^1S^2V$, ciclus pSS^1G, cicl///s *(supra ras.* o m^3*)* *B*, cy//lus *E* olympi GPS^1, olimphi *C* 1659 nitescent *P* 1660 vulgare putrescunt *(linea supposita, suprasc.* choreas m^2*)* *C* 1661 antegritas *V* culmina adept///is *A*, culmine adeptis S^2, culmen// *(*e *ex* i*)* P^1 1662 nitidis *P* 1663 dilicias *ACS alii*, delicias *(*e *ex* i*)* BP^1 s(a)eculi AS^2BS tempnunt *GPSV* profanis *(suprasc.* a m^1*)* *S*, cordæ profanos *V* 1664 Fetida AS^2P^1 *alii*, Fetita *del., in marg.* Fetida *p* liquentes S^2 1665 Et *S* 1666 spissum cum *C* 1667 Stipat *(suprasc.* n*)* S^1 in *eras.* S^1 (a)etherio CS^1 1668 gratabi////tur P^1 almus S^1, al̄bus (m m^1*)* C^1 1669 purporeis *(suprasc.* v m^2*)* uernant (nt *ex* t*)* P^1 qua cũpi *V* 1670 orrendus *(suprasc.* h*)* *S* nefrendet *B*, frondet *(o ex* e ?*)* *E*, (frendēre *cf. Georges, Lexicon der lat. Wortf. 287)* rictibus *codd. (etiam* S^2*)*, dentibus *Canis. Giles* *v. 1670 in marg. p* 1671 necnorum *(suprasc.* g m^3*)* *B* credelis *V* 1672 paucis S^2, pa//cis *S* iugiter /////// perpes *(in ras. fuit* concor*)* *A*, igitur S^2, paucis igitur *Canis.* 1673 *in marg. XXVIIII* S^2 *una linea vacua post 1672 B* MARIA *S*, De sc̃a maria *C*, DE SC̃A MARIA C^1W, LAUS VIRGINIS MARIAE SC̃E *G*, De beata uirgine *p* uenerans rumore maria *p*, uene///or *(supra ras.* r*)* P^1

1651 *Ovid. fast. II 232* aper . . Fulmineo celeres dissipat ore canes *cf. a. a. II 374* 1653—1672 *prosa c. XL al. 1* 1656 *sqq. carm. eccles. IV 11, 6 sqq.* cum polus ac tellus ac ponti flustra fatescant, Donec supremis scintillent saecla favillis Et mundi moles, montes collesque liquescant Atque creaturae cerarum fluxus adinstar Machina succumbat flamma crepitante per orbem *cf. v. 2346 sqq., Iuvencus Hist. evang. I 5* Quo cunctum torrens rapiat flamma ultima mundum 1670 *v. 1565* Bestia sed rabidis discerpet rictibus atrox 1673—1709 *prosa c. XL al. 2 p. 292*

Versibus egregiam nitor laudare puellam,
Cui mundus merito celebrat praeconia totus.
Quae fuit Israhel claro de germine gentis
Desponsata proco fecunda puerpera virgo;
Sed Deus omnipotens, quadrati conditor orbis,
A quo processit praesentis machina mundi,
Cui secreta patent ex alto culmine cuncta
Quique abstrusa suo perlustrat lumine tetra,
Virginis intemerata videns praecordia castae
Maluit, ut prolem peperisset virgo supernam,
Sordida qui veniens dempsisset crimina mundi,
Dum dilubra dedit Christo atque sacella pudoris.
Mox genuit verum lumen de lumine patris,
Exueret mundum ut furva caligine Christus,
Qua genus humanum tetro torpebat in orbe,
Usquequo clarifici luxerunt lumina solis,
De quo iam dudum cecinerunt verba prophetae.
Haec, inquam, virgo caelesti pignore feta
Edidit ex alvo salvantem saecula regem,
Imperium mundi solus qui iure gubernat,
Ut dudum angelico discit virguncula fatu,
Cum pater altithronus Gabrihel misisset ab astris.
Haec fuit, egregius quam promit carmine vatis,
Qui Solimis quondam dives regnavit in arvis,

1674 nitor *(o ex* u*) B*, nitur *p* uenerare *pro* laudare *C* 1676 israhel *ABCP¹pSV*, israel *cett.* gemine *(suprasc.* r *m¹) S* 1677 disponta *(suprasc.* sa*) A*, disponsata *Bm¹CPP¹SS¹S²* fecunda *codd.*, fuacunda *(suprasc.* e*) P* ioseph *(pro* uirgo*) p*, uiro *GP¹W* 1678 quadrato *(suprasc.* i*) P¹* 1680 exalt//////o *A* 1681 obstrusa *BW* perlustret *p* limina *(i in* v *m²) B*, lumina *Giles* 1682 intemerata *(a ex* o*) P* fidens *(suprasc.* v *m¹) p* intemerata caste p̃cordia videns *C* praecodia *(suprasc.* r*) P¹* castae *om.; in fine versus scribillata quaedam* (ca?), *in marg. paene evanide* ste *A*, caste *S²* 1683 prolem *(role in ras.) S* peperisse *(suprasc.* t *m²) S* supernum *(u in a m²) S¹* 1684 qui *codd.*, que *(*e *ex* i*) P¹ Canis.*, quae *Giles* dempsisset *CGS¹*, dp̃sset *(suprasc.* e*) P* 1685 dilubra *ABS alii (i in* e*) SCP¹* adque *B* podoris *AS²* 1686 uerum *om. C* 1687 exueret *(*t *add. m²) B*, exuret *(suprasc.* e*) P¹* ut *(supra lin. m¹) C, & (suprasc.* v *m²) P¹* fl̃ula *(in ras. fuit* l*) A*, fulua *BPP¹S¹*, fulua *(suprasc.* r *m²) S*, furua ut c. *p* 1688 torr̃pebat *B* 1689 usq:qm̃ *A, post* quo *ras. S* luxer̃ *(supra lin. m¹) C* lumina xp̃i *GW* 1690 DENVNTIATIO GABRIHELIS *C¹*, ADNVNCIATIO GABRIELIS *W*, ITEM DE EADEM *G* c////ecinerunt *P¹* 1691 inquit *S¹* feta *AS²C*, f&a *P¹*, tota *B*, foeta *cett.* 1693 iubernat *p* 1694 Et *in textu, in marg.* Ut *p* didicit *P* uirgucula *S* vato *(*v *in* f*) p* 1695 gabriel *(suprasc.* h *m¹) Am²S*, gabrihel *BCPS¹S²* mississet *A* 1696 vatis *ACS²V* (e *ex* i*) BP¹*, vates *etiam carm. eccles. II 18* 1697 solimis *ABCPP¹pSS¹S²*, solymis *cett.* diuis *GW*, diuus *p* aruis *(a ex* e*) p*

1677 *carm. eccl. II 7* femina praepollens et sacra puerpera virgo 1679 *cf. ad v. 158* 1680 *v. 1915* pater omnipotens qui cuncta latentia noscit, *prosa c. LIII* clandistinae castitatis cognitor Deus, cui secreta patent et quem abstrusa non latent, *et quae illic sunt allata* 1681 tetra = *delicta, peccata: cf. ps. XVIII 13* Delicta quis intelligit? ab occultis meis me munda 1685 *Sedul. Carm. pasch. II 45* maximus infans Intemerata sui conservans viscera templi 1686 *vide ad carm. eccles. II 5* Quae verum genuit lumen de lumine patris *et I. Huemer ad Sedul. Carm. pasch. I 313* 1690 *cf. ad praef. v. 25; vide etiam Sedul. Carm. pasch. II 35* Haec ventura senes postquam dixere prophetae; *Hraban. Maurus c. I 19 (PlaC II 160)* Quod sic venturum sancti cecinere poetae 1691—1709 *eadem leguntur in carmine ecclesiastico II 12—31; confer etiam epithetorum enumerationem in prosa l. l. Locus consimilis Milonis Elnonensis de sobrietate II 7 sqq. (PlaC III 645) praeter locos e cantico canticorum desumptos nihil cum Aldhelmo commune habet* 1696 *cf. v. 2137 sq.*

Hortus conclusus florenti vertice vernans,
Fons quoque signatus caelesti gurgite pollens
Necnon et turtur tremulus; cui praescius infit
Angelus: 'En sobolem generabis virgo perennem
Atque puerperium paritura puerpera gignes:
Filius altithroni faustus vocitetur in aevum!
Spiritus e caelo veniet sanctissimus in te:
Virtus ecce tuo confert umbracula cordi;
Patris obumbrabit te, virgo, celsa potestas.'
Quo dictu matris turgescunt viscera fetu,
Qui genitus mundum miseranda labe resolvit
Atque crucifixus scelerata piacula dempsit.
Porro Caeciliae vivacem condere laudem
Quae valeat digne metrorum pagina versu?
Quae sponsum proprium convertit dogmate sancto
Mellea carnalis contemnens ludicra luxus,
Basia dum potius dilexit dulcia Christi
Candida praepulchris complectens colla lacertis.
Quamvis armoniis praesultent organa multis
Musica Pierio resonent et carmina cantu,
Non tamen inflexit fallax praecordia mentis
Pompa profanorum, quae nectit retia sanctis,
Ne forte properet paradisi ad gaudia miles.
Taliter interea compellans vocibus infit,
Dum secreta petunt concessa lege tororum:
'Angelus, en, inquit, superis tranavit ab astris.

Vermibus et scatens efflavit flamen in auras.
Sic quoque famosis felix Anatolia signis
Claruit exilium scaevi perpessa tyranni.
Consulis en sobolem constrictum nexibus artis

2402 obscuram squamoso *AS*, squamora *(suprasc.* s*)* P^1 tigillum *codd. cf. 1028*, sigillum *Canis. Giles* 2404 plodit *(suprasc.* ex*)* *C* *2404 add. m^2p, qui codex hic desinit nulla addita subscriptione* 2405 nunquam *G* inrump& ad antrum *C* 2406 exulit S^2, exuat *corr.* excubat *S*, exul///at P^1 armis *(suprasc.* v*)* *S* 2407 gypsam uerbo *(suprasc.* t̃rente*)* migrare *C* 2408 expulso *(*o *in* a *m^2)* S^1, expluso *corr.* expulso *S* palmas *C* 2409 bernacula *ACS (suprasc.* v*)* GP^1 2410 Quatinus $AGP^1m^2S^1$ inȩcripta P^1 matrix *(suprasc.* n*)* *S* næfandus *C*, nefandus *(suprasc.* a*)* S^1, nefandas AS^2Sm^1 *(*s *expunctum)* 2412 supplent *W*, spplex ut ut *C* 2413 iun//xe *(*n *in ras., suprasc.* re*)* P^1 2414 pręcibus *A*, præcibus P^1V crebro *C* tonarentem *(*re *temptatum m^1)* *C* 2415 odis dauiticis $ACEm^1GP^1S^2O$, odis dauidicis SS^1V *Canis.*, odas dauiticas *(*a *in ras.)* *W*, odas dauidicas *Giles* modolantes AS^2 carmina sancta ACP^1SS^1V, carmina sancto S^2 *(sic!)*, carmina sancte *Canis.*, carmine sancto $C^1EGOWGiles$ 2416 dilubri *ACSV* (e *ex* i*)* *G* famine *V*, *suprasc.* la S^1, *suprasc.* l *C* 2417 manusq; *(suprasc.* u*)* C^1, q; *add.* m^2P^1 litare *codd.*, offerre *Canis. Giles* deiane *A*, deanae *CS*, dianę *(suprasc.* e *m^1)* S^2 2418 conprere *(*r *prius in* l *m^1)* *A* nefandis *(*is *in* ũ*)* *G* 2419 mibrabat *(suprasc.* v*)* *S*, ubrabat *(suprasc.* i *m^2)* P^1 2420 crudeli tortor *(suprasc.* s*)* S^1 fundendo *(supra lin. m^1)* *C*, *cf. L. Traube, Karol. Dicht. p. 28 sq.* 2421 consecran suel contorquens *W* 2423 dext//ra P^1, lacerta *C*, loeti *expunctum*, *suprasc.* lacerti S^2 2425 flamen *supra lin.* m^2S^2 aures (e *in* i*)* S^2 2426 anatholia CGP^1S^1 2427 sc(a)eui *codd.*, seui S^1C, saeui *Giles* tiranni CS^1 2428 Consuli//////// subolę *V*, Consolis *(suprasc.* v *m^2)* consobolis *(eras.)* en sobolem P^1 constrictum *A codd.*, constrictam WP^1m^2 *(*c *suprasc. et* ri *add. m^2) Canis. Giles cf. ad epist. ad Ehfrid. init.* artis *codd.*, arctis *Canis. Giles; constructio eadem, qualis est v. 2331* famulas .. constringere collum

---

2415 *Sedul. Carm. pasch. I 23* Daviticis adsuetus cantibus odas resonare *M.; v. 2895* Dum decies denis modulantes milibus odis et quater undecies .. carmina 2419 *v. 1255* ut .. stricto mucrone negaret 2420 *v. 2600* cruenta canes linxere fluenta tyranni *cf. v. 1983. 2310* tormenta cruenta, *v. 690* fana profana *et saepius*

Expertem sensus cum bruta mente vagando
Hostibus explosis restaurat pectus anhelum.
Quo rumore rudi diversis pestibus aegros
Conglomerant pariter stipantes agmine sanctam:
Ollis optatam reddebat virgo salutem,
Necnon et marsum, qui torvam carmine gypsam
Irritat, ut sanctos crudelis belva lacertos
Dentibus horrendis et rictu rodat aperto,
Extemplo curat disrumpens vincla celydri,
Qui prius in spira marsum glomeravit inertem.
Idcirco cursim festinat credere Christo
Agnoscens propriam tanta virtute salutem,
Insuper et meritum cumulavit sanguinis ostro
Praemia sumpturus cum caeli coetibus almis;
Candida post sequitur cum binis martira sertis:
Integritas nitidam necnon et passio rubram
Plumabant pariter macta virtute coronam.

Digestis igitur sanctorum laudibus almis,
Quorum rumores sub caeli culmine flagrant,
Restat, ut ingentes depromant carmina pugnas
Ex vitiis procedentes, virtutibus atque

2429 conbruta *V*, bruta *(a ex* o *m²) P¹* uagando *(suprasc.* tem*) S¹* 2430 restaurans *(suprasc.* t*) S*, reſtaurat *V*, restaurant *C* anhellum *AP¹*, anelum *(suprasc.* h *m²) S*, anhellus *C* 2431 Quorum ore *C* rudiuersis *AS²S (suprasc.* di*)* diuersib; (r *ex* s*) C* 2432 parite *(suprasc.* r*) P¹* ſagmine *(in ras. fuit* s*) P¹* 2433 obtatam *GS²* 2434 marsum *codd.*, morsum *Canis. Giles* carmina *C* gipsam *P¹C*, dypsam *cj. Canisius cf. ad 808. 2754 et prosa c. XXIX p. 266, 17* 2435 Inritat *CV* cludelis *(suprasc.* r*) S* bilua *ASP¹m¹* 2436 orrendis *P¹* rotat *ASS²*, rodat *(r in ras.) P¹*, roda//t *(in ras. fuit* ba*) S¹* 2437 Extimplo *GS*, Exemplo *C* 2438 marsum *codd.*, morsum *Canis. Giles* 2439 cursum *C* cristo *C* 2440 ppriã *(a ex* u*) C* salutem uirtute *S¹* 2441 sanguini ostro *A* 2442 praemium *ACP¹S²S (suprasc.* a*)* caetibus *SV* 2443 candida *(*d *posterius ex* t*) A* *Post v. 2445 in A una linea vacua, in qua Maugerardius scripsit* Althelmus de 8 principalibus uitiis; *v. 2446 incipit ab initiali littera simpliciter ut ceterae punctis decorata; similiter in P¹S¹V nulla distinctio, nisi quam initialis indicat, habetur; quod nunc in S¹ legitur* De VIII Principalibus uitiis, *manu recenti est additum.* — INCIPIT DE OCTO PRINCIPALIBVS VICIIS, *in marg.* ALTHELMI EPISCOPI *S²*, INCIPIT LIB̃ III ALTHELMI EP̃I. DE OCTO PRINCIbab; *(suprasc.* li*)* uitiis *S (cf. ad v. 1653); versus 2445—2904 in S manus saec. X supplevit.* EXPLICIT LIBELLUS ALDHELMI EPISCOPI DE LAUDE SANCTORUM PATRVM ATQVE VIRGINVM · INCIPIT LIBER EIVSDEM DE OCTO UITIIS PRINCIPALIBVS *O*, INCIPIT LIBER *om. C¹EW*, EXPLICIT LIBER ALDELMI DE LAUDE VIRGINUM INCIPIT EIVSDEM DE VIII *(suprasc.* to*)* VITIIS PRINCIPALIB. *G*, Finit liber aldhelmi de laude uirginitatis;;; INCIPIT eiusdē de uirtutū pugna cū uitiis *C*. *In marg. m²* BELLA VITIORU⁹ *P¹*. *Novum librum addito titulo* (Althelmi Episcopi INCIPIT) DE OCTO PRINCIPALIBUS UITIIS *incipiunt Canisius et Giles* 2448 festat *A* carmine *S²* (e *ex* a*) S¹* (a *suprasc.) S* 2449 ꝑcedentes (t *ex* s*) A*, ꝑcedentes *(suprasc.* n*) S*, procidentes *V*

2429 *Verg. VI 48* sed pectus anhelum Et rabie fera corda tument *M.* 2430 *v. 2673* Hostibus (= *demonibus*) explosis secura pace potitur 2434 *Milo Vita St. Amandi I 192, PlaC III 573* Fama est serpentes Marsos turbare suetos exigua sibimet vallum tellure patrare; *de sobrietate II 127. cf. prosa c. XLVII p. 301, 17* 2441 *cf. ad v. 584* 2444 *sq. cf. ad v. 1878* 2446—2762 *fusius explicat, quae in prosa c. XII. XIII incohavit, secutus Cassianum, Prudentii in Psychomachia exemplo non adscito* 2446 *Conferenda sunt cum hoc extremae partis exordio, quae scripsit Aldhelmus v. 1653 sqq. et in prosa c. LIX* 2447 *v. 1886 sq.* cuius praeconia passim Latus concelebrat sub caeli cardine mundus, *v. 523* sub caeli culmine regnat, *Bonifat. v. 118 = 251* sub culmine caeli 2448 *praef. v. 1* Metrica tirones nunc promant carmina castos

Virginibus Christi quae caeli regna negabunt
Florida lucifluae claudent et limina portae,
Ni virtute Dei procul eliminata fatescant
Et fugiant furvas Christo trudente sub umbras.
Ecce catervatim glomerant ad bella falanges,
Iustitiae comites et virtutum agmina sancta;
His adversantur vitiorum castra maligna,
Spissa nefandarum quae torquent spicula rerum,
Aemula ceu pugnat populorum turma duorum,
Dum vexilla ferunt et clangit classica salpix
Ac stimulant Martem legionum cornua cantu.
His, inquam, denso virtutes agmine plures
Occurrunt vitiis: gestantes bellica signa,
Cassida cum thoracis necnon ancile duelli
Et macheram verbi peccati monstra necantem
Se in spatium pariter portant ad proelia mundi;
Virtutes quoque parmarum testudine sumpta
Saeva profanorum contundunt tela sparorum.
Virginitas igitur, quae calcat crimina stupri,
Quam non deturpat peccati scaeva cicatrix,
Contra bellantes studeat certare catervas
Octenosque duces, quibus haerent agmina saeva,
Viribus armatis nitatur vincere virgo!
Nec solum prodest tirones sternere stupri
Et macerare suam crudeli vibice carnem,

2450 uirnibus *V* qui *AS*^{1}*S*^{2}, quę (ę *ex* i) *S*, quae *cett.* negabant *C (suprasc.* v) *S*^{1}*S*^{2} regna cęli *S*^{1}*S*^{2} *(suprasc. 2 et 1 man. rec.; Canisius?)* 2451 *claudentes limina *codd. edd.; nam* quae *propter* eliminata *v. 2452 ad* vitiis, *non ad* pugnas *referendum est* 2452 eliminata *CC*^{1}*GOVEW (in ras. m*^{2}*)*, elimmata *A*, elimata *S*^{1}*S*^{2} (a *alt. ex* e*) S* (procul eli *in ras.) P*^{1} *(suprasc.* in *m*^{2}*) Canis. Giles* fatesǂant *(supra ras.* c *m*^{1}*) A*, fatiscant (nt *ex* m*) S*^{2}, fatescunt: e *in* i *G*, e *in* i, u *in* a *P*^{1} *Post v. 2453* Inprimis abstinentia gastrimargiam bellando adgreditur *C* 2453 fugiunt *(suprasc.* a *m*^{2}*) S* 2454 phalangæs *S*^{1} 2455 Iusticiæ *SS*^{1}, iustitia *A*, Iustiæ *(suprasc.* ti *m*^{2}*) P*^{1} 2457 necfandarum *A*, nefandorum *S*^{2} (o *in* a*) S* 2458 pugnat (u *ex* a *m*^{1}*) S*^{2} torma *V* 2459 clasia *(suprasc.* c*) P*^{1} ǂalpix *(supra ras.* s*) A*, sapix *(suprasc.* l*) S*^{2}, salpix *cett.*, salpinx *Giles* 2460 legeonum *A* cantū *V* 2461 densa — agmina *(suprasc.* o — e*) S*^{1} 2463 cassica *C* toracis *SS*^{2}, thorace *(*e *in ras.) P*^{1} achile *A*, anchile *CP*^{1}*SS*^{2}*V* 2465 Semspatium *A*, Semspaciam (a *ult. del. et suprasc.* u*) S*^{2}, sem spatium *m*^{1}, semispazum *(suprasc.* i *m. post.; suprasc. m*^{2} quas semispadã et dimidius gladius*) O* portan *Am*^{1} praelia *P*^{1} 2466 p///ar///morum *S* 2467 profano (rñ *supra lin.) S* contendunt *(suprasc.* v *m*^{2}*) O* spararum *V* *Post v. 2467* DE EBRIETATE *C*^{1}*OW*, DE UIRGINITATE *G* 2468 calca//t *V*, calce *(suprasc.* at *m*^{2}*) P*^{1} 2469 deturbat (b *ex* p*) V* p&cati *S* sc(a)eua *A cett.*, sęua *S*^{2}*V*, densa *in ras. S* 2471 octenusque *AS*^{2}, Octenosque (o *supra* e*) P*^{1} sancta *GOW*, saeua *cett.* 2473 Non *S*^{1}, Nec *codd.*, Ne *Giles* torones (i *supra* o*) G* 2474 macerere (e *in* a*) G*, & ///macerare *V* uibice *AS*^{2} *codd.*, uiuice *S*^{1} *cf. 2311*, uulnere *Canis. Giles*

2451 *Verg. II 752* obscuraque limina portae 2454 *Hanc certaminis imaginem, quam Prudentius exsecutus est, hic et in prosa c. XI et XII init. ipse adhibet, desumpsisse videtur ex Gregorio Moral. XXXI c. XLV* Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importunae vitiorum multitudines oriuntur 2459 *v. 1549* et salpix classica clangit, *qui totus locus cum his versibus est conferendus; aenigm. 13, (I 15) 1* quamvis aere cavo salpictae classica clangunt *cf. etiam ad carm. eccles. IV 5, 18 et ad v. 280* 2460 *v. 1550* Dum stimulant Martem, *Verg. VIII 2* rauco strepuerunt cornua cantu *M.* 2463 *ad Ephes. 6, 14 sqq., ad Thess. 5, 8* 2464 *ad Ephes. 6, 17.* 2468—2481 *cf. Cassiani Institut. V 11, ubi tamen de gastrimargia agitur*

Cetera ni fuerint vitiorum crimina septem
Ad diram prostrata necem grassantibus armis:
Ut populus domini liquit Memphitica sceptra
Umida cum siccis pervadens caerula plantis
Et quater annorum complevit tempora dena,
Hoc est octeni spatiosa volumina lustri,
Usquequo promissae telluris regna capessit.
Sed plebs Aegipti rubro sub gurgite mersa,
Qui turmas flustris densas perdebat aquosis,
Ingluviem ventris iuste signare potestur.
Quapropter pravas expugnans virgo cohortes
Hanc pestem primo diram certamine vincat!
Quam sequitur scelerata falanx luxusque ciborum
Ebrietasque simul necnon et crapula cordis,
Ingluviem dapibus quae semper pascit opimis;
Sed gula, quae dulcis lurcatur fercula victus
Et gestit saturare sui penitralia ventris
Ac stomachum farcire studet praepinguibus extis,
Ieiunii validis pellax prosternitur armis.
Nam protoplaustus, quem rex formavit Olimpi
Ruricolamque rudem palmis plasmaverat almis
Pectora fecundans caelesti flamine vitae,
Iamdudum cecidit prostratus fraude gulosa,

2475 ceteram (m *in* ni) *S* 2476 prostratã *A*, *inter* prostrata *et* necem *ras.* S^2 crassantibus SP^1m^2 2477 linquid $P^1m^1S^1$ memphyca *A* 2478 Humida P^1 cerura *(suprasc.* l) S^1 *(r prius ex* l) S^2 2479 amorum *(suprasc.* n) *G* 2480 octeni *A cett., (*e *in* o) P^1 spatiora *V*, spaciosa P^1 lustra *C* 2481 usqueq. *(suprasc.* uo) S^2 promise *AC*, ꝑmis sę S^2 capessit AS^2 *cett. (*i *in* e m^2) P^1, capessat S^1 *Canis. Giles* 2482 pleps *S* aegypti *AG*, egypti SS^2, egipti CP^1 iurgite P^1 mersu *V* 2483 *Quae *codd. edd.* pendebat *(suprasc.* r) P^1 *Hinc incipit pars altera codicis N* 2484 potestor C^1OW, protestor *GE (*ptes *in ras.),* potest S^1 2486 uingant *(suprasc.* c m^2, n *expunctum) S,* uincaꝰ *N* 2487 luxus b. *add. supra lin.* S^1 2488 ebriatasq; *V* 2490 Sed *(suprasc.* v m^2) P^1 lurcatur *codd.,* luꝫcatur *(supra* ca m^2 r) P^1, lucratur *Canis. Giles* 2491 gestat *(suprasc.* i) *O* penitralia AGP^1, sub penetralia *V v. 2491 om.* S^1 2492 stumachum P^1 2493 ualidis *paene totum erasum* P^1 almis AS^2, almꝑ *(suprasc.* is) *N*, armis S^1 *cett.*, aRmis *S* 2494 proto pla//stus *A*, protoplaustus *N*, protoplastus *cett. 2494—2497* m^2 *in marg. inferiore adscr.* P^1 2495 Ruricolamq; *(*a *ex* u) S^2, ruriculamque *NOW* 2496 flāmine P^1m^2 2497 Iam cecidit dudum *G* fraude maligna *(in marg.* ł gulosa) S^1, fradde *(*r *in ras.) V*

2477 *Cassiani Collat. V 18, 19. 22, 2 cf. ad pros. c. XII p. 241, 9 sq.* 2479 *Deuteron. 1, 9* 2482—2543 *De gastrimargia, cf. Cassiani Collat. V 18* egressis iam de Aegypto et liberatis ab una gente validissima id est Aegyptiorum, Moyses vel per ipsum dominus in Deuteronomio loquebatur. Quae figura in nobis quoque rectissime stare deprehenditur, qui de saeculi laqueis expediti gastrimargiae id est ventris vel gulae vitio caruisse cognoscimur. *cf. 19, 2* 2481 *cf. ad v. 2343* 2482 *Verg. X 559* aut gurgite mersum Unda feret 2484 *v. 223* ingluviem ventris . . implens, *Milo de sobrietate I 201 PlaC III 621* ingluvies ventris, quae gastrimargia Achivo Dicitur eloquio. — potestur *(Ennius Annal. 611 Pacuv. 100 Lucret. III 1010) ex glossis desumptum (cf. Georges, Latein. Wortformen p. 543) contra veterum usum cum infinitio activi coniunxit* 2487 *sq. Cassian. Collat. V 17, 5* De gastrimargia nascuntur comesationes, ebrietates *cf. ibid. 16, 3* 2491 *aenigm. 93 (VIII 4), 5* proprii penetralia ventris, *Iuvenc. Hist. ev. III 394* scissi penetralia ventris *M.* 2493 *Cassian. Collat. V 26, 1* ieiuniis et continentiae incubantibus nobis festinandum est, ut gulae passione superata protinus animam nostram vacuam esse a necessariis virtutibus non sinamus *cf. 26, 3* *Cassian. l. l. 3* humiliata carne ieiuniis facilius possit . . inire certamen non insolescente carne saturitatis ingluvie 2496 *Genes. 2, 7* 2497 *Prosper Ep. 65, 3* genus humanum prostratum fraude maligni *M.*

Dum vetitum ligni malum decerperet ambro;
A quo pestiferum glescebat semen in orbe,
Unde seges spissa spurcis succrevit aristis.
Ebrietas animos solet enervare virorum:
Nam sator et mundi regnator post cataclismum,
Cum genus humanum multarent aequora flustris,
Pastinat in scrobibus frondenti palmite vitem
Atque bibens nectar nudabat turpe veretrum,
Proles ut stolide rideret voce procaci;
Quod probrum cupiunt fratres velare paternum
Tertius et primus pepli sub veste tegentes.
Si Bacchus valuit venerandum cogere vatem,
Ut devotaret sobolem et genus omne nepotum
Dicens 'Sit famulus Chanaan maledictus in aevum',
Nunc potius metuat defruti pocula virgo,
Aethralem linquat ne victrix forte coronam,
Ebrius ad vitae si nescit tendere callem!
Loth quoque, qui largus sceleratos vixerat inter,
Hospes hospitibus praebens umbracula lecti
Dapsilis et tribuens cunctis solamina victus,
Cum scortatores et molles sorde cenidos,
Qui Sodomae facinus patrabant more nefando,
Caerula sulphureis torrerent fulmina flammis,
Nonne sator soboles stupro cognovit adultas
Ebrius? in thalamo natarum nescius errat;
Quod scelus infandum patraret crimine numquam,
Ni mero madidus nesciret iura tororum.

2498 decarperet ASS^2, dec//erperet (e m^2) P^1 2499 glesceba *A*, glescebat (e *prius in* i) SP^1m^2, gliscebat *C* 2500 succreuit (c *prius in* a) *S*, succreuit (c *in ras. et suprasc.* c m^2) *C* 2501 animo *V* 2502 ritor *V* sator (s *ex* r m^2) P^1, mundisator (s *eras. et suprasc.* regN) *C* cataclismum *codd.*, catalismum (*suprasc.* c) P^1 2503 humanum quondam multa aequora *G* 2504 crobibus *V* frondenti AS^2 *codd.*, frondenti in *S*, frondentem *O (Giles) GW, post* t *ras.* P^1 uitæ *V*, uitẽ (e *ex* ę) *O* 2506 stolidae *AGNSV*, & stolida/// S^1 Rideret *A codd.*, derideret SS^2 uoci *S* 2507 probum *N (suprasc.* r m^2) GP^1 2508 pebli *C* uerte S^2 (r *in* s m^2) *S* 2509 Si (*suprasc.* c) S^1, Sic *G*, Si AS^2 *cett.*, Sic *Abr. Gronovius* bachus $CGNP^1OS^1$ 2510 deuotaret *codd.*, deuoraret *Giles* 2511 chanaan GOP^1S^1W, channan *A*, chanan *CNV*, canan SS^2 2512 metuat AS^2 *codd.*, metuit *Canis. Giles* defrutti *V* 2513 A&ralem (*suprasc.* h m^2) P^1 linquaē *V* 2514 uite// *V* si *NV*, se $AGSS^1S^2$ *Canis. Giles* 2515 langos (langus = *reses trico*) *cj. Salmasius et de la Cerda advers. sacra XXIX 11* langus *etiam Hanckius* 2516 Hospes ospitibus P^1 2517 tribus (*suprasc.* en m^1) *A* alimta (*puncta supraposita et adsc.* solamina) *S* 2518 sortatores AS^2 (*suprasc.* c) *S*, sorte *A* t *in* d S^2, corde *Canis.*, fronte *Hanckius* cenidos AS^2NW *alii*, scenidos S^1, caenidos GP^1m^1, cēnidos *C* 2519 more *supra lin.* S^2 2520 sulphoreis *AON*, sulpureis (*suprasc.* h m^2) P^1 torrent AS^2V, torrent cum S^1, torrent quos P^1, torrent (e *supra* rr) *S* quos *ad* torrent *addi voluit Canis.* fulmina AS^1, flēmina (*suprasc.* v) *N*, flumina S^2 *cett. Canis. Giles* 2521 soboles *A codd.*, suboles *V* adultas *codd.*, adulta (*ras. supra* a) *C*, adultus *Canis.*, sobolem ... adultam *Giles* 2522 thalāmo *S* naturum *V*, nat///arum P^1 errat *A codd.*, erat *G*, errans *Hanckius = Giles* 2523 infandom (o *ex* u) P^1 nunquam *G*

2498 *Cassian. Collat. V 6, 1* in quibus (passionibus) et Adam temptatus est; ... gastrimargia namque est, qua interdicti ligni praesumit edulium; *sed cf. etiam L. Traube ad PlaC III p. 619 v. 126* 2500 *aenigm. 88 (IV 19), 3* Unde horrenda seges diris succrevit aristis 2504 *Genes. 9, 20 sqq. — v. 2846* Floribus evacuans frondenti palmite vites 2511 *Genes. 9, 25 — Milo de sobriet. I 174, PlaC III 620* Chanaan maledictus abivit; *etiam apud Milonem, qui tamen ipse nil commune habet cum Aldhelmo, Noe et Loth exempla primum afferuntur* 2516 *Genes. 19, 8* 2518 cenidos = *cin(a)edos cf. Corp. gloss. V 277, 6, Thes. gloss. I 212* Cinidi quos apostolus molles *(I Corinth. 6, 10)* vocitavit 2520 *Genes. 19, 24* 2521 *Genes. 19, 33 sqq.*

Quid memorem sapae temulentum nectare Nabal,
Qui genus extorris necnon et nomen avitum
Ebrius exprobrat stolida cum voce cachinnans?
Et ni matrona prudens fore damna marito
Pervigili sensu nosset ventura maligno,
Heu quantos demens seu quales stragis acervos
A rege spreto pateretur lentus in aula,
Ut nullum paries mingentem lotia nosset,
Ante Aurora rubrum quam lumen spargeret arvis!
Idcirco hanc belvam studeat superare virago,
Ne balena vorax valvas explodat Olimpi,
Spiritus ut nequeat paradisi scandere sceptrum!
Dura quidem iugiter virtutes bella facessunt
Ingluviem contra vincentem ferrea corda,
Sed tamen integritas ieiunis viribus obstat,
Frangantur dapibus ne propugnacula mentis.
Nectaris idcirco contemnit pocula mulsa
Atque opulenta fugit pro Christo fercula virgo,
Virginitas felix queat ut servire Tonanti.
Exin certamen stuprorum bella secundum
Blanda cient caste Christo famulantibus alto,
Verum virginitas scortorum casta lupanar
Conculcat pedibus caeni fetentis adinstar.
Ex hoc nascuntur monstro turpissima verba
Necnon scurrilitas et scaevo ludicra gestu,
Frivolus et fallax amor ac petulantia luxus.
O quantos qualesque viros et laude celebres
Haec Bellona ferox sub tristia Tartara trusit
Virgineum demens strofosa fraude triumphum!

2525 satrape S^1, sepę *(suprasc.* tunnę*)* *G*, sepe *ex* sapae m^2P^1 temolentum *(*v *supra* o*)* P^1 2526 Quiē S^1 et *om. N* 2527 exprobat *V (suprasc. r) GP*^{1} cacinnans *S*, chachinnans *GV*, cachinnas Cm^1S^2 *in marg. adsc.* require in libro regum *S* 2528 cito dāna *(*dāna *in ras.)* *O* 2529 pergili *A*, Peruigiles sensus S^1 2530 Achu P^1 quanto *C*, quantas P^1 strages AS^2 *(*e *in* i*)* SS^1G acerbos OS^1, acer *(suprasc.* uos*)* S^2 heu *(pro* seu*) Hanckius* 2531 Arge *(suprasc.* e*)* S^2 lentos *(suprasc.* v*)* *A* 2532 minguentem *N* locia S^1 2534 Idcirgo *V* 2535 Ne *(*N *ex* M*)* *C* balena ASS^1S^2, ballena CP^1, bellena *N (*e *prius in* a*)* *G*, bellona *VW* ualbas *N* excludat P^1W olimpi *(suprasc.* ⊢ m^2*)* *O*, olimphi *SC* 2537 Dura AS^2 *codd.*, Dira GP^1W facessant S^1, facessent *(suprasc.* v*)* *S*, facesſs *N*, facescunt *G* 2540 dabibus *(*b *in* p*)* *S* 2541 Necteris *(*e *in* a m^2*)* P^1 idcirgo *V* contempnit *AC*, contempnat GS^2 popula *(corr.* m^1*)* S^1 2542 fuit *A* *Post v. 2542* Pudicitia libidinem ẽxpugnat *C* DE LUXURIA C^1GOW 2543 queat ut felix S^1 2544 stupri iam S^1 2545 cien|||t||| *A*, cient *V*, ciunt *O* castę *N*, caste *(supra lin.* m^2*)* *C* 2546 scoorum *V* lupanar *(*a *prius ex* i m^2*)* P^1 2547 coeni S^1, cęni *O* foetentis OP^1m^1 2548 mostro *V* 2549 scurilitas $CGNOP^1m^1S^1V$ ex sceuo P^1, ceuo *(suprasc.* s*)* *S* ludrica *(corr.* m^1*)* *N* 2550 Friuulus *(*u *alt. in* o*)* S^1 2551 qualesque *codd.*, qualesue *Canis. Giles* 2552 Nec *corr. S* trist|||ia *(in ras. fuit* ic*)* P^1 2553 stofosa *O*, strophosa *G*

2525 *Confudit Aldhelmus ea, quae Reg. I 25, 3 et 36 leguntur, ut v. insequenti nomen* avitum *posuit pro nomine* paterno 2526 *I Reg. 25, 10* 2529 *I Reg. 25, 14* 2531 *I Reg. 25, 22. 34* 2533 *Verg. IV 584* prima novo spargebat lumine terras .. Aurora 2544–2570 *de fornicatione* 2548 *Cassian. Collat. V 16, 4* de fornicatione (nascuntur) turpiloquia, scurrilitas, ludicra ac stultiloquia 2552 *v. 849* Trusit ad inferni torrentis tartara nigra *cf. ad versum hunc allata et Verg. IV 243* sub Tartara tristia mittit, *VII 773* fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas

Non sic egregium virtutis perdere palmam
Forma venustatis valuit compellere Ioseph,
Qui dominam sprevit nectentem retia luxus
Et stuprum fugiens pepli velamina linquit.
Idcirco felix meruit Memphitica sceptra;
Quem totus celebrem terrarum praedicat orbis.
Quid referam Iudith generosa stirpe creatam
Prostibulum regis temnentem corpore puro
Et stuprum sceleris calcantem corde profanum?
Civibus idcirco mortis discrimina passis
Casta cruentatum gestavit bulga tropeum
Servans integrum devota mente pudorem.
Sic vitium carnis polluta sorde nocentis
Integritas almo contemnit casta triumpho
Aemula virgineis proturbans bella sagittis,
Lurida prostibuli ne possit serpere virus
In fibras fragiles succensis torre medullis.
Post Philargiria producit tertia bellum,
Interpretatur vitium quod forte cupido.
Haec ductrix pugnae stipatur milite denso,
Non sola graditur per publica strata pedestris
Arma cruenta ferens et spicula lita veneno;
Haec comites pravos, id est mendacia mille,
Fraudes et fures ac falsis fribola gestis,
Appetitus turpis lucri et periuria inepta

2554 egregium *ACGNOS²V*, egregium *(u in a) P¹SS¹*, egregiam *Giles* 2555 Forma *(a ex o) P¹* ualuit *om. C* iosep̄ *S* 2556 vectantem *P¹* 2557 pebli *C*, pepli *(i ex um) O* linquit *AS² cett.*, li//quit *S*, liquid *(suprasc. t m²) P¹*, liquit *W Giles* 2558 Idcirgo *V* meruit felix *GS¹* memphitica *etiam A* scestra *P¹*, regna *CS¹* 2559 totū *C* 2560 feram *P¹* iudit *ACP¹* creatum *S²* *(u in a) SP¹* 2561 prostipulum *S²* 2562 celeris *S²* cancantem *P¹* prophanum *AV*, profanum *(u ex a) S* 2563 Idcirgo *V* 2564 bulga *S¹ (in marg.* signifera*) CV*, uulga *ANP¹* *(u in b m²) S*, uulua *S²*, uulgo *C¹GO (suprasc.* ablativus*) W cf. Corp. gloss. V 51, 2* bulga saccus corteus *Lib. Iudith 13, 12* tradidit caput Holofernis ancillae suae et iussit, ut mitteret in peram suam. — fulua *Canis.*, uulgo *Giles* tropeum *A*, tropaeeum *V*, tropheum *CGOP¹ cett.* 2565 seruans integrum *codd.*, seuans *(suprasc. r) V* *ante versum* en *A (cf. ad v. 2566)* En seruans integrum *S²*, Inseruans integrum *S*, integrum seruans *Canis. Giles* deuo *(suprasc. ta m²) S* 2566 noctis *ad quod pertinere* en *v. 2565 adscriptum signo apposito indicatur A* pulluta *P¹* sorde renoctis *S (noctis in* nascens *m²) S²*, renatis *Canisius (Giles p. 390)* 2567 almo *(o ex e) S²* casto *(o in a) S* contemnit alma *(alma del., suprasc.* casta *m²) P¹* 2568 uirgineis ne̤ pturbans *GW (?)* sagitt̄is *V* 2569 prostibulū *S¹* uiros *S¹*, uirus *ex* uncus? *S²* 2570 fragiles *in ras. O* succensibus *AS²*, succensus *S¹*, succensi̤s *S*, succensus *G* igne medullis *S¹*, medulis *V* *In marg.* Largitas philargyrians *(sic)* despoliat *C* 2571 DE AVARITIA *C¹OW*, DE PHILARGIRIA *G*, filargiria *S¹* tercia *S¹* 2573 hæc *(æ in ras.) O* doctrix *S¹* 2575 lita *codd.*, lata *Giles p. 390* 2576 idem *S²S (corr.* id est*)*, itidem *Canisius, Giles p. 390*, hoc est *m² in ras. P¹* mendatia *(suprasc. c) SP¹* 2577 fribola *AGOSS²W*, frivola *cett.* 2578 dolus et *S¹* per uitia *S* inepti *C* *2578—2641 uno folio amisso exciderunt in E*

2555 *prosa c. LIII 2558 prosa l. l.* Deus .. eidem Memphitica gentis gubernacula tradidit 2560 *prosa c. LVII. Iudith 8, 1 — Verg. X 543* Vulcani stirpe creatus *cf. Ovid. met. I 760. XIV 699* 2563 *Iudith 1, 16* 2564 *Iudith 13, 10* 2571—2624 *De philargiria* 2573 *v. 1408* Baptismum nanctus stipatur milite denso 2574 *sqq. Cassian. Collat. V 16, 5* de filargyria [nascuntur] mendacium, fraudatio, furta, periuria, turpis lucri adpetitus, falsa testimonia, violentiae, inhumanitas ac rapacitas. *Plane alia enumerat Prudentius Psychom. v. 464 sqq.; sed ille quoque Iudae Scarioth et Acharis affert exempla* 2575 *Ovid. ex Ponto I 2, 18* vipereo spicula felle linunt *M., Prudentius Psychom. v. 436* lita tela veneno *M. Bonifat. I 15, PlaC I 4* Vipereo ut dudum saeve perlīta *(!)* veneno

Atque rapinarum maculatos crimine quaestus
Conglobat in cuneum cum falsis testibus ardens:
Ut psalmista canit lacrimans delicta reorum
Semper avaritiae nummi servire volentum
'Thesaurizat et ignorat, cui congregat illa';
Paulus apostolico promulgat famine doctor
Cunctorum causam contestans esse malorum.
Hoc vitium idcirco conetur frangere virgo,
Dum facinus vastum loculi gestator avarus
In dominum lucis strofa patraverat atra;
Credita qui rabidis furtim marsuppia palmis
Compilat et stipem cupidus clam fraudat egentum;
Ultio quapropter letali calce reatum
Vindicat et furem crudeli verbere plectit,
Qui regem caeli redimentem saecla cruore
Vendidit argenti caecatus munere demens.
Necnon Ebreae gentis regnator avarus,
A quo florigera fraudatur vinea Naboth
Coniuge crudeli scedam scribente nefandam, . . .
Hoc scelus amborum strofoso crimine gestum
Castigat ex superis prospectans arcibus ultor.
Namque cruenta canes linxere fluenta tyranni,
Qua dudum occubuit scopulorum grandine vasta
Innocuus princeps, qui nullum laeserat armis;
Iezabel vero, quae tomum scripsit ad urbem
Atque probos domini multavit dira profetas,
Acriter horrendi discerpunt dente molosi
Membraque purpureo tabo perfusa ruebant.
Sic quoque quassatis princeps sub moenibus urbis
Perdidit aurati vitam per lucra metalli;

2579 macularum *expunctum et suprasc.* m^1, rapinarũ P^1, maculatus *C* 2580 falsi////////s *A* 2581 dilicta *A* 2582 aueritiae (e *in* a m^1) *A* nummis $AGNP^1S^1S^2$, nummi *cett.* seruare *G* uolentes (*suprasc.* um) S^1 2583 congreget S^2, congregat *A cett.*, gregat (*suprasc.* ꝯ m^1) P^1, congreget *Canis. Giles; ps. 38, 7* ignorat, cui congregabit illa 2585 detestans *O* 2586 Hoc uitium idcirco (*in ras.* m^2) P^1 frangeret (*corr.* m^1) S^2, frangetu (*suprasc.* re m^1) *G* 2587 uastam (*suprasc.* v) *S* gestotor (o *prius in* a m^1) *A*, gestat' *CN* 2588 stropha S^2, str//fa *V* 2589 rapidis $OP^1m^1S^1W$ marsuppia $ACGNP^1S^1$ *alii cf. v. 1092* 2590 & stipem *puncto posito infra* & *G*, stipem *ex* strictim? P^1 egentum *codd.*, t *sublatum* P^1, egenum *Giles* 2591 qua pro propter *A* loetali *AG alii*, lo&ale *N* (e *in* i) P^1 2592 uulnere plectit CS^1 2595 hebreae P^1SS^2 2596 florigerā *A*, florigeram S^2, florigeraē *S* require in libro regum *in marg. S* florigerum *Canis.* 2597 coniugi S^1, coiuge (*suprasc.* n m^1) *N* scedam *codd.*, schedam *Canis.*, scidam *Giles* scribenti *NV.* — *aut anacoluthon est aut versus excidit praedicatum continens* 2598 stofoso (*suprasc.* r) S^2, strofosa (a *ex* ? m^2) S^1, strophosa *S* 2599 ex superius (u *del.*) *AN*, ex uperis (*suprasc.* s) S^1, ex superis *cett.*, e superis *OG* (*punctum infra* e), ex *om. Giles* prospęctans *A* 2600 Nam OGm^1 tiranni *C* 2601 occupuit S^2 scopororum (r *prius in* l m^2) *A*, scopolorum S^2 uasto *O* 2602 Innocuum *C*, Innocuis (*suprasc.* v) *G* 2603 Iezabel SS^2OW *Canis.*, Zezabel AP^1S^1V, Gerabel *C*, Iezebel *Giles cf. Lagarde, Onomast. sacra 42, 11* domum (*suprasc.* t) AS^2 (*in marg.* scriptiuncula), comum *C*, thomum *GO* scribit (*suprasc.* s) *S*; *de* tōmum *cf. ad v. 1260* 2604 At *A* probos *supra ras.* S^1 2605 acriter idcirco disrumpunt S^1 discerpant GOP^1m^1 molosi *codd.*, mololosi *A*, molosi (*suprasc.* s m^2) P^1 2606 mēbrasq; AS^2, que *om.* S^1, quẽe *V* dabo (d *ex* t m^1) *A* perfuso *N* 2607 princeps ut moenib; S^1 2608 metalla *A*

2583 *ps. 38, 7* 2584 *I ad Timoth. 6, 10* 2587 *sqq. Ev. Ioh. 12, 6. 13, 29* 2592 *Act. ap. 1, 18* 2595 regnator avarus = *Ahab* 2596 *sq, IV Reg. 21, 3. 8* 2600 *cf. v. 2420* 2601 *III Reg. 21, 19* 2602 innocuus princeps = *Naboth* 2603 *IV Reg. 9, 7* 2604 *IV Reg. 9, 36* 2608 *Iosua 7, 21 sqq.*

Tale fuit letum miserorum forte clientum,
Quos simul ad mortem saxorum turba terebat,
Cum domini populus muri pinnacula septem
Denso vallaret cuneo fulgentibus armis:
Salpicis et clangor necnon et classica sistri
Horrendum incussere metum per corda virorum;
Mox eversa ruunt urbis fastigia fractae,
Quae dudum steterant, septenis arcibus amplae.
Aurea sic cupidus cumulans crepundia quaestu
Farcit egens iugiter fulvo nummismate saccum
Et tamen expleri rabies ambusta negatur,
Ceu laris accensi crepitant incendia flammis
Amplius et, quanto fuerint augmenta rogorum,
Tanto plus sitiunt, ut torris fomite flagrent:
Sic igitur cupidus necnon infernus et ignis
Conferri possunt terno paradigmate rerum.
Ast vero quartam trux congregat Ira catervam,
Quae semper furibunda cupit discrimina belli
Et ciet ad pugnam mentes discordia fratrum,
Dum copulata piae disrumpit foedera pacis;
Ex hac nascuntur caedes cum strage nefanda
Et clamor vocis, simul indignatio frendens.
Sed moderata gestat cetram Patientia contra
Atque cruentatum ferro fractura cerebrum
Irae bacchantis strepitum compescit inormem,
Vincere ne valeat furiarum maxima mentes,
Quamvis Gorgoneo stridat maculata cruore

2609 lethum *Canis. Giles* 2610 ad mortem *A codd.; om. SS² Canis.*, Achabo *Hanckius*, ad montem *Giles* sax crum *A* turbo *J. F. Gronovius ex W(?)* tenebat S^1 2611 pinna cula VII *A*, pinnacula VII *N* 2613 salpi//ces c *ex* x; *alt.* c *viridi colore suprasc. G* classicus istri (u *in* a) S^1 2614 p̃cordia m^1, *corr.* m^2N, p̃cordia uiroψ *C* 2616 stetera (a m^2 *suprasc.* nt) *C* septenis (is m^2 *in ras.*) *C* ãplę *A*, ampla (a *in* æ) *G* 2618 egens *om. GW* iugitur (*suprasc.* e) S^1 nūmismate ACS^2N, nummismate P^1 2620 lares (e *in* i m^2) *O* accense *N* crepitans (t *supra* s) *S* cendia AS^2 2621 ut quanto S^1V fuer̄ *C* 2622 toris S^1 flagrent ANm^1S^1, fraglent Nm^2SS^2V 2623 cupi nec (*suprasc.* dus m^2) *S* 2624 terno *om.* S^1, necn̄ (*suprasc.* terno m^1) *C* pardigmeta (a *ex* e) *S* Patientia contra iram proeliatur *in marg. C*, DE IRA *GOW* 2625 At *G* quantam (*stilo suprasc.* quartã) *V* congegat (*suprasc.* r) S^2 2627 Ut ciet *G* mentis VP^1 2628 pie AS^2C *alii* disrupit *SN* (*stilo suprasc.* ∿) *V*, dirumpit (*suprasc.* s m^2) *C* foedere (*suprasc.* a) *A* 2629 Ex hoc *S* cede cum strages nefanda AS^2, cedes cum strage nefanda GP^1SS^1NOV, stragẽ *S*, srage *V* nefando *C*, nefandae *Giles* 2631 gestat *A cett.*, gerat (r *in ras.*) P^1, gerat *Giles cf. v. 611 et Progr. Goth. 1904 p. 9*, Sed mgestat moderata *G* ceteram *A*, scetram S^1, scedram *S*, certam S^2 *Canis.*, cethram *W*, cetram *VC* (dextram m^2) *W (J. F. Gronovius) Giles cf. 2672* terram (*pro* contra) SS^2 2633 Iɛre *V*, Iɛrę *O*, Ira (a *in* æ m^2) *S* bacchantis *A*, bacbantis $CGNOP^1S^1S^2$, pacchantis Sm^1 inormem *A codd.*, enormẽ (e *prius ex* i) P^1, inormem *G*, anormem *Canis.* 2634 mentis *A*, mentes *cett.*, 2635 strid& (*suprasc.* a m^2) P^1 macula (*suprasc.* ta m^2) *S*

2611 *Ios. 7, 26* 2612 *Verg. II 749* cingor fulgentibus armis *M. Ios. 6, 9* 2614 *Ios. 2, 9* 2616 *Ios. 6, 5* 2624 *v. 174* Ut bino sena cludam paradigmata versu. — terno paradigmate = *Judas, Ahab, Achar* 2625—2642 *De ira* 2629 *Cassian. Collat. V 16, 5* De ira [nascuntur] homicidia, clamor et indignatio 2631 *Cassian. Collat. V 23, 2* quem furor ceperat, patientia vindicabit. *Etiam apud Prudentium Patientia et Irą inter se confligunt* 2634 *Verg. VI 605 (III 252)* furiarum maxima iuxta Accubat 2635 *sq. Verg. VII 325* luctificam Allecto .. Infernisque tenebris *cf. georg. III 551 sqq.* Saevit et in lucem Stygiis emissa tenebris Pallida Tisiphone morbos agit .. inque dies .. surgens caput altius infert, *331* Virgo sata Nocte, *341* Gorgoneis infecta venenis, *447* tot Erinys sibilat hydris

Atque venenatis mordendo sibilet ydris,
Dum caput ex herebo nigrantis filia Noctis
Tollit et in mundum Stygiis emersa latebris
Suscitat Allecto scaevas ad scandala mentes.
Haec solet ad bellum ferratos ducere contos
Horrida facturos animabus vulnera sanctis,
Nostras ni dominus mentes defendat inermes.
Tristitiae quinto grassantia bella tumultu
Virtutum muros et propugnacula frangunt
Tironesque Dei vexant crudelibus armis
Quaeque pusillanimis trux desperatio mentis
Opprimit incautum obtentu rancoris amari;
Bellator Christi sed mox umbone retundit
Gessa tristitiae — pariter genus omne mucronum —,
Quae mentem stimulare solent; ni forte fatescant,
Hunc morbum aegroti medicantur gaudia cordis
Spiritus et laeto moderans praecordia gestu,
Ne rigor et rancor mentis penitralia turbent,
Ut nequeat Christi securus vivere miles.
Frangatur potius mox desperatio maesta,
Ne ruat in praeceps mentis statura labantis,
Si firmo careat nostri fundamine Christi,
Qui semper tremulos tutatur gratia gratis
Et nullum patitur letali vulnere labi,

2636 uenenatos *(o in* i*)* S^2, uenatis *V* sibillet *V*, sybilat *G* ydris *ACGN alii*, hydris S^2P^1 2637 Tunc S^1 exhere boni grandis *A*, caput erebo *(suprasc.* ex h m^2*)* *S*, ex herebo $GNOS^2$, ex erebo P^1 *(suprasc.* h m^1*)* *C*, exēlebēo *V* nignantis m^1, nigrandis m^2S^2, nigrandis *(suprasc.* t m^2*)* *S* 2638 stigiis (tigiis m^2 *in ras.)* *O* inmersa *G* latebras *(a in* i m^1*)* *C* 2639 alecto *(suprasc.* l*)* *S*, alēlecto *O*, adlecto *G*, ablecto *W (?)*, et allecto *N* 2640 ferrato *S (*s *add.* m^2*)* S^2 c̄tos *N*, contus *C* 2641 facturus *C* 2642 defendet S^2 Letitia spiritalis tristitiam loetalem conuincit *in marg. C*, DE TRISTITIA C^1GOW 2643 grassantia *(g ex* c*)* *S (suprasc.* c*)* P^1 2645 cludelibus *A* 2646 Quamque *codd.*, Quãqꝫe *S*, Quamquam S^2, Quaeque *J. F. Gronovius* pusillanimis *codd.*, pusillamis S^1, pussillanimis *V*, pusillanimes *Canis.* trux *(t ex* c*)* *A* mentis *codd.*, mentes *Canis.* 2647 Obprimit CS^2 incautam *codd.* Quaeque pusillanimis — incautum (aut certe: Quaeque pusillanimem . . mentem . . incautam) *J. F. Gronovius. Construenda verba sunt ita:* et pusillanimis mentis trux desperatio, quae incautum obprimit *cf. Cassiani locum infra allatum* 2649 Gessa *AN (suprasc.* t m^2*)* *C*, Gesta GP^1S^1 *cett. Giles*, Gestans SS^2 *Canisius*, Gesꝫu *V* gesum hasta uel iaculum gallice *Corp. gloss. V 297, 55*, gessa *ibid. V 654, 15 cf. v. 2575* et pariter *Giles*, et *om.* AS^2 *cett.*, tristitiae patiens *(suprasc.* et m^2*)* *OW* mucrorum S^2 Gestans tristitiae pariter *Canis.* 2650 ni ACC^1EGNS^2 *Canis.*, Ne S^1 *alii Giles* fatescant $ACNSS^2V$, n *expunctum* P^1, patescant S^1, resistant *G*, resistat CC^1EW *cf. ex aenigm. 45 (IV 7), 7*, fatiscat *Canis. Giles; subiectum est* 'gaudia'. *cf. Cassian. Inst. IX 13* ualebimus superare, cum .... semper laeti atque immobiles perdurantes ... fuerimus *cf. etiam v. 2660* 2651 Tunc *G* 2652 loeto $ANSS^2$ *(suprasc.* a*)* *C* 2653 Ne *codd.*, Nec *Giles* penitralia AGP^1, penetralia *cett.* 2655 mox potius P^1 desperacio *S* modesta *C* casta *G* 2657 funēdamine *V* (e *in ras.)* *O* 2658 tatatur *G* 2659 nullum *(*l *alt. in ras.)* *V* patitur m^2 *supra lin. S* uulnere *(*e *ex* a*)* *S*

2640 *Etiam Prudentius Iram* conto *armatam fingit Psychom. v. 116* 2642—2665 *De tristitia* 2646 *(et 2653. 2655) Cassian. Collat. V 16, 5* De tristitia (nascuntur) rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. *Gregor. Moral. XXXI 45, 88* De tristitia malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa praecepta, vagatio mentis erga illicita nascitur 2651 *Cassian. l. l. 22, 2* quem tristitia mortem operans *(cf. v. 2664)* occupaverat, salutaris et plena gaudio tristitia possidebit 2653 *Iuvenc. Hist. evang. II 561* mentis penetralia tanget *M.* 2659 *Verg. IX 580* Spiramenta animae letali vulnere rupit *M.*

Ni desperatus medicantem spreverit aeger!
In geminas istud nomen se findere partes
Creditur et duplici dirimuntur tramite causae:
Una salutaris tendens ad limina lucis,
Altera mortalis penetrans ad Tartara tetra;
De qua nos salvare Deus dignetur ab arce!
Hinc aciem sextam torpens Accidia ducit,
Otia quae fovet et somnos captabit inertes,
Importuna simul verborum frivola sontum,
Instabiles mentis gestus et corporis actus;
Inquietudo simul stipatur milite denso.
Pervigil hanc pestem calcat constantia mentis,
Quae cetra Christi gestit defendere vitam:
Hostibus explosis secura pace potitur.
Spiritus ille vagus cupit, ut mens otia quaerat
Occupet et stupidum iam somnolentia sensum,
Sedula sollicitum pulset ne lectio pectus
Lumina nec vigilum scripturae tramite tendant.
Septimus insequitur densis exercitus armis,
Quam pestem prisci dicunt Cenodoxia Graeci,
Vana quod in Latium transfertur gloria nomen.
Haec protoplaustum pellexit fraude colonum
Dirum persuadente scelus fautore malorum,

2660 Ni *CGNP*^{1}*V*, Ne *ASS*^{1}*S*^{2} desperatos *V*, disperatus *N* medicamen *P*^{1} 2661 ingeminans *Sm*^{1} istud *C* inmense findere *G* 2662 dupli *(suprasc.* ci*) S*, dupplici *O* dirimuntur *(*i *ex* u*) C* 2664 *infra lineas add. m*^{2}*S* 2665 nos dñ saluare *SO (signis transpositionis additis)* dinetur *V* *In marg.* Perseuerantia boni operis accidiam oppugnat *C*, DE ACCIDIA *C*^{1}*GOW* 2666 Hinc etiam *V* accidia *ACGOP*^{1}*S*^{2}*V*, accedia *S*, acidia *N* duc& *(suprasc.* i*) S* 2667 uouet *A* somnos captabit *m*^{1}, somnos quę captat *corr. man. post. G* 2668 inportuna *ACS*^{2} *alii*, inportunu *(suprasc.* a*) S* friuula *V*, fribola *O (suprasc.* u*) G*, friuola *cett.* *v. 2668 in marg. inferiore man. insulari additus E cf. 2229* 2669 instabilis *CE* mentes *P*^{1} *(suprasc.* i*) SC* 2670 Inquetudo *A* militę *S* 2671 anc *(suprasc.* h*) S* *2671—2673 post v. 2677 transponendi esse videntur, ne enumeratio comitum accidiae interrumpatur et ut dispositio, quae in ceteris apparet, servetur* 2672 cetra *S*^{1}*C*, cethra *OGW*, creta *AS*^{2}, screta *(*s *m*^{2}*) S*, cetera *N (cf. 2631)*, freta Christo *Hanckius* gestat *ACSS*^{2} *(*a *in* i*) S*^{1}*V* 2674 uagis *C* otia *(suprasc.* c *m*^{2}*) S*^{2} querat *S*^{2} 2675 stupidum *CP*^{1}*N* *Hanckius*, studium *A cett.* somnolentia *(*v *supra* o *alterum) P*^{1} sensum *ACGNOP*^{1}*S*^{2} *Canis.*, sensūs s *stilo adscriptum V*, sensus *SS*^{1}*W* *Giles* 2676 Sedulo *V* solicitum *V* ne pulset *S*^{1} neglectio *C* 2677 tendunt *SN*, tendanT *(*a *ex* u*) P*^{1}, tendat *OGW* *in marg. 2677* Karitas cenodoxiam conculcat *C*, DE CENODOXIA *C*^{1}*GOW* 2679 Quā *(*a *in* e*)* ꝑprie *(om.* pestem*) S*^{1}, *inter* Quam *et* pestem *rasura V* cenodoxia *S*, cænidoxia *(*o *supra* i*) O*, cenodox *(suprasc.* ia*) S*^{2} greci *CN alii*, grecia *A*, grece *(suprasc.* i, c *ex* d?*) S*^{2} 2680 latinum *ANSS*^{1}*S*^{2}*V* 2681 proto plaustum *ANP*^{1}*m*^{1}, protoplaụstū *S*^{2}, protoplastum *cett.*, fradere colonum *V*

2663 *II Cor. 7, 10, Cassian. Institut. VII 3. IX 10; Iuvenc. Hist. evang. II 652* lucisque vigens ad limina tendit, *Scottus in carm. cod. Bern. 363 (PlaC III 233, 26)* Percipias meritis limina lucis 2666—2677 *De accidia. Cassian. Collat. V 16, 2* De acedia otiositas, somnolentia *(v. 2675)*, inportunitas, inquietudo, pervagatio, instabilitas mentis et corporis, verbositas, curiositas 2670 *cf. ad v. 1408* 2671 *Cassian. l. l. 23, 2* quem acedia vastabat, incipiet excolere fortitudo (= pervigil constantia mentis) 2673 *cf. ad 2430* 2678—2701 *De cenodoxia. cf. Cassian. Institut. XI 1* Septimum nobis certamen est contra spiritum κενοδοξίας, quam nos vanam sive inanem gloriam possumus appellare. *Verg. II 409* densis incurrimus armis *M.* 2681 *Cassian. Collat. V 6, 1.* In illis passionibus etiam ipse temptari debuit (Iesus) . . ., in quibus et Adam temptatus est. Namque . . (est) cenodoxia, qua dicitur: aperientur oculi vestri *cf. § 7. vide etiam prosam c. XI*

Tales ex atro dum rupit pectore voces:
'In quacumque die vultis decerpere fructum,
Mox patefacta fiunt vestratis lumina frontis
Necnon divini vobis comitantur honores'.
O quam falsa latro spondebat frivola mendax,
Ut concessa rudis fuscaret munera vitae!
Nonne satis foret, ut quadro cum cardine mundus,
Quem vertigo poli longis anfractibus ambit,
Usibus humanis serviret rite per aevum,
Infula terrenos ni caeli comat alumnos?
Heu! scelus, heu! facinus miseris mortalibus ortum
Ex hoc est: vana praesertim gloria fretus
Haud metuit princeps, spe circumventus inani.
Ex hoc gignuntur vitiorum fomite clades:
Letiferi primum verbi contentio praeceps;
Inde heresis glescit necnon iactantia crescit,
His quoque congreditur praesumptio trux novitatum.
Sed tiro infracta tectus testudine Christi
Horrida vulnifici detrudit spicula ferri.
Octavam cumulat truculenta Superbia turmam

2684 decerpere flores *O* 2685 patefacte *A*, patefactę *S*²*Sm*¹ *(corr. m*²*)*, patefiunt *V*, patefient *G* nã ur̃ae *S*¹, urātis, *suprasc. Giles* uestratis *P*¹ 2686 comitentur *S*¹ *post v. 2686* Inde parua *(*par·ua, *suprasc.* r *S*¹*)* seges gliribus densescet aceruis = *2725 S*¹*V; in N in quo v. 2693 ultimus est folii 30*ᵃ, *in inferiore huius paginae margine versus idem legitur (*parua seges *[g ex* d*]* . . densiscit*)* 2687 spondẽebat *(in ras. fuit* e*) C* 2689 quatro *A* cum ///// cardine *(in ras. fuit* g*) C*, carmine *(*m *per ras. mutatum) V* 2690 poly *G* anfractibus *NOSS*¹*V*, anfractis *AS*², amfractibus *Giles* 2691 humanĩ *V* 2692 terrenus *V* 2693 mortabus *(supra lin.* li*) C*, martalibus *A* ortu *(supra* u *ras.) S*¹, aeuum *OG*, ortum? *Giles* ortum *cett.* 2694 *Et hoc ex una *A*, Et hoc ex uana *CNP*¹*SS*¹*S*²*V Canis.*, Et hac ex uana *CEGOW (*a *prius in ras.) Giles* praesentim *A* miserum *W* 2696 fomite laudes *N*, clades *(*cl *in ras.*, a *ex* u *m*²*) P*¹ 2697 contio *A*, cont///enti/// *S*¹ 2698 glescit *ACP*¹*m*¹*S*² *multi*, gliscit *(*i *ex* e*) SG*, glesc& *S*¹ lactantia *AS*² *(suprasc.* i*)* 2700 diro *(suprasc.* t*) C* infecta *(suprasc.* ra*) N*, infractans *OW*, infractus *G* 2701 detruxit *V* ferr// *S* DE SVPERBIA *CGOW* 2702 truculenta *om. S*² *supra lin. adsc. S*

2683 *Aen. III 246* rumpitque hanc pectore vocem *M. XI 377* rumpitque has imo pectore voces 2684 *sqq. Gen. 3, 5* 2686 *v. 1488* Et sospes soboles vobis comitatur amanda 2689 *sq. quaerentem Aldhelmus facit latronem (= serpentem) ex Adamo, num contentus esse vellet eis, quae terra ipsi offerret, si non ipse divino honore comeretur: i. e. circumscribit ea versus extremus, quae leguntur Gen. 3, 5:* eritis sicut dii, scientes bonum et malum. *cf. Cassian. l. c. et Institut. VII 4, 3 et c. 6. Similiter coniunctivus praesentis in periodo conditionali cum coniunctivo imperfecti coniunctus legitur aenigm. 23 (II 6), 5. 70 (IV 13), 7. 79 (VIII 3), 9* 2690 vertigo poli *cf. ad pros. XI adn. 4 et aenigm. 48 (VI 2). Lucan. Phars. I 605* effusam longis anfractibus urbem Circueunt *cf. v. 1521 M.* 2695 princeps = *protoplastus. Verg. XI 49* spe . . captus inani *M.* 2696 *Cassian. Inst. X 14, 1* fomiti vitiorum, *Coll. V 25, 2* de hoc septenario fomite vitiorum *cf. M. Petschenig in indice Cassian. op. I p. 470. Cassian. Collat. V 16, 5* de cenodoxia [nascuntur] contentiones, haereses, iactantia ac praesumptio novitatum 2700 *prosa c. XI* legiones manipulatim tironum Christi testudinem strofosae fraudis balista quatere non cessant. *Ne Cassianus quidem V 23 proprium quoddam cenodoxiae remedium affert (cf. etiam Cassian. Institut. XI 18)* 2702—2761 *De superbia. Finxit Superbiae personam Aldhelmus secundum Vergilianam Famae descriptionem, quam etiam aenigm. 97 (XII) attulit:* Ingrediturque solo et caput inter nubila condit; *secutus est Aldhelmum Bonifatius v. 263. Nescio an* pedes *ab Aldhelmo opponatur descriptioni Prudentii, qui superbiam equo vehi facit Psychomach. v. 178 sqq.; etiam V. 2907* cristata *(cf. v. 2855) referri possit ad descriptionem Prudentianam (v. 183 sqq.)*

Militibus Christi torquentem pila piacli;
Quae glomerare studet ventosa fraude maniplos
Et graditur semper fastu comitata maligno,
Dumque pedes pergit per mundi crimina fallax,
Sed cristata caput quassat sub nubibus atris;
Nam plerumque probos propriis prosternere telis
Nititur et strages alienis factitat armis.
Nascitur atra frutex ex ista radice frondens
Et nemus umbrosum diro de semine surgit:
Primo contemptus procerum praecepta docentum,
Dum mentis typhus ventoso pectore turget;
Necnon invidiae pestis progignitur inde,
Quae solet aequales tumido contemnere fastu
Atque satellitibus spretis regnare superba.
Namque per invidiam letalia sceptra vigebant,
Dum praedo pellax et tetrae mortis amator
Auctorem generis strofa pellexit inani,
Scanderet ad superas arces ne turba nepotum;
Sic quoque livoris tabo corruptus inormi
Splendida germani disrupit foedera frater,
Pinguia qui primus combusserat exta bidentum,
Dispiciente Deo crudelis munera Cain:
Inde prava seges glitibus densescet acerbis,
Sanguine purpureo dum scaevus rura cruentat.
Inde superbarum nascuntur murmura vocum

2703 Mimilitibus *V* pila *(l in ras.)* P^1 2704 uentosa *(o in ras.)* *O* 2705 fatu *(suprasc.* s m^1*)* *A* comitante *GOW*, comitata supbo ł maligno S^1 2706 Dumque $ANSS^1P^1S^2$ *alii*, Demque *(suprasc.* v*)* *C*, Dum C^1EOW, Cum *G* pedes $ACNS^2$ *alii*, pedibus C^1E *(in ras.)* *GOW*, Ac pedibus *J. F. Gronovius* pedem spargit S^1 per *(suprasc.* git*)* mundi *S* fallat *C* 2707 crestata *V* quasa *(suprasc.* s m^1*)* *C; per* sed *apodosis post coniunctionem incipit ut v. 1214 sq.* cum caederet . . Sed non sensit *e. q. s. et v. 2892* Quamlibet . . expertes essent, Sed tamen egregiam meruit confessio palmam. *v. 1345* quamvis . . ructaret . ., Herculis in crypta sed torquet dextera 2708 ꝑbo≡ *(suprasc.* s*)* *S* proternere *V* delis *(*d *in* t*)* *S* 2709 Niti////ur *(supra ras.* t, *in ras. fuit* g*)* *S* fatitat *(suprasc.* c m^2*)* *O*, fatigat ł factitat *W*, fatigat GP^1 2710 isto *GOW* 2711 At *(*A *in* E m^1*)* *C* umbrorum *V* semine . rgit *(suprasc.* su m^1*)* *A* 2712 Prima *A* contemptos *S (suprasc.* v m^2*)* S^1 docendū *A* 2713 tifus S^1V, typus *OG* 2715 faustu *V* 2716 spetis *(suprasc.* r*)* S^2 regnara *(suprasc.* e m^1*)* *A* 2717 Nam *(suprasc.* que m^1*)* S^1, Nanque *G* uiebant *S* 2718 montis *C* 2719 stropha SS^2C pællex *(suprasc.* it*)* *S* 2721 liboris *AV*, libor≡s *(*suprasc. *i)* *S* corremptus *V*, corruptus *(*o *ex* u*)* *P* inarme *(*o *supra* a m^2*)* *C*, enormi *(*e m^2 *ex* i*)* P^1, *in marg.* k *O* 2722 Spendida *A*, Slendida *(suprasc.* p*)* *S* dirupit ASS^2 fratris *N*, frater *(*er m^2 *in ras.)* P^1 2723 Pingua *AS* conburerat ASS^2, conbuserat *CNV*, conbussit *G* uidentum ASm^1S^2V 2724 dispiciente ANP^1m^1, Despiciente *(*e *primum in* i*)* *S*, Despiente *V* *Post v. 2724 in fine fol. 43ᵃ in marg. inferiore v. 2726, sed erasus* P^1 2725 parua AGS^1m^1VW, praua $Sm^2S^2NP^1$ seges *(*e *alt. in* i*)* S^2 *gliribus *codd., suprasc.* tribulis *G*, *cf.* glis glitis carduus *Papias*, glis glitis lappa. clêta *Althochd. Gl. III 241 cf. ad aenigm. 69, 6* densescet ASS^1S^2V, densescit CGP^1NOW aceruis ACS^2N *(*b *ex* u*)* P^1 2726 sceuus $ACSS^2V$, sceuis S^1, s(a)euus *GOW* Sanguine sceuus dum purpureo *N*, purpureo dum sceuus *(in ras.* m^2*)* P^1 cruenta *C*

2707 *Verg. IV 248* cui nubibus atris Piniferum caput *M.* 2710 *Cassian. Collat. V 6, 6* quippe quae (vitia) noverat de eius radice ac fomite pullulare 2711 *Verg. Georg. II 14* surgunt de semine *M.* 2712 *sqq. Cassian. Collat. V 16, 5* de superbia [nascuntur] contemptus *(2712)*, invidia *(2714)*, inoboedientia *(2728)*, blasphemia *(2729?)*, murmuratio *(2727)*, detractatio *(2729)* 2717 *sqq. Item a Milone (De sobriet. I 424—426) Adam et Cain afferuntur, quorum exemplis primo vitiorum vis sit comprobata.* — Praedo pellax *est serpens paradisi* 2723 *Gen. 4, 4*

Et crimen cordis dicto parere negantis
Ac lacerans homines trux detractatio linguae.
Cetera, quae dudum numeravimus, agmina septem
Inter mortales terrena stirpe creantur;
Ast vero monstrum, de quo nunc pagina fatur,
Principium sumpsit super alta cacumina caeli,
Angelicus princeps et protus lucifer aethrae
Ex aquilone suum dum sublimare tribunal
Gestiit et domino similem se fraude spopondit;
Iamque novem lapidum forma faleratus amoena
Contra creatorem frustra turgescere coepit,
Dum scelus horrendum tetro sub pectore versat,
Ut dominum propriis aequaret viribus audax.
Lucifer idcirco deserto climate caeli
Nigra satellitibus stipatus Tartara farsit;
Caelicolas ista prostravit belva superbos,
Qui prius angelica fulserunt luce corusci
Sedibus et superis florebant sorte beata:
Tertia stellarum rueret dum portio praeceps,
Lucida bis tantum manserunt sidera sursum.
Denique, si potuit caeli mulcare catervas
Pestiferum natrix ructans de fauce venenum,
Plus se terrenus mundani cultor agelli
Hic metuat multo gypsam lacerare superbam.
Talia monstra potest humilis superare satellis,
Qui tumido nescit mentis turgescere typho

2728 crmen *(suprasc.* i*)* *S* parepe *V* 2729 detractio *ANP*^{1}*S*^{2}, detraccio *S*, detractatio *S*^{1} *cett.*, truculens detractio *cj. Canis.*, Detractatio *etiam Cassian. Coll. V 16, 5, ubi codd. etiam* detractio *et* detrectatio *habent* 2730 et cetera *ACS*^{1} numeraumus *A* sẽptẽ *V*, sertẽ *C* 2732 austuero *A* 2734 protus *(m*^{2} *in ras.) C* aetre *A*, ętr& *(suprasc.* h *m*^{2}*) S* 2735 suplimare *S*^{1}, sublmare *(suprasc.* i*) C* 2736 Gestit et a domino *S*^{1}, Gestigit *S*^{2}, Gesti///it *S* se *om. S*^{2}, *suprasc. S* spospondit *A* 2737 Namque *CGN* ·VIIII· *AN*, IX *(suprasc.* uẽ*) C*, novem *vel* nomen *W* 2739 tectro *C* 2740 domino *S*^{1} 2741 clymate *SS*^{2} *v. 2741 marg. adscriptus S*^{1} 2743 Caelicolis *(*o *in* a *m*^{2}*) G* biluo *(*i *in* e *m*^{2}*) P*^{1} 2744 ful///serunt *S* lucicorusci *AV* 2745 floreba///nt *A* sorde *(suprasc.* t*) C* 2746 ruerat *S* 2748 mulcare *ACSS*^{2}, mulcire *S*^{2}, multare *GNP (*t *ex* c*) OW*, mutare *V*, mulctare *Giles; versus 2749 ante 2748 SS*^{2} nutrix *C* 2750 terrenis *(suprasc.* v*) S*^{1}, terren*ſ N* mundā *C* 2751 Sic *G* metuit *V* gipsam *C*, dypsam *Canis.* superbum *S* 2752 satellis *ACGS*^{2}*W alii* 2753 turigere, i *dubium (ut multa in hac pagina aqua sunt extincta), suprasc.* sce *N*

2730 *Milo De sobr. I 433*, *PlaC III 628* Angelicum scelerata superbia perdidit agmen. *Cassian. Institut. XII 4* Et ut gravissimae tyrannidis eius potentiam cognoscamus, angelum illum, qui pro nimietate splendoris ac decoris sui Lucifer nuncupatus est, nullo alio quam hoc vitio deiectum caelitus invenimus et ex illa beata sublimique angelorum statione telo superbiae vulneratum ad inferna fuisse conlapsum; *cf. Prudentium Hamartig. 167 sqq. [aenigm. 7, 3]* 2736 *Ies. 14, 14* ero similis altissimo. *Locum affert etiam Cassianus Collat. V 7, 2* 2737 *Sedul. Carm. pasch. II 51* forma speciosus amoena *M.* 2740 *Prudent. Hamartig. 171 sq.* (Lucifer) persuasit propriis genitum se viribus ex se Materiam sumpsisse sibi 2742 *sq. prosa c. XI* credendum est, quod prius Lucifer parasitorum sodalibus vallatus et apostatarum satellitibus glomeratus in profundum superbiae baratrum . . . corruisset, quam protoplaustus recentis paradisi colonus . . in gastrimargiae voraginem crudeliter cecidisset 2750 *Ovid. fast. V 499* angusti cultor agelli *M.* 2751 metuere *c. acc. c. inf. coniunxit Aldhelmus ut aenigm. 38, 2 dixit* vereor, quod mergar 2752 *sqq. Cassian. Collat. V 23, 2* quem superbia conculcabat, humilitas honestabit, *Prudent. Psychom. v. 199 sqq.*

Atque superborum conculcat crimina morum.
Nequiquam integritas famae praeconia captat,
Si cordis peplum corrodens tinea sulcat;
Si mentis gremium ventosa superbia farcit,
Frustra virginitas laudem rumoribus aptat:
Culmina celsa valet humilis conscendere virgo,
Si sequitur Christum, qui formam praestat alumnis
Et mundi maculas purgarat sanguine fuso.

Sed me materiae moles ceu sarcina grandis
Deprimit, ut cunctas non possit carta coronas
Prendere virgineas; aliis sed plurima restant
Perficienda, rudem malunt qui noscere sensum
Ingeniique sui nolunt torpescere cotem;
Non aciem cordis scabra rubigine perdunt
Otia neu propriam linquunt obtundere mentem.
Quin potius sacros versant sub pectore libros
Crebro scrutantes praescripta volumina legum,
Quae superant mellis mulsum dulcedine gustum
Flaventisque favi, cecinit quod carmine vates.
Sic lector libri solers et gnarus amator
Nititur electos scripturae carpere fructus,
Ut pecus agrestes ex prato vellicat herbas,
Nocturnis recubans quas rursus ruminat horis;
Sed sus caenosis volutabri sordibus apta
Alternare nequit crasso sub gutture rumen,

2755 famam S^2, famæ *(æ ex* a*)* S 2756 peblum C *(*b *ex* p*)* S conrodens A *codd.* tinea/// sulcat S, tinia V *2756 post 2758* S^1V, *2758 ante 2757* CNP^1W 2757 farcit *(*m^1 *prius scripsit* s *pro* c*)* P^1 2758 Frusta A pomoribus A aptat *(*a *ex* o m^1*)* N, optat $EGOW$ *Giles* 2760 qui formam A *codd.*, formam qui *Canis. Giles* 2761 purgarat *(*ra *expunctum, suprasc.* ui m^2*)* P^1 *in marg.* Epilog^{9} finalis althelmi de thoris C 2763 cuncta S^2, cuncnon *(suprasc.* tas*)* S, cunctos C, cunctis *(suprasc.* a m^2*)* O charta V 2764 uirgineos AS^2 *(*o *in* a*)* SS^1 aliis *om.* ASS^2 operis *inseruit Canis.* 2765 Perficiendo S^1V mallunt $NP^1m^1S^1$, mallent V 2767 cordis *om. A, supra lin.* S^2, codis *Canis.* rubige S 2768 Otio V neu ACP^1 *codd.*, nec *edd.* linquunt *(*u *prius in ras.)* P^1 obtudere *(suprasc.* n m^2*)* O, contundere G 2770 perscripta W, per scripta G 2771 dulcidine A, gustum dulcedine mulsum S^1, ducedine V gustum *(supra ras.* m^1*)* C 2773 soler///s A, sollers OSS^1V 2774 scriptorum: rum *(per abbreviationem scriptum)* m^2S 2775 agrestis C prauo S^2 *(suprasc.* t*)* SS^2A uillicat ACS^1V, uilicat NP^1 erbas *(suprasc.* h*)* S 2776 recubant *(suprasc.* s m^1*)* porcaster pausat abesi.. *(suprasc.* o m^2*) i. e. fine versus 2776 et vv. 2777. 2778 et initio versus 2779 (oculo ab* recubans *v. 2776 ad* recubans *v. 2779 aberrante) omissis* A, recubant SS^2 sursus V ruminat SS^1S^2, ruminet NOP^1VGW, rumine thoris C 2777 Sed cenenosis *(suprasc.* sus*)* S, cenosis V, *(an* cenesis?*)* GN, coenosis SP^1 uolutabris S^1, uoluptabri S sordib: aptis C, aptans EG *(punctis sub* ns *positis)* OW 2778 *om.* S^2, *in marg. add. S, primus in textum inseruit J. F. Gronovius ex Oxoniensi* Alternare nequit crasso sub gutture rumen *post v. 2777 inseruit W* nequid V gurgite SP^1m^1, guttore V

2762—2904 *Epilogus* 2762—2811 *Conclusio. In eis, quae usque ad finem leguntur, novam dispositionem sequitur Aldhelmus, quae etsi in nonnullis similia habet, tamen cum prosa non iam per singula capita potest conferri* 2767 *Verg. georg. I 495* scabra rubigine *M.* 2771 *sq. Sedulius Carm. pasch. II 267 sq.:* Dulcia nam domini nostris in faucibus haerent Eloquia exsuperantque favos atque omnia mella *M.* 2776 *Verg. ecl. 6, 54* Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas *(cf. epist. ad Acirc. p. 176, 22)* 2777 *Levit. 11, 7. — Hor. ep. I 2, 26* amica luto sus

Dum stratis recubans porcaster pausat obesus
Iuncis et stipulis necnon filicumque maniplis.
Ante dies, inquam, mihi, quamvis Quintilis ardens
Sextilis aut etiam protelent tempora terris,
Deficiet, totam quam possim pandere famam
Virginibus castis fantem praeconia laudis,
Nec valet immensum perfecte forte pudorem
Garrula raucisono complecti pagina versu,
Quamvis millenis collaudent ora loquelis,
Sicut folligenis respirant organa flabris
Musica concisis et clamat barbita bombis.
Vinea parva mihi flaventes protulit uvas,
Quamvis in gracili vernaret pampinus arvo;
Unde pudicitiae carpens de palmite botros
Ocius expressi metrorum paucula musta.
Non tamen arbitror, quod acescant prorsus in aevum
Aut dentes stridant in potu forte bibentum,
Ni fallax caupo strofas infundat aquosas,
Qui solet interdum mercantes fallere, limphis
Dum studet in cupis defruti perdere nectar
Taliter adstipulans natos de vite racemos,
E quibus in praelo plantis contunditur uva.
Iam tempus cogit currentes cludere versus
Rustica magnificis condentem carmina sanctis,
Terminus aequoreo dum venit margine metri;
Ponti spumosas ut nauta transfretat undas,

2779 recubans (cub *in ras.*) *S* abesı.. *A*, abesus SS^1V, abęsus S^2, obessus NP^1m^1 (abesus m^2) 2780 filicum que *om. A* 2781 in quā mihi quamuis quintilis *A*, mihi (michi *G*) quamuis *codd.*, mihi mihi quamuis S^1, quamuis *om.* SS^2, *lacunam notavit ante* mihi *Canisius*, quamquam mihi *Giles* 2783 deficit. totā S^1, deficient *C*, deficiet (*suprasc.* n m^2) P^1 possim (m *ex* nt) *C* forma m^1 *corr.* m^2C 2784 fantē (f *ex* t) *C* 2785 perfectæ *V* pudore S^2 2786 raucisona SS^1 conplecti (e *ex* ?) *V* 2787 loquellis ANP^1V 2789 clamat *codd.*, clamet *C*, *an legendum* clamant? *sed confer titulum aenigmatis 13 (I, 15)* De barbita. barbita (*suprasc.* aliegena) *A*, *haec glossa pertinere videtur ad* bargina 2790 purua *A*, michi *G*, flauuentes (u m^1 *in ras.*) *C* 2791 gracile AS^2Sm^1V au///ro (*suprasc.* m^1 r) *A*, arbo *V* 2792 pudiciæ (*suprasc.* ci) S^1, puditiae (*suprasc.* ci) *G* de *om. V* butros *AN*, potros (p *in* b) *S* 2793 acius expręsi *A* exp̃si *N*, expsressi *S* pacula (*suprasc.* v) S^1 2794 acessant (*ult.* s *in* c m^2) S^1, accessant *W* (*supra* c *prius* r) *N*, acçessant *G*, accescant *C* prosus *C* 2795 rotu *C* bibentꝫũ *S*, bidentum (d *in* b m^2) *CN* 2796 falax *S* infundas (*suprasc.* t) S^2, infundit *N*, infundat uel infundit *W* 2797 lĩphis *A*, lymphas (*suprasc.* i) S^2, lymfas *S* 2798 defructi SS^2, defruꝫti P^1 2799 ad stipulans *A* natas (*suprasc.* o) S^1, nator (*suprasc.* s) *S*, natas *V* 2800 in p̃lo contunditur uua matura S^1 *vers. 2800 om.* P^1; *sed adsc. Giles, addito:* Ita Sorbonne 1476 *i. e. Paris. 16668 N* 2801 cludere (*suprasc.* a m^1) *A*, cladere *V*, claudere *cett.* 2802 ruscica *corr.* rustica *A* 2803 terminos (*suprasc.* v) S^1 magina *V* 2804 pontiș fumosas (*suprasc.* spu) *S*, spumosis *suprasc.* a m^2) *G* undarum AS^2, undas·/.ũ (estũ) *S*

2779 *Albarus De Leobegildi bibl. v. 125 (PlaC III p. 135 cf. ad v. 15)* torbus dente pugnat porcaster obesus 2780 *Verg. georg. III 297* stipula filicumque maniplis *M.* 2781 *Eangyth ad Bonifat. (Epist. Merow. I p. 262, 18):* Pro his omnibus et huiuscemodi causis, que vix uno die enumerari possunt, quamvis, ut dicitur, Sextilis (Sextīlis = *carm. eccles. III 62)* aut Quintilis tempora protelent aetatis, tedebit nos vitae nostrae. *cf. ad Epist. I adn. e* 2789 *v. 71 sq.* Maxima millenis auscultans organa flabris Mulceat auditum ventosis follibus 2796 *Hor. sat. I 1, 29* perfidus hic caupo

Maxima permodica emensus mox caerula lintre
Attigit obtatum lassus de gurgite litus
Turgida ventosis deponens carbasa malis
Antemnasque simul solvens de parte rudentum.
Anchora fluctivagam nunc sistat metrica barcam,
Ut saltem in portu quassatus navita flustris
Ad requiem tendens obtata sorte fruatur!
Hos igitur pauper supplex obsecro patronos
Virgineis proprium comentes actibus aevum
Et famulas domini precibus pulsabo misellus,
Integritate sua quae Christi regna merentur
Limpida stelligeri scandentes culmina caeli,
Ut dominum pulsent clamosa voce Tonantem,
Qui solet indignis ultro miserescere bernis
Conversisque reis noxarum solvere vincla,
Quatenus ante diem, qui vitae lumina claudit,
Nec non ante diem, qui mortis limina pandit,
Cuncta piaclorum solvantur gesta meorum
Et, quodcumque mali gessit lasciva iuventus,
Deleat aeternus, caelorum gloria, Christus:
Clementer veniam tribuens peccata remittat
Actibus aut dictis seu solo noxia sensu!

2805 permodica emensus mox cerula lintre S^1, per modicam *(a ex* u S^2*)* emensus mox cerula *(*erula *suprasc.* c *A)* lintrem *ACGNOP*^{1}*SS*^{2}*VW*, per modicam emensus coerula lintrem *Canis.*, per modicam dimensus caerula lintrem *Giles* 2806 Attigis *(suprasc.* s. *&) G* obtutum *C*, optatum *cett.* 2807 carbas malis *A* carbosa *V*, carbassa *C* 2808 antemnasque *AP*^{1}*S*^{1}*S*^{2}, antemptiasque *V* 2809 anchora *ACGNP*^{1}*S*^{1}*S*^{2} sista *A* metricã *V* barcham S^2, bartham *S* 2810 saltim *GNP*^{1} *(*i *in* e*) O* 2811 dendens *(*t *ex* d*) S* obtata *ACGNSS*^{2}, opt. *cett.* SUPPLICATIO POETE C^1 2812 Hos igitur pprium comentes (p. c. *deletum)* subplex *S* obsero *C* Nunc ego uirgineos deposco per omnia flores *G* 2814 Nam *b (cod. Bamb. s. X qui continet praeter praef. 11—18 et carm. v. 34—44 etiam 2814—2828. 2871—2904 cf. p. 343)* famulus *A* 2816 limphita *A*, Lympida *V* scandent *(*es *add. m*^{3}*) N* stellegeri *(*e *in* i*)* S^1 2818 misserescere *C* bernis *A multi, suprasc.* v P^1 2820 Quatinus *COm*^{1}*C* lumina *(suprasc.* i*) N*, limina *G* 2821 diem ante S^1 2823 male *Nb* lasciuia *A*, lassciua *S* 2825 ueniũ *A* 2826 seu *om.* S^2 sola S^2b, sol *S*

2806 *prosa c. LIX* Rimosa namque fragilis ingenii barca dirae tempestatis turbine quassata licet laborante lacertorum remigio optatum silentii portum sero attigit. Sed tamen nostrae rusticitatis stipulatio superno Christi patrocinio freta fiducialiter confidit, quod nostrarum carbasa antemnarum prosperis ventorum flaminibus sinuata quasi inter scillam soloecismi et barbarismi baratrum indisruptis rudentibus feliciter transfretaverint 2812—2831 *Invocatio virginum masculini et feminini generis* 2812 igitur: *quoniam ad finem perveni* 2814 *carm. eccles. IV 13, 3* Hos precibus verna crebris et pectore pulso 2816 *cf. ad v. 1445* 2817 *v. 1524* tum fixis genibus pulsabat voce Tonantem, *carm. eccles. IV 7, 9* oraret voce Tonantem 2819 *cf. ad carm. eccles. IV 13, 5* 2820 *carm. eccles. IV 1, 17 sq.* Dum sani rursus redeunt ad lumina vitae, Quamvis ante nigrae lustrassent limina mortis. *Iuvenc. Hist. evang. IV 354* non umquam contingent limina mortis, *Beda v. Cuthb. X 15* pelagi qui limina pandit 2825 *carm. eccles. IV 13, 4. 5* Ut mihi clementer noxarum pondera laxent Et veniam dantes commissa piacula solvant 2826 *Augustinus Contra duas epist. Pelagii I 27* Fiunt autem (peccata) sive operando sive loquendo sive, quod facillimum atque celerrimum *(l.* creberrimum*)* est cogitando. *Bonifat. I 31* pulsabo Tonantem *(cf. v. 2817)*, Actus vel dicti sensus seu vincla resolvat *(cf. v. 2871)*

Sic mihi dignetur sanctorum summa potestas
Praesidium misero devotum ferre vicissim,
Quos ego virgineo descripsi carmine metri,
Ut minime lateant castorum serta per orbem,
Qualiter ex propria meruissent carne coronas!
Sed vos, virgineis comit quas infula sertis,
Hoc opus adversus querulos defendite scurras
Reprehensorum claudentes labra loquentum,
Cum tamen haud metuam scurrarum dicta legentum,
Qui malunt vatum scedas lacerare canentum,
Dum furvas verbi quaerunt in luce tenebras
Planaque rimantur tortas per rura salebras,
Littera si titubet vel certe sillaba nutet,
Si genus aut numerus vel casus ab ordine cedat,
Si persona triplex maneat duplexque figura
Quinquies et currant verborum tempora rite,
Nec tamen emendant titubantis gramma poetae:
Sic semper cupiunt scriptorum carpere cartas,
Ut caper hirsutus rodit cum dente racemos
Floribus evacuans frondenti palmite vites,
Qui quondam vexit populi in deserta piaclum,

2827 sum sũma *A* 2828 Premium SS^2 deuotum AS^2SV, deuoto *(suprasc. ṽ)* S^1, douoto *etiam b*, deuote *OW Giles* 2830 lateat *S* castrorum *A*, cast///orum *N* serta *(a ex o)* S^2 per ævum *Canis.* 2831 *iuxta versum* Cōm̃datio causalis uoluminis p̃sentis *C* 2832 o virgines S^1, uirgines *(suprasc. i m^2)* *S* quas $ACNSS^1$, quos *cett. Canis. Giles; sed hic alloquitur Aldhelmus sanctimoniales Bercingenses;* quas comit S^1 2833 quaerulos *A*, quęrulas *V*, querulas *N*, querulo SS^2 2834 Reprẹhensorum *V*, Deprehensorum *G* 2835 Dum *G* metā *AV*, metum S^2, mecū S^1, metãi *(suprasc. v m^2)* *S* scurarum *V*, scr̃urarum *(suprasc. r m^2, in ras. fuit r)* P^1 2836 mallunt *N* natum *(n deletum et suprasc. u)* *A* scedas *codd.*, scidas *Canis.*, schedas *Giles* 2837 Cum *G* uerbis VP^1m^1 2838 toras *(suprasc. t)* P^1 salibras *(i in e m^2)* *G* 2839 Littera *A plurimi* uel certe *bis scriptum S* mutæt *A*, nutaet S^2, sylliba mutæt m^2S, nutet *cett.* 2840 numen *corr. m^2E*, nume *(suprasc. rus m^2)* P^1 cędat S^1, cadat *E (a in ras.) GO*, cadat uel cedat *W*, cadat *(e supra a prius)* P^1 2841 tripplex *O* dupplex *O*, triplex figura *(suprasc. q. m^1)* S^1 2842 Quiquies currant *(suprasc. n et &)* *S*, Quinquies/// & currant P^1 excurrant *Canis.* 2843 emendunt *S*, emedant P^1 titubanti *S*, titubanto *(o ex es vel is)* *S* 2844 si ASS^2, sic *cett.*, sic *etiam in fine epist. ad Ehfridum* Sed//// P^1 chartas ANP^1S^2, chartes *C* 2845 rod& cum *C* 2846 frondente S^1N uitem GS^1 *(m in ras.) O (ex v. 2504)*, uites *om. C*, uite *W* 2847 quandam ASm^1S^2, condam Cm^1 vexat *G* deserto Gm^1OS^1VW

2827 *ut v. 2446 et v. 2802, ita etiam hoc versu sanctorum nomine viros feminasque conprehendit* 2832—2860 *Cohortatio sanctimonialium Bercingensium cf. prosa c. LX s. f. vide etiam epist. ad Acirc. p. 221, 22 sqq. et finem epistulae ad Ehfridum. — v. 486* Infula virgineo quem floret sacra pudore 2835 *nota quinque horum versuum rimos* 2839 *sqq. enumerat capitula artis grammaticae, quae sunt de litteris [de orthographia], de syllaba [de quantitate], de nomine [de generibus, de numeris, de casu], de verbo [de personis, de figuris, [*figura verbi bipertita est, aut enim simplicia sunt verba ut scribo, aut composita ut inscribo *Diomedes I p. 335 K.] de temporibus [*sunt tempora tria praesens, praeteritum et futurum, sed praeteritum rursus dividitur in tria *Priscian. VIII p. 405 K.]* 2843 *repetitus est hic versus in fine epist. ad Ehfridum v. 5; 2844 ibidem v. 3, 2845 v. 4* 2845 *Referendum esse hunc versum ad Erigones fabulam L. Traubius in egregia de his versibus disputatiuncula Hermes XXIV 649 recte notavit* 2846 *v. 2504* Pastinat in scrobibus frondenti palmite vitem 2847 *Levit. 16, 20 sqq.* Universa delicta atque peccata eorum (filiorum Israel) .. imprecatus capiti eius (hirci) emittet illum per hominem paratum in desertum. Cumque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam et dimissus fuerit in deserto, revertetur Aaron

Sanxerunt veteris quod scita voluminis alma.
Talia sed timidus dictator tela pavescat,
Qui propriis numquam confidit belliger armis
Cassida nec capiti discit praetendere metri
Nec spinam lorica noscit defendere prosae;
Armet sed dextram capulus ceu parma sinistram
Cruraque non careant ocreis nec femina ferro
Neu timeat scriptor terrentis ludicra linguae!
Nam tremulos terret nocturnis larba latebris,
Quae solet in furvis semper garrire tenebris;
Sic quoque mascarum facies cristata facessit,
Cum larbam et mascam miles non horreat audax,
Qui proprio fretus praesumit fidere cestu.

Cum sit digestus sanctorum sexus uterque,
Alta supernorum qui scandunt arva polorum,
Octenusque simul peccati calculus atri
Expositus gracili verborum clave patenter,
Quem Deus a nostri detrudat pectoris antro
Et procul in furvas emigret luce latebras,
Nunc in fine precor prosam metrumque legentes,
Hoc opus ut cuncti rimentur mente benigna,
Dum patulis lustrent textum sub fronte fenestris,
Quod geminum constat discretis forte libellis,
Ut mihi cum precibus peccati vincla resolvant

2848 saxerunt *(suprasc.* n*) A* ueteres *(suprasc.* i*)* N *(*e *in* i*) S* scita *(supra lin. m*^{1}*) S*^{1} 2849 timidis *V (suprasc.* v*) S (*is *ex y* = us*) O* dictator tela *codd.*, dictator. tela *E*, dicta tortela *S*^{2} *Canis.*, dictorum tela *Hanckius Giles*, dictator tela *iam restituit J. F. Gronovius* pauescant *Sm*^{1}*S*^{2} 2850 nusquam *CGNOP*^{1}*W* bellier *S* 2851 protendere *O* 2852 noscat *S*^{1}, nescit *GW om. m*^{1}*, add. inter lineas m*^{2}*P*^{1} prosae *(suprasc.* m&ri *m*^{2}*) P*^{1} 2853 dexteram *ASS*^{1}*S*^{2} ceu (u *m*^{3}*) N* parua *(suprasc.* m *m*^{2}*) P*^{1} 2854 n̄ careant area *m*^{2} *in ras. E*, creant *(suprasc.* a *m*^{2}*) P*^{1} femina *codd.*, femora (ora *m*^{2} *in ras.) E* 2855 Ne *SS*^{2} torrentis *C* ludrica *N Canis. Giles* 2856 tremulus *S* (u *in* o*) S*^{2} larba *codd. (suprasc.* v*) GP*^{1}, barba *corr. S* tenebris *S*^{1} 2857 carrire *S* latebris *S*^{1} 2858 muscarum *Cm*^{1}, macarū *(suprasc.* s *m*^{2}*) G* facescit *(*s *supra* e*) S*, fatescit *NO* 2859 larbam *codd. (suprasc.* v*) P*^{1}, labam *(suprasc.* r*) S* orreat *P*^{1}*S* 2860 p̄sumere *(suprasc.* it*) C* cestum *A*, cestu *CVNP*^{1}, gestu *SS*^{1}*S*^{2} *Canis.*, questu *GOW Giles*, federe questu *add. m*^{2}*E, vers. om. m*^{1}*, add. inter lineas P*^{1}*. In marg.* Conclusio rationalis totius istius operis *C* 2861 Tum *G* 2863 octenusque *codd.*, octonus *(alterum* o *in ras. m*^{2}*) P*^{1} 2864 gracli *S*^{1} cleue (e *in* a*) S*^{1}, clade *(suprasc.* u *m*^{1}*) C*, c///lue *(*a *suprasc.*) *P*^{1} 2865 nostri *GW*, nostro (o *in* i*) A*, nostro *CNSS*^{1}*S*^{2} (o *ex* i*) V* anr̃o *P*^{1} 2866 tenebras *C*^{1}*GOW Giles* 2867 pr̨ecor *A* 2869 sub fronte latebris *C* 2871 peccanti *GOP*^{1}*m*^{1}*W* uinc///la *P*^{1} resoluit *(suprasc.* an*) b*

2848 *Levit. 16, 10. 20 sqq.* 2849 dictator = *v. 2855* scriptor; *opponuntur inter se auctor anxius et arte sua probe fretus* 2850 *epist. ad Acirc. p. 201, 23 sqq.* imploro, ut hoc opusculum .. contra omnes aemulatores .. inexpugnabili metrorum pelta et grammaticorum parma protegere digneris 2851 *sqq. scripsit Aldhelmus hos versus etiam hic (cf. 2463 sq.) memor armaturae militis Christiani, qualis Ephes. 6, 17 descripta est.* femina = *femora cf. Georges, Lexicon der lat. Wortformen p. 273* 2855 = *epist. ad Ehfridum in fine v. 2* 2860 *Verg. V 69* seu crudo fidit pugnam committere cestu 2861—2904 *Peroratio. cf. Progr. Gothan. 1904 p. 7* 2862 *v. 755* summa supernorum conquirens regna polorum 2865 *Iuvenc. Hist. evang. I 587* nil abdita clausum Pectoris antra tegunt *M.* 2866 emigret *pro transitivo usurpatum ut ps. 51, 7* emigrabit te de tabernaculo tuo 2868 rimentur = *legant, ut in prosa c. IV* historiograforum fabulas ... rite rimando; *Verg. I 304* mentemque benignam *M.* 2869 *vide ad v. 958* 2871 *cf. ad 2819 et 2826*

Et pretium libri pendant oramine crebro,
Quatenus, aethereum qui servat regmine regnum
Principio vel calce carens et temporis expers,
Cui dedit et dempsit nil mundi longa vetustas,
Arbiter aeternum mihi iam miserescat in aevum.
Qua laetabuntur per caeli culmina Sancti
Atque catervatim laudabunt voce Tonantem,
(Patriarchae primo, qui gentis germina sacrae
Et sobolem stirpemque rudem genuere nepotum,
Per turmas pariter procedent agmine denso
Et regnatoris stipant sublime tribunal;
Illic et vatum laetatur turma priscorum,
Quae quondam cecinit nostri cunabula Christi,
Cum restauraret labentia saecla redemptor
Expurgans veterum clemens monumenta malorum;
Illic martiribus florescit vita perennis,
Vulnere qui diro quaerebant praemia macta
Purpureo patulum mercantes sanguine regnum,
Qua confessorum gaudebunt agmina sancta:
Quamlibet expertes effusi sanguinis essent,

2872 prętium *A*, pre(ę)cium *bGSS*^{1}*V* (t *ex* c) *P*^{1} pendunt *Sb* oramine (a *ex* o) *P*^{1} 2873 Quatinus *bS*^{1}*OPm*^{2} (a)etherium *CS*^{1}*b*, ętherū *delet. et suprasc.* ethralem *m*^{2} *N* regimine *bOVW corr. NS* regum *AP*^{1}*m*^{1} 2874 Principiū *Sm*^{1} cale *(suprasc.* c*) A* 2875 delit *b* et *codd., aut Canis. Giles* uestustas *(*o *supra* e, o *et* s *paene evanida) S*^{2} 2876 miserecat *(suprasc.* s*) S*^{2} 2877 Qua *Ab codd. (suprasc.* ubi*) E cf. 695. 1399. 2890,* Quę *S*^{2} *(*e *in* i*) S,* Qui *P*^{1} *Canis. Giles* 2878 tonante *A,* tonantem *(*m *expunctum) S*^{2} 2879 qui/// *(in ras. fuit* n*) O* germinæ *(*e *ex* a*) S,* gemina *(suprasc.* r*) C* 2880 nopotum *V* 2881 procedent *AbCSS*^{1}*S*^{2}*V,* procedunt *GP*^{1}*W (suprasc.* e*) N* 2882 stibant *(*b *ex* p*) V* sublime *(*l *ex* n*) V* 2883 Illuc *S* loetatur *(o in* a*) G* turba *C* priscorum *AbS*^{2}*O codd.,* pri///orum *(in ras. fuit* sc*) P*^{1}, priorum *G = Hanckius Giles,* prĭsci *etiam praef. aenigm. v. 18* 2884 nrā *(*a *in* i*) P*^{1} xpo *(o in* i*) P*^{1} 2885 *inter lineas add. m*^{1}*C* resta///rat *(in ras.* u*, suprasc.* re *m*^{2}*) P*^{1} saecula *WP*^{1}*m*^{1} 2886 Et *(suprasc.* x*) N* demens *(suprasc.* tollens *m*^{2}*) A* moni///menta *S,* monimenta *OW (suprasc.* v*) m*^{2} *P*^{1}, munumenta *S* 2887 florescit *etiam S*^{2}, florescit *cj. Canis., qui edidit* forescit phennis *C* 2888 uulnera *S*^{2}, uulneræ *S* qui/// ///dro *(suprasc.* i*) S*^{1}, que diro *b* pmia magna *G* 2889 patulo *N* 2890 qua *AbCGOS*^{1}*S*^{2} *alii,* Qua confesso////rum: Qua confesso *m*^{2} *in ras. E,* quo *Canis. Giles* gaudebant *bV* agmine sancta *N* 2891 expertes *(*t *ex* c *m*^{2}*) P*^{1}

2872 *cf. prosa c. LX* sit mihi .. recompensatio vestrarum precum frequens collata vicissitudo 2874 *Auson. Eph. 3, 3* Omnipotens ... Principio extremoque carens, antiquior aevo, *(= Paul. Nol. carm. 5, 3)* quod fiat aut veniet. *Dracont. Satisfact. 5* principio seu fine carens et temporis expers ... *v. 9* Nil addit demitque tibi tam longa vetustas. *M. Lulus ad Bonifat. (Epist. Merow. I 390, PlaC I 19)* saeclis prior omnibus, idem calce carens et principio 2878 *cf. v. 31. 1271. 1524. 2817* 2879—2888 *in parenthesi quatuor Sanctorum, qui in caelis versantur, catervae bis quaternis et bis senis versibus enumerantur: patriarchae (2879—2882), prophetae (2883—2886 cf. Lucas I 70, Iuvenc. Hist. evang. I 122* Hoc est quod prisci cecinere ex ordine vates*), martyres cum confessoribus (2887—2892), virgines (2893—2958)* 2880 *prosa c. VIII* cum pro certo noverimus, priscis temporibus patriarchas divinas sanctionis praecepto coniugii foedera servantes supernae gratos maiestati extitisse *cf. v. 244 sq.* 2881 *Verg. II 450* has servant agmine denso *M.* 2882 *v. 2349* quando catervatim vallant caeleste tribunal *cf. v. 2901 Prudent. Psychom. 736* mox et sublime tribunal .. supereminet *(M). Dudo ad Bonifat. v. 9 (PlaC I 16)* Per caeli campos stipabunt pace tribunal 2886 *Verg. III 102* veterum volvens monumenta virorum *M.* 2889 *v. 752* Lucida perpetuae mercantes munera vitae 2891 *v. 702 sqq.* Quamlibet ex-

Sed tamen egregiam meruit confessio palmam;
Illic virginibus, qui linquunt lurida carnis
Gaudia terrenae, confertur gloria regni,
Dum decies denis modulantes milibus odis
Et quater undecies conclamant carmina Christo
Agnum sectantes, qui quondam sanguine rubro
Sordida peccantis saecli delicta piarat)
Cum his caelicolis, qui fausta sorte fruuntur
Atque coronati gestant vexilla tropei
Quique catervatim densis caeleste tribunal
Milibus in giro vallabunt sidera supra,
Ultimus in requiem divino munere fretus
Adduci merear Christo regnante per aethram!

2892 S& *add.* m^2 d P^1 2893 linquſ N lurica V (c *in* d) P^1 2894 terrena AS^2 2895 Cum G cedies V *modulantur — odas *codd.*, modolantur N milibus AbC *codd.* 2896 undecius b conclamant *codd.*, proclamant S^1, conclamat *Giles* carmine *Canis.* 2897 quodam *(suprasc.* n m^2*)* S 2898 Sordia *(suprasc.* d m^2*)* E peccantis peccaſtis secli peccata N delicta $AbCC^1EGOP^1S^1W$ *Hanckius*, dicta SS^2, maledicta *cj. Canis.*, *recepit Giles* 2899 caelicolis *(*is *paene evanidum)* A, caelicolis $bCGNOS^1W$ *(*is *in ras.*, coelicolis *cod. Leodiensis Delrii)* E, caelicoli P^1S^2V, celicolę S *Canis. Giles* fausta *(*a *in* i *suprascr.* felice*)* N, fausto S^1V fruantur *(suprasc.* v*)* P^1 2900 uexilli V tropaei A, tropei NSS^1S^2V, tropheae C, trophaei EGO, trophei bP^1 2902 uallabunt $bGONV$, uallabant $AP^1SS^1S^2$ *suprasc.* v E sidere V *post v. 2901 in nova pagina versus quatuor, quorum primus est 2902, quartus a* Virginitas felix *incipit, erasi et infra v. 2902. 3. 4 magnis spatiis inter se distantes denuo scripti* S^2 2904 negnante A, aet. nā; A (a)etram EW *(suprasc.* h*)* NP^1, (a)ethra GS, aṁ (amen) *add.* S *Nulla subscriptio in* AP^1 FINIT LIBER ALTHELMI EP̃I DŌ Gratias A)(E/// S^1, EXPLICIT LIB̃ ALTHELMI EP̃I *(*FI *eras.)* DE LAUDE *(*LaVDE S^2*)* VIRGINUM SS^2, Explicit liber aldhelmi de laude uirginum ÷ Incipit lib̃ milonis monachi de laude pudicitie et sobrietatis C, EXPLICIT METRUM ALTHELMI DE UIRGINITATE V, EXPLICIT METRICA EXPOSITIO ALDHELMI EPISCOPI DE UIRGINITATE S̃CORUM·,· N, EXPLICIT ΔLDHELMI DE OCTO UITIIS O, EXPLICIT LIBER *(in marg.)* ALDHELMI EPISCOPI DE OCTO UITIIS PRINCIPALIBUS W, EXPLICIT LIBELL' ALDHELMI ARCHIEPISCOPI DE VIII UITIIS PRINCIPALIBUS C^1, EXPLICIT ALDHELMI ARCHIEP̃I DE OCTO UITIIS PRINCIPALIBUS; INCIPIT LIBER PSYCHOMACHIΔE QUEM COMPOSUIT ΔURELIUS PRUDENS CLEMENS E, [Explicit] de laude uirginum & octeno calculo vitiorum *cod. Leodicensis Delrii.* De uirginitate liber finit *ed. princ.*

pertus non esset vulnera ferri Umquam nec rubro roraret sanguine martyr . . Attamen illustrem meruit confessio palmam 2893 *v. 94* Lurida linquentes spurcae consortia carnis 2895 *v. 2415* Odis Daviticis modulantes carmina sancta, *Milo de sobr. II 1087 (PlaC III 674)* Exiguas retinent binis qui milibus odas. *Carmen Scotti v. 45 (PlaC III 240)* Concinit et miras modolatis cantibus odas *cf. prosa c. VII s. f.* 2896 *sq. Ioh. apoc. 14, 1. 4* 2899 *carm. eccles. III 16* Caelicolis iunctus laetatur *(v. 2877)* sorte suprema 2901 *cf. v. 2882* 2903 *sq.* divino munere: *Iuvenc. Hist. evang. II 187, aenigm. 55, 1 (VI 4) M. v. 792* caelesti munere fretus *cf. v. 187. 2026* 2904 *Florus VI 20 (PlaC II 535)* Sidereum Christi merear conscendere templum, *v. 1973* Aeterno regi regum, qui regnat in aethra. — *carm. eccles. IV 13, 6 sq.* Quatenus in requiem divina gratia fretus Ultimus ingrediar Christo regnante per aethram. *Ad versus hos extremos referenda sunt, quae dixit Aldhelmus in praefatione 4 sqq.* Regnator mundi, . . Indigno conferre mihi dignetur in aethra Cum sanctis *(v. 2877)* requiem, quos laudo versibus istic. *cf. Alcuin. carm. LXVII 13 sq. (PlaC I 286)* Ut requiem post hanc vitam mereatur habere Perpetuam numero sanctorum iuncta per aevum

ALDHELMI ET AD ALDHELMVM EPISTVLAE.

ALDHELMI ET AD ALDHELMVM EPISTVLAE.

1	ad Leutherium	671.	1
2	ad Hadrianum	675.	2
3	ad Wihtfridum	ante 675.	3
4	ad Geruntium	680.	4
5	ad Ehfridrum	686/90.	5
I	epistola Scotti cuiusdam	695. 705.	6
II	epistola Aethilwaldi	c. 705.	7
6	ad Sigegytham	ante 705.	8
III	epistola Cellani	„ 705.	9
7	ad Cellanum	„ 705.	10
8	ad Aethilwaldum	post 705.	11
9	ad Wilfridi abbates	705/6.	12
10	ad Winberthum	705/9.	13

1.

Nuntiat Aldhelmus Leutherio, episcopo Wintonensi, dolere sese, quod diem natalem Christi celebrare non possit Malmesburii cum fratribus et postea ipsum visere; sed retineri sese Cantuarii urgentibus studiis, de quibus fusius disserit.

Codex Vindob. 751 f. 38a = V. Willelmus Malm. Gesta pontif. Angl. V § 195 p. 341 H. = W. Mon. Germ. Epist. Mer. I 236 sq. ed. E. Duemmler. Giles opp. Aldhelmi p. 96 sq.

DOMINO[a] REVERENDISSIMO OMNIQVE VIRTVTVM CONAMINE VENERANDO ET POST DEVM PECVLIARI PATRONO ⟨LEVTHERIO ALDHELMVS⟩ SUPPLEX ALMITATIS VESTRAE BERNACVLVS[b] IN DOMINO SALVTEM.

[1] [a]) *allocutio deest W;* ⟨LEUTHERIO⟩ *et* ⟨ALDHELMVS⟩ *addendum erat pro more scriptoris* [b]) vernaculus *VW cf. ad prosam de virg. p. 229 m*

[1] *Epistulam hanc, cuius in allocutione et eius qui scripsit et eius qui accepit epistulam intercidit nomen in codice Vindobonensi, Willelmus Malmesburiensis (Gest. pont. V 195), qui totam inscriptionem omisit, Aldhelmum ad* Heddam antecessorem suum *scripsisse testatur. Sed ut de Aldhelmo auctore dubitari non potest, ita ad Heddam eam scriptam esse putare vetamur ipsa temporum ratione. Nam episcopus factus est Hedda (ad episcopum missam esse epistulam docet, quod initio legitur,* antistes *vel, ut Willelmus habet,* praesul*) anno demum 676, quo tempore abbas iam fuit Aldhelmus, cum ex inscriptione apparere videatur scriptorem epistulae etiamtum fuisse monachum.* Lectionis *vero* studium, *quod initio epistulae Aldhelmus commemorat, dubium non est quin referendum sit ad institutionem Aldhelmi Cantuariensem, illic autem Aldhelmum versatum esse, dum esset monachus, constat uniceque cum hac interpretatione consentit, quod abesse eum tum a* fratribus *i. e. monachis Malmesburiensibus ex eodem epistulae initio comperimus. Quae autem in codice suo non invenit librarius codicis Vindobonensis saeculo nono nomina, ea ne in eo quidem codice, quo usus est saeculo duodecimo, Willelmum iam invenisse putabimus, ita ut quod addit nomen Willelmus merae ipsius coniecturae eique fallaci deberi consentaneum sit. Si autem, ut hoc simul absolvam, Cantiae scripta est epistula, etiam quo tempore sit scripta, erit exploratum. Nam cum epistula ad Hadrianum* circiter triennio *post alteram apud Cantuarienses commorationem et ante abbatatum Aldhelmi scripta Aldhelmusque abbas factus sit anno 675, iterum discessisse Aldhelmum Cantia a. 672 eamque nativitatis Christi sollemnitatem, quae in nostra epistula commemoratur, incidisse in annum 671. Maxime autem haec definire refert, quoniam quibus studiis vacarit Aldhelmus Cantiae, quae illic tractata et tradita sint, hoc exemplo demonstratur; quae de metrica tum didicerat, postea ipse in epistula ad Acircium litteris mandavit. Sed si Aldhelmus non ad Heddam dedit epistulam scripsitque Cantuarii, unus, ad quem eam miserit, restare mihi videtur Leutherius, episcopus Wintonensis. Nam quod Hahnius, qui primus dubitavit de Hedda, (Bonifaz p. 13, 2) de Theodoro cogitat, hoc non modo, ut ille ipse recte vidit, ob speciem arrogantiae parum verisimile est, sed etiam magis eo, quod de fratrum desiderio scripsit Aldhelmus, refutatur; qui Wilfridum vult intellegi, is minus verisimilia pro verisimilioribus sumit; nam nulla re probatur iam tum ullam inter Aldhelmum et Wilfridum fuisse necessitudinem. Ad Leutherium autem, quem primus Boenhoffius (Aldhelm. p. 49 sq.) indicavit, omnia recte quadrant: hic* peculiaris patronus *fuit Aldhelmi, hic et presbyterum eum consecrasse videtur, hic postea primum eum abbatem Malmesburiensem constituit, hic privilegium dedit eius monasterio; huius in dioecesi situm erat Malmesburium nec nimis de via flexit Aldhelmus, si Malmesburio Cantuarium rediens iter per Wintoniam illum visurus faciebat.*

mense Decembri a. 671.

Fateor[1], o[a] beatissime antistes[b], me dudum decrevisse, si rerum ratio ac[c] temporum G. 96 volitans vicissitudo pateretur[d 2], vicinam obtati[e] natalis Domini[f] sollemnitatem ibidem in consortio fratrum trepudians[g] celebrare et postmodum vita comite[3] vestrae caritatis affabili[h] praesentia frui. Sed quia diversis impedimentorum obstaculis retardati[i], quemadmodum lator praesentium viva voce[4] plenius[k] promulgabit[l], illud perficere nequivimus, idcirco difficultatis[m] veniam, precor, impendite!

Neque enim parva temporum intervalla in hoc lectionis[n] studio protelanda[5] sunt[o], ei dumtaxat, qui solerti[p] sagacitate legendi[5] succensus legum Romanarum[p] iura medullitus rimabitur et[q] cuncta iurisconsultorum[r] secreta[s] imis[t] praecordiis scrutabitur[6] et, quod his multo artius et[u] perplexius est, centena scilicet metrorum genera[7] pedestri regula

a) o *om. W* b) antestis *V*, praesul *W* c) rerum ratio ac *om. W*, tempora *V* d) patiretur *V* e) obtati *W cod. Oxon.*, obt. *V* f) dñs *V* g) *sic V*, tripudians *W* h) affabili *om. W* i) retardati *W*, refrenati *V* k) plenius *om. W* l) promulgavit *V* m) iccirco difficultati *W* n) lectionis *om. V* o) fuit *W cod. B* p) *om. W* — Romanorum *V* q) etiam *W* r) consulatorum *V* s) decreta *V sed cf. prosa de virg. c. IV* antiquarum arcana legum ab illo (Mose) digesta . . . sollicita intentione scrutando t) ex intimis *V* u) artius et *om. W*

1) *Aldh. epist. ad Hadrianum p. 478, 13* Fateor, mi carissime, . . quod nostra parvitas . . desiderio flagrabat, quod etiam iamdudum cogitarem . . perficere . . et nisi me diversa impedimentorum obstacula retardarent . . *Prosa de virg. c. LIX p. 320, 3* Fateor caritati vestrae, *ep. ad Ehfrid. p. 489, 7* Fateor sodalitatis fraternae cliens . . *Ep. Mer. I 384 (Lullus)* Fateor caritati vestrae = *Ep. Mer. I 426* 2) *Epist. ad Hadrianum p. 478, 16* si rerum ratio ac temporum vicissitudo pateretur. *Epist. ad Acirc. p. 71, 24* anniversaria temporum vicissitudo 3) *Epist. ad Wihtfridum p. 479, 6.* Et idcirco vita comite optatum Hiberniae portum tenens sacrosancta . . praesagmina legito. *Charta Inae apud Will. Malmesb. Gesta pont. V § 226* nobis vita comite . . regni gubernacula regentibus. *Locutio illa aetate erat sollemnis: cf. Wilfrid apud Eddi, vita Wilfr. c. 4* Iam enim vita comite Deo adiuvante . . iterum revertens videbo faciem tuam *Bedae prolog. ad vitam metr. Cuthberti:* Si vero vita comes fuerit 4) *Epist. ad Aethilwaldum p. 499, 10.* Quemadmodum te viva voce . . ammonere curavi; *ad Winbertum p. 503, 1* Gerulum litterarum ad vestrae pietatis praesentiam destinavimus, qui nobis viva voce de causa nostrae necessitatis imminenti plenius promulgabit. *Beda Hist. abbat. I 6 (hist. anon. 10)* viva voce . . ecclesiastica tradidit 5) lectio, lector, legere *hac in epistula, ut fere apud Aldhelmum et Bedam (cf. etiam ad epist. Cellani adn. 1), idem sonat ac doctrina vel litterae, homo doctus vel litterarum studiosus vel discipulus (vel magister), litteris operam dare. — Epist. ad Acirc. c. IV p. 74, 10* quam (epistulam) tantopere . . protelaveram; *prosa de virg. c. LIX p. 320, 20* evenit, ut pollicita codicilli rescriptio tanto temporis intervallo protelaretur; *carm. v. 2782* quamquam Quintilis et Sextilis protelent tempora; *carm. [Aethilwaldi] I (II) 15* protelata . . intervalla: *est vox Hisperica cf. Jenkinson Fam. hisp. p. 86* 6) *prosa de virg. c. 15* has varietates . . rimamini et . . scrutamini; *ibid. c. 4* scrutando . . indagando . . rimando; *epist. ad Acirc. p. 65, 12* ne . . praeterita saeculorum exemplaria solummodo perscruter et rimer. — imis praecordiis *cf. epist. ad Ehfrid. not. 14. — De re ipsa cf. Alcuinum De sanctis Euboric. eccl. v. 1435, Roger, L'enseignement des lettres class. p. 293, Bright, Chapters of early english church hist.[3] p. 297. — Etiam infinitivi qui sequuntur a* scrutabitur *pendent* 7) *prosa de virg. c. IV 232, 23* regulas . . centenis metrorum generibus sequestratim discretas; *epist. ad Acirc. p. 77, 21* species, quae ex eadem stirpe pululantes centuplis metrorum frondibus contexuntur, *p. 82, 2 sq.* praetermissis reliquorum generibus, quae centenis varietatum speciebus dirimuntur, *p. 150, 19* pedes, de quibus centena metrorum disciplina pululaverat. *Significari videtur Servii libellus, quem postea adhibuit in epist. ad Acircium, De centum metris G. L. IV 456 sqq. De Aldhelmo musico cf. Will. Malm. V § 190; etiam in hac arte discipulus videtur fuisse Theodori. Optime haec omnia illustrantur eis, quae apud Bedam Hist. eccl. IV 2 de institutione Theodori et Hadriani leguntur:* congregata discipulorum caterva scientiae salutaris cotidie flumina inrigandis eorum cordibus emanabant, ita ut etiam metricae artis, astronomiae et arithmeticae ecclesiasticae disciplinam inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contraderent . . . sed et sonos cantandi in ecclesia . . discere coeperunt

discernere[a] et ad[b] musica[c] cantilenae modulamina recto sillabarum tramite[8] lustrare, cuius rei studiosis lectoribus tanto inextricabilior[d] obscuritas praetenditur, quanto rarior doctorum numerositas reperitur.

Sed de his prolixo ambitu verborum ratiocinari stricta[e 9] epistularis angustia minime sinit, quomodo videlicet ipsius metricae artis clandistina[f] instrumenta litteris, logis[g], pedibus[3], poeticis figuris, versibus[h], tonis, temporibus[i] conglomerentur[k], pathetica[l] quoque
G. 97 septenae divisionis disciplina hoc est[m] acefalos, lagaros[n], procilios[o] cum ceteris | qualiter[p] varietur, qui versus[q] monoscemi, qui[r] pentascemi, qui decascemi certa pedum mensura trutinentur[s 10] et qualiter[t] catalectici vel brachicatalectici seu ypercatalectici[u] versus[v] sagaci argumentatione colligantur[w]. Haec, ut reor, et his similia brevi temporis intercapidine[x] momentaneoque ictu apprehendi[y] nequaquam valebunt[z].

De ratione vero calculationis[11] quid commemorandum, cum tantae[a] supputationis imminens desperatio[b] colla mentis compresserit[c], ut omnem praeteritum lectionis laborem parvi penderem, cuius me pridem secreta cubicula nosse credideram, et, ut sententiam[d] beati Hieronimi, dum se occasio obtulit[e], depromam[f] *qui mihi*[g] *videbar sciolus, rursus coepi esse discipulus?*[12] Sicque tandem superna gratia fretus difficillima rerum argumenta et calculi supputationes, quas partes numeri appellant, lectionis instantia repperi[h]. Porro de zodiaco[13], XII[i] signorum circulo[k], quae vertigine caeli[13] volvuntur, ideo tacendum arbitror, ne ars[l] opaca et profunda, quae longa explanandarum rerum ratione indiget[m],

---

a) discerneret *V* b) ad *om. W* c) musca *V*, musicae *W* d) inextricabilis *s. l.* or *W cod. A* e) prolixo ambitu verborum disputare *W*, deutius *V* f) clandestina *W* g) logis *V*, sillabis *W* h) uorsibus *V* i) tonis temporibusque *Giles* k) conglomerantur *W* l) poetica *W* m) hoc est *om. V* n) *om. W* o) protilos *W*, procilos *V cf. epist. ad Acirc. p. 94, 14 sq.* p) qualiter *om. V* q) uorsus *V* r) qui *om. V* s) certa — trutinentur *W cod. B* (terminentur *[ex epist. ad Acirc. p. 78, 16] suprasc.* truti *cod. A)*, videantur *V* t) qua ratione *W* u) ipercatalectici *W* v) uorsus *V* w) sagaci argumentatione colligantur *W*, — cognoscantur *V* x) intercapidine *V*, intercapedine *W cod. A*, intercarpedine, r *s. l.*, *B* y) momentaneoque ictu *om. W* z) possunt *W* a) tanta *V* b) disputatio *V* c) oppresserit *W* d) sententia *W* e) dum — obtulit *om. V* f) utar *W* g) mihi prius *W*, *sed* prius *deest etiam in loco Hieronymi* h) Sicque — repperi *om. V* i) et XII *W* k) circulo *om. W*, *qui post* uoluuntur *add.* ratione l) res *V* m) quae — indiget *om. V*

---

8) *epist. ad Geruntium p. 483, 17* circulum . . recto tramite . . decursurum sanxerunt 9) *prosa de virg. c. XXXV p. 278, 16* prolixa sermonum concertatio et reciproca sententiarum disputatio; *c. XLIX p. 303, 13* prolixa sermonum serie describuntur, *p. 304, 7* volumen prolixa et lepida sermonum serie digestum. — *Hieronymus epist. 53, 6* neque enim epistolaris angustia evagari longius patiebatur; *ep. 70, 6* iam epistolaris angustia finienda est. *Duemmler; Hieronymus ep. 73, 3* multa alia, quae epistolaris brevitas non recipit 10) De litteris, logis *(= sillabis)* pedibus: *hoc ordine de his rei grammaticae et metricae fundamentis a technicis agitur, sive libri eorum sic inscribuntur, ut Terentiani Mauri (*De litteris syllabis et metris*), sive res tantum ipsa sic tractatur, ut apud Donatum cf. Aldh. epist. ad Acirc. p. 77, 19 sqq. 78, 10 sqq. 150. — de* poeticis figuris *(i. e. de metaplasmo sinalipha ecthlipsi) egit in IX et X epistulae Acircianae capite (= p. 79 sqq.), de* versibus *p. 82, 13 sqq., de* tonis *ac* temporibus *(cf. etiam prosa de virg. c. IV p. 232, 23* regulas . . tonis, temporibus trutinatas*) in fine capitum de singulis pedibus (cf. e. g. de trochaei accentu ac temporibus p. 160, 29), de* pathetica disciplina — *sex πάθη illic enumerat, sed septem nominibus — p. 94, 13 sqq. (*sunt autem numero sex: acefalos, procefalos, lagaros, procilios, dolichuros, miurus vel spicodis*), de* scematibus *p. 84. 87. 90 (cf. p. 78, 15* qui versus monoscemi, qui pentascemi vel qui decascemi cum viginti quatuor temporibus, excepto si trocheo terminentur, rite dicantur*) — de versu catalectico et ypercatalectico p. 92, 7 sqq.* 11) *De* ratione calculationis *confer, quae dicit Roger, L'enseignement p. 293* 12) *Hieronymus praef. ad versionem Danihelis (= IX 1359 Migne):* Qui mihi videbar sciolus inter Hebraeos, coepi rursum discipulus esse Chaldaicus *D* 13) *epist. ad Acirc. p. 73, 5* ante frontem tauri, qui zodiaco circulo inter XII signa continetur. — vertigine caeli *e. g. prosa de virg. c. XI p. 239, 13, epist. ad Acirc. p. 73, 11*

si vili interpretationis serie propalata[a] [14] fuerit, infametur et vilescat, praesertim cum astrologicae[b] artis peritia et perplexa[c] oroscopi[d] computatio elucubrata doctoris indagatione egeat.

Haec[e] idcirco, carissime pater, cursim pedetemptim perstrinximus, non garrulo verbositatis strepitu[15] illecti, sed ut scias, tanta rerum arcana[f] examusim[g] non posse intellegi, nisi frequens et prolixa meditatio fuerit adhibita. Salutate in Christo omnem sodalium meorum catervam a minimo usque ad maximum, quos obsecro et adiuro per clementiam Christi, ut pro me peccatorum pondere et criminum sarcina oppresso preces Domino fundant!

2.

Scribit Aldhelmus Hadriano, magistro suo Cantuariensi, cupere se ad illum redire, sed retineri Malmesburii rerum necessitate et propter valetudinem.

Willelmus Malm. Gesta pont. V § 189 p. 335 H. Giles opp. Aldhelmi p. 330.

REVERENTISSIMO[1] PATRI MEAEQVE RUDIS INFANTIAE VENERANDO PRAECEPTORI HADRIANO[a] ALDHELMVS BERNACVLVS[b 2] FAMILIAE CHRISTI ET VESTRAE PIETATIS SVPPLEX[c] ALVMNVS SALVTEM.

a. 675 Fateor[3], mi carissime, quem gratia purae dilectionis amplector, postquam a sodali G. 330 contubernio vestro ante triennium circiter discedens a Cantia[4] sequestrabar, quod nostra parvitas[5] hactenus ad consortium vestrum ardenti desiderio flagrabat, quod etiam iamdudum cogitarem, quemadmodum in votis est, adimplens perficere, si rerum ratio ac temporum vicissitudo pateretur[6], et nisi me diversa impedimentorum obstacula retardarent[7] presertimque corporeae fragilitatis valitudine medullitus tabentia membra coquente non sinerer, qua quondam, dum post prima elementa iterum apud vos essem, domum redire coactus sum ....

---

a) explanationis textu promulgata *V* b) astrologiae *V* c) difficillima *V* d) horoscopi *W* e) Haec—fundant *om. W* f) archana *V* g) examusim *V*, 'absolute siue certe uel exquisite' *OGl V 291, 48. V 499, 48 cf. prosa de virg. c. XXII p. 252, 21, epist. ad Acirc. p. 85, 29. 173, 12*

[2] a) Adriano *W* b) vernaculus *W* c) suplex *W*

---

14) *prosa de virg. c. XLIX p. 303, 13* sermonum serie, *c. XLII p. 293, 19* quatenus nequaquam litterarum serie sequestrentur; *epist. ad Acirc. p. 65, 18* septupla sermonum serie. — propalare = *enarrare vel exponere saepe occurrit apud Aldh. cf. prosa de virg. c. XIV (p. 242, 12). c. XXV (p. 257, 7). c. XXXV (p. 277, 12). c. XLIV (p. 297, 14). c. LII (p. 308, 20); epist. ad Acirc. p. 71, 7. p. 78, 3 cf. H. Zimmer, Nennius vind. p. 315* 15) *prosa de virg. c. XIX p. 249, 12* verbosa garrulitas aut garrula verbositas, *c. LIX p. 320, 10* verbosa garrulorum loquacitas *cf. ep. ad Acirc. p. 84, 24. De loco ipso cf. M. Roger, L'enseignement p. 295, 4*

[2] 1) *Haec allocutio num cum epistula, quae sequitur, cohaereat, non constat. Apud Willelmum sequitur Leutherii privilegium; additum est in fine allocutionis* et cetera. — *Epistula ipsa legitur in pagina insequenti hisce praemissis:* Quod iterum Cantiae studuerit, sed pro valitudine discesserit, idem in epistola ad eundem Adrianum. *Ad epistulam alteramutram referendum esse videtur, quod legitur apud Willelmum p. 334* (iterum Cantiae studuit ad pedes Hadriani) qui esset fons litterarum, rivus artium 2) *Epist. ad Leuther. p. 475, 3* supplex almitatis vestrae bernaculus, *epist. ad Wihtfridum p. 479, 2* Aldhelmus bernaculus supplex in Christo. *prosa de virg. p. 229, 5* supplex ecclesiae bernaculus, *epist. Cellani* extremum et vile mancipium 3) *cf. ad epist. Leuth. not. 1* 4) *i. e. e schola Cantuariensi, in qua Theodorus et Hadrianus docebant cf. epist. ad Ehfridum p. 492, adnot. 23* 5) *cf. ad epist. ad Gerunt. p. 481, 8 et ad Cellanum not. 1* 6) *epist. ad Leutherium p. 476, 1* si rerum ratio ac temporum volitans vicissitudo pateretur. *Impedimenta autem haec inde orta esse videntur, quod Maildulfi ingravescente iam senectute et valetudine ipsis Malmesburiensis scholae officiis retinebatur* 7) *epist. ad Leutherium p. 476, 4* quia diversis impedimentorum obstaculis retardati illud perficere nequivimus. *Primum Aldhelmus 670, iterum 671|72 Cantuarii versatus esse videtur*

3.

Admonet Aldhelmus Wihtfridum in Hiberniam studiorum causa profecturum, ne illic prae saecularibus litteris maximeque fabularum veterum lectione sacra studia neglegat neve luxuriae illic vigenti se dedat.

Willelmus Malmesb. Gesta pont. V § 214 p. 358 sq. H. Giles opp. Aldhelmi p. 337 sq.

DOMINO VENERABILITER DILIGENDO ET DELECTABILITER VENERANDO WIHTFRIDO[1] ALDHELMVS BERNACVLVS[a] SVPPLEX IN CHRISTO PERENNEM[a] SALVTEM.

G. 337 Perlatum est mihi rumigerulis referentibus de vestrae caritatis industria, quod transmarinum iter gubernante Domino carpere sagacitate legendi succensa[2] decreverit. Et idcirco[b] vita comite[3] optatum Hiberniae portum tenens sacrosancta potissimum praesagmina refutatis philosophorum commenticiis legito! Absurdum enim arbitror, spreta rudis ac veteris instrumenti inextricabili norma per lubrica dumosi ruris diverticula, immo per discolos philosophorum anfractus iter carpere seu certe aporriatis[c] vitreorum fontium limpidis laticibus palustres pontias lutulentasque limphas[4] siticulose potare, in quis atra bufonum turma catervatim scatet atque garrulitas ranarum crepitans coaxat.

Quidnam, rogitans quaeso, orthodoxae fidei sacramento commodi affert circa temeratum spurcae Proserpinae[5] incestum — quod abhorret[d] fari — enucleate legendo scrutandoque sudescere[e] aut Hermionam, petulantem Menelai et Helenae sobolem, quae, ut prisca produnt opuscula, despondebatur pridem iure dotis Oresti demumque sententia immutata Neoptolemo nupsit, lectionis praeconio venerari aut Lupercorum bacchantum[f] antistites ritu litantium[6] Priapo parasitorum heroico stilo historiae caraxare[g] ..... quae altato quondam sceptri in vertice celydro[h] Ebreae[i] contionis obtutibus praesentato, Numer. 21, 8 sq. Ioh. 3, 14
G. 338 hoc est | alma mortis morte stipite pabuli affixa solotenus diruta evanuere?

Porro tuum discipulatum[7] ceu cernuus arcuatis poplitibus[k] flexisque suffraginibus[8] feculenta fama compulsus posco, ut nequaquam prostibula vel[l] lupanarium nugas, in quis

---

[3] a) Aldelmus vernaculus *W* — perhennem *W* b) iccirco *W* c) *aporiatis *W*, oporiatis *Giles;* aporriatis = affluentibus, *ductum ab* aporria . . affluxio *CGl V 4, 19. 48, 10* d) *sic W*, abhorreo *Giles* e) sudescere *W*, surdescere *Giles;* sudescere *a* sudore *ductum ut* splendescere *a* splendore *in glossis non invenitur* f) bacchantum *W cod. Oxon. corr.* bachantum g) **posui lacunae signum, quoniam* quae — euanuere *non habet in antecedentibus quo referatur* h) chelidro *W* i) Ebreae *W cod. Oxon. m*[1], Hebraeae *Giles* k) poblitibus *W* l) vel *om.* Giles

[3] 1) Wilfrido *Giles. Alterius ad Wihtfridum epistulae fragmentum exstat apud Willelmum V § 188 p. 332 H.:* In epistola ad Wihtfridum *(*Withfridum *W)* aperte se priscam protectionis galeam *(Aldhelmus)* dicit. *Aethilwaldus in epist. ad Aldhelmum (Ep. Mer. I p. 239)* Wihtfrithum *(sic L. Traube correxit pro* Wynfritho*) suum Aldhelmique* clientem *appellat. Quo tempore scripta sit epistula, nullum certum est iudicium; ex formula* vernaculus supplex in Christo *(cf. epist. ad Leutherium et ad Hadrianum) eam c. 675 scriptam esse concludi posse videtur. Ut Aethilwaldus, ita Wihtfridus laicus potest putari. Similiter in epistula sua Cellanus abbas* famosae coloniae Christi extremum et vile mancipium *se nominat* 2) *cf. epist. ad Ehfrid. p. 492, 9 — epist. ad Leuth. p. 476, 8* sollerti sagacitate legendi incensus 3) *epist. ad Leuth. not. 3* 4) palustres, pontias, lutulentasque limphas *edidit Hamilton, sed* pontiae *idem est atque 'aquae' cf. Gl. V 321, 51. 385, 41; vide etiam Columbae prosam q. d. (Revue celtique V 209) v. 50* Invehunt nubes pontias 5) *Proserpinae fabula commemoratur etiam prosa de virg. c. XLIV et in carm. v. 1381; duo alia exempla alibi non tangit. Num certos quosdam libros significaverit — Willelmus haec ad* poetarum lectionem *rettulit — parum constat. Similes admonitiones in epist. ad Aethilwaldum leguntur p. 500, 8 sqq.* 6) *pros. de virg. c. XXXVI p. 282, 16 sq.* quibus pontifices dilubrorum libamina litantes bachantium ritu turificabant 7) *epist. ad Ehfrid. p. 491, 6:* Quam ob rem tuum affabilem discipulatum . . . efflagito 8) suffragines = *gambas cf. CGl. III 606, 13*

pompulentae[9] prostitutae delitescunt, lenocinante luxu adeas, quae obrizo rutilante periscelidis[10] armillaque lacertorum tereti utpote faleris falerati[a] curules comuntur, sed magis edito aulae fastigio spreto, quo patricii ac praetores potiuntur, gurgustii[b] humilis receptaculo contenta tua fausta fraternitas feliciter fruatur necnon contra gelida brumarum flabra e climate olim septentrionali emergentia neglecto, ut decet Christi discipulum, fucato ostro potius lacernae gracilis amictu ac mastrucae[c] tegmine incompto utatur . . . .

4.

Aldhelmus abbas Geruntio, Domnoniae Walliaequae meridionalis regi, cleroque illarum regionum Brittonico de concilio episcoporum scribit, ut concordiam ecclesiasticam servent, tonsuram Romanam Romanumque festi paschalis ordinem accipiant, despicere et aversari sacerdotes Anglosaxonicos desinant.

Cod. Vindob. fol. 20.

Mon. Ger. Epist. Mer. I 231 sqq. Giles opp. Aldh. p. 83 sqq.

DOMINO GLORIOSISSIMO OCCIDENTALIS REGNI SCEPTRA GVBERNANTI, QUEM EGO, VT MIHI SCRVTATOR CORDIS ET RENVM[a] TESTIS EST[1], FRATERNA CARITATE AMPLECTOR, GERVNTIO REGI SIMVLQVE CVNCTIS

---

a) faleratae *Giles* b) gurgitii *W sed cf. epist. ad Ehfr. p. 489, 5; cf. etiam Thes. gloss. I 507* c) *sic W cf. CGl. V 373, 27* mastruga cocula de pellibus siue de pilis *Thes. gloss. I 683*

[4] *Item epistola althelmi abbatis ad regem geruntium V* a) rerum *V corr. Duemmler, coll. ps. 7, 10, Hieron. ep. 1*

---

9) *prosa de virg. L V* pompulenta vanitas 10) *periscelides crurum etiam prosa de virg. c. LII p. 308, 13 nominat et ex Iudith 10, 4* periscelides, dextralia, anulos *ibid. c. L VII*

[4] *Commemorant hanc epistulam Beda et Faricius et Willelmus Malmesburiensis: Beda Hist. eccl. V 18:* Aldhelmus, cum adhuc esset presbyter et abbas monasterii, quod 'Maildulfi urbem' nuncupant, scripsit iubente synodo suae gentis librum egregium adversus errorem Brettonum, qui vel pascha non suo tempore celebrant vel alia perplura ecclesiastica castitati *(l.* caritati *B²)* et paci contraria gerunt, multosque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus subditi erant Brettones, ad catholicam dominici pascbae celebrationem huius lectione perduxit. *E Beda Faricius in vita Aldhelmi p. 364 G. sua habet, qui quod ipse addit, synodum illam anno 706 convocatam esse, dubium non est quin erraverit, quoniam abbatem etiamtum fuisse Aldhelmum e Beda constat. Willelmus autem Gest. pont. V § 215 p. 361 H. sic narrat:* Ambitur ergo precibus universorum vir beatissimus, ut hunc laborem impendat scismaticorum conversioni patriae, cunctorum in commune saluti. Suscepit ille munus . . Opus ergo summa laude perfectum Britonibus direxit orationes ad Deum adiciens, ut quibus verba impenderat, pro eis verba cumularet . . . Nec potuit privari effectu sanctissimi viri labor, quin potius laudabilem accipiens finem ad veram errantes convertit religionem; *cf. idem § 196 p. 343 H.* Et primum quidem ingenii periculum dedit in libro, quem ad Britones, ut ad verum pascha reverterentur, fecit; cuius doctrinam nescio quod infortunium usibus nostris invidit, gaudio substraxit. *Interciderat ergo — et Willelmum secutus etiam Io. Alb. Fabricius in Bibliotheca Latina mediae et infimae aetatis I 143 opus de Paschale contra Britannos Quartadecimanos suae aetatis intercidisse dicit — in collectione Malmesburiensi exemplum epistulae, quae tamen extabat etiamtum, cum Aldhelmiana transscriberentur pro exemplari continentali; separatim autem, ut ea, quam ad Ehfridum misit Aldhelmus, epistula servata non est. De tempore epistulae dubitatur, quod mirum non est, quoniam Beda non ad certum annum rettulit concilium ipsum; id unum testimonio eius constat, scriptam esse, antequam episcopus fieret Aldhelmus i. e. ante aestatem anni 705. Ut eas omittam opiniones, quae nullo certo nituntur fundamento (collegit eas Boenhoff, Aldhelm p. 84, 3), duae inter se obstant sententiae, longe plurimis censentientibus (cf. Bright, Chapters³ p. 463, Plummer ad Bedam II 311, Boenhoff p. 84) anno 705 missam esse epistulam, cum Hahn (Bonifaz p. 39) iam anno 680 in concilio*

DEI SACERDOTIBVS PER DOMNONIAM[a] CONVERSANTIBVS ALDHELMVS[b] SINE MERITORVM PRAEROGATIVA ABBATIS OFFICIO FVNCTVS[2] OPTABILEM IN DOMINO SALVTEM.

G. 83 Nuper cum essem in concilio episcoporum, ubi ex tota paene Brittania innumerabilis a. 680.
Dei sacerdotum caterva confluxit, ad hoc praesertim congregata, ut pro ecclesiarum sollicitudine et animarum salute ab omnibus decreta canonum et patrum statuta tractarentur et in commune Christo patrocinium praestante[3] conservarentur — his igitur rite peractis[c] omne sacerdotale concilium meam[c] parvitatem pari praecepto et simili sententia compulerunt, ut ad vestrae pietatis praesentiam epistulares litterarum apices[4] diregerem et eorum paternam petitionem salubremque suggestionem per script(ur)ae[d] stilum intimarem, hoc est de ecclesiae catholicae unitate et christianae religionis[e] concordia, sine quibus fides otiosa torpescit et merces futura fatescit[5]. Quid enim prosunt bonorum operum emolumenta[f], si extra catholicam gerantur ecclesiam, etiamsi aliquis actualem rigidae conversationis regulam sub disciplina coenubii solerter exerceat aut certe cunctorum mortalium contubernia declinans in squalida solitudine remotus contemplativam ana-
G. 84 choreseos peragat vitam? Igitur, ut certius vestra | sagacitas animadvertere queat, pro quibus causis mea mediocritas scripta direxerit, compendiose et breviter enucleabo[g 6].

---

a) domnonia *V* b) althelmus *V* c) precatis *Giles* — meum *V* d) *scriptae *V cf.* scripturas textus litterarum *CGl V 483, 5* e) relegionis *V* f) emulamenta *V* g) eucleabo *V*

Haethfelthensi decretum illud fecisse episcopos probare studeat. Quae hic sagaciter collegit (cf. etiam not. 40) ad sententiam suam confirmandam, si non demonstrant, at maxime verisimile reddere videntur, quod posuit; nec nihili pendendum esse puto, quod Willelmus dixit primum *Aldhelmum in epistula dedisse* ingenii periculum, *etsi hoc non ita intelligendum est, ut nihil antea scripsisse putetur: nam in ipsa epistula versum p. 485, 15 ex carmine aliquo suo affert.*

Geruntium autem, quem chronicon Saxonicum (Two of the Saxon chronicles parallel ed. Ch. Plummer I 42 cf. II 36 sq.) anno 710 a Saxonibus devictum esse narrat, iam a. 680 regnavisse, nil est quod negetur; nimirum Ini regnavit 688—725, Aethilwaldus 716—757. Quoniam autem bene convenit in epistulam, quod dicit Willelmus conditum esse sermonem proprium evangelicis testimoniis — *in nulla alia tot sacrae scripturae attulit locos* — et rationis invictae fulmen imbrem assertionum paternarum secutum esse — *hoc ad quaestionem de pascha refero —, etiam illud valere arbitror, quod addit,* opus Britonibus direxisse Aldhelmum orationes ad Deum adicientem, ut, quibus verba impendisset, pro eis vota cumularet: *cum autem nunc in extrema epistula talia non legantur, in fine mutilam esse eam existimo, uti mutila est apud Willelmum ipsum epistula ad Leutherium.*

1) *Sapient. I 6* renum illius testis est et cordis illius scrutator, *apoc. 2, 23* scrutans renes et testes. *Hieron. Epist. I ad Innoc.* qui es scrutator renum et cordis. *Gildas De excidio Brit. c. I* ut mihi renum scrutator testis est dominus 2) *epist. ad Sigegytham p. 497, 13:* indigno abbatis vocabulo functus. *Geruntius in Chronico Saxonico (ed. Plummer Oxford 1899 p. 42) s. a. 710 audit* Gerente Wala cyninge 3) *pros. de virg. c. XLVI p. 300, 8* (Tecla) pretiosam virginitatis stolam, Christo patrocinium praestante, inviolabilem conservavit. *c. XLVII p. 301, 18* haec omnia Christo patrocinium praestante .. feliciter supera(vi)t *D., c. XII 240, 22* quamvis saepe Christo patrocinium praestante .. turpiter fugacia terga vertant 4) *epist. ad Winbertum p. 503, 1:* Gerulum litterarum ad vestrae pietatis praesentiam destinavimus. — *prosa de virg. c. XXV p. 257, 7* propriis litterarum apicibus, *ibid. p. 258, 16* nostris litterarum apicibus, *c. XLIII p. 295, 4* litterarum apicibus inserta leguntur *cf.* scedarum apicibus *c. L p. 305, 3. LII p. 308, 8* 5) *prosa de virg. c. XVIII p. 247, 9* O praeclara virginitatis gratia, quae .. purpureo flore rubescit et numquam .. marcescit et licet .. fatescat et .. vetustate senescat, haec sola .. usquequaque virescit et iugiter adolescit, *ibid. c. IX p. 237, 13* flavescit .. rubescit .. fulgescit .. splendescit, *c. XLVII p. 301, 12 sqq.* horrescit .. pavescit .. mollescit 6) *epist. ad Acirc. p. 78, 4* nos .. uberiorem exemplorum formam enucleabimus, *prosa de virg. c. XXXIX [XL] p. 292, 4* documenta solerter enucleare nitamur

Auditum namque et diversis rumorum relatibus[a] compertum nobis est, quod sacerdotes vestri in catholicae fidei regula secundum scripturae praecepta minime concordent et per eorum simultates et pugnas verborum in ecclesia Christi grave scisma et crudele
Ps. 119, 165 scandalum nascatur, quod psalmigrafi sententia detestatur dicens: *Pax multa diligentibus nomen tuum et non est in illis scandalum.* Pacem quippe religionis[b] pia concordia copulat, sicut caritatem dira contentio contaminat. Nam unitatem fraternitatis rectae fidei
Ps. 67, 7 sectatores psalmista hortatur inquiens: *Deus, qui habitare facit unanimes in domo.* Domus vero haec[7] secundum allegoriam ecclesia[c] per totos mundi cardines diffusa intellegitur. Heretici namque et scismatici ab ecclesiae societate extranei per contentionum argumenta
Matth. 13, 26 in mundo pululantes et veluti horrenda zizaniorum semina in medio fecundae segitis sata dominicam messem maculabant. Sed huiuscemodi altercationis opprobrium apostolica
I Corinth. 11, 16 compescit buccina[8]. *Qui*[d] *vult*, inquit, *contentiosus esse; nos talem consuetudinem*
Ephes. 5, 27 *non habemus nec ecclesia Dei, quae non habet maculam aut rugam.* Pacem namque catholicorum matrem et filiorum Dei genetricem esse evangelica promulgant oracula:
Matth. 5, 9 *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Unde domino et salvatore nostro a summo
Coloss. 2, 14 caelorum fastigio[e] descendente[f], ut *cirografum protopla⟨u⟩sti* deleret et mundum pace
Luc. 2, 14 sequestra[9] reconciliaret, angelica cecinit melodia: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax*
Ps. 122, 7 *hominibus bonae voluntatis*, et psalmista *Fiat*, inquit, *pax in virtute*[g] *tua et habundantia in turribus tuis.*

Denique rumor ecclesiae fidei contrarius longe lateque percrebruit[10], quod sint in provincia vestra quidam sacerdotes et clerici tonsuram sancti Petri, apostolorum principis, pertinaciter refutantes seque tali excusationis apologia pervivaciter[h] defendentes vivant[i], quod auctorum et praecessorum suorum tonsuram imitentur, quos divina | il- G. 85
lustratos gratia fuisse grandiloquis assertionibus contestantur. Qui si a nobis sollicite sciscitentur, quis primus auctor rasurae huius et tonsurae extiterit, omnino aut veritatem ignorando aut falsitatem dissimilando obmutescunt. Nos autem secundum plurimorum opinionem Simonem, magicae artis inventorem, huius tonsurae principem fuisse comperimus, qui qualem quantamque[k] necromantiae fallaciam contra beatum Petrum fraudulenter machinaretur, certamen[l] apostolorum et decem libri Clementis testes sunt[11]; nos,
Act. apost. 8, 9 sqq. inquam, secundum sacrosanctam scripturae auctoritatem de tonsura nostra veritatis

a) relativus *V* b) relegionis *V* c) ecclesiae *V* d) qui *V*, siquis *I Corinth. 11, 16* e) fatigio *V* f) discente *V* g) virtu *V* h) peruiuaciter *V cf. Epist. Mer. n. 140. I 425, 22* Quae pepigimus pariter memorare uiuaciter *(minaciter V)*; pertinaciter *Giles* pervicaciter *Duemmler* i) uiuunt *V* k) *quia qualem quantumque *V* l) certamem *V*

7) *(Hieronymi) Brev. in psalmos VII c. 1076 Migne* 'Deus qui inhabitare facit unius moris in domo'. In ecclesia, in qua fideliter consistentibus spiritum charitatis infundit, qui est unius moris. *Jaffé. cf. Hieron. in Oseam II c. IX (VI c. 936 M.)* qui insaniam in domo domini confinxerunt hoc est in ecclesia 8) *prosa de virg. c. XXI p. 251, 1* nondum clangente evangelica buccina, *c. XXIII p. 255, 23* apostolicae clangor bucinae 9) *Verg. XI 133* pace sequestra, *prosa de virg. c. XXIII p. 255, 2* oratione sequestra, *c. XXXVIII p. 289, 10* spreta pace sequestra 10) *epist. ad cler. Wilfridi init. p. 500, 18* strepitus longe lateque percrebruit *cf. prosa de virg. c. XXXII p. 272, 16* 11) *Chronica minora ed. Th. Mommsen (M. G. Auct. Antiquiss. XIII) III, 88* Gildas ait: Brittones toto mundo contrarii, moribus Romanis inimici non solum in missa, sed etiam in tonsura cum Iudaeis umbrae magis futurorum servientes quam veritati. Romani dicunt: Brittonum tonsuram a Simone mago sumpsisse exordium tradunt, cuius tonsura de aure ad aurem tantum contingebat *cf. Beda h. e. V 21 Plummer ad Bedam II 353 sq.* — Certamen apostolorum *legitur act. apost. 8, 14—24;* decem libri Clementis *sunt recognitiones St. Clementis q. f., a Rufino latine conversae, quarum in libris II et III Petri et Simonis controversiae enarrantur. Has etiam prosa de virg. c. XXV laudavit Aldhelmus cf. etiam F. A. Fabricius, Codicis N. Test. pars III 602.*

testimonium perhibentes diversas ob causas Petrum apostolum hunc ritum sumpsisse asserimus: primitus, ut formam et similitudinem Christi in capite gestaret, dum pro redemptione nostra crucis patibulum subiturus a nefanda Iudeorum gente acutis spinarum aculeis crudeliter coronaretur; deinde, ut sacerdotes veteris et novi testamenti in tonsura et habitu discernerentur; postremo, ut idem apostolus suique successores et sequipedae[12] ridiculosum gannaturae[a] ludibrium[13] in populo Romano portarent, quia et eorum barones[14] et hostes exercitu superato[b] sub corona vendere solebant[15]. Ceterum in veteri testamento tonsurae signum a Nazareis id est sanctis[16], ni fallor, sumpsit exordium; Num. 6, 18 est enim regale et sacerdotale stemmatis[c] indicium. Nam tiara[d] apud veteres in capite sacerdotum constituebatur; haec bisso retorto[e][17] rotunda erat quasi spera media[18]: et Exod. 29, 6 hoc significatur in parte capitis tonsa; corona autem latitudo aurea est circuli, quae regum capita cingit. Utrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum Petro dicente: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Hoc ritu tondendi et radendi, ut I Petr. 2, 9 vitia resecentur[f], signatur et ⟨ut⟩[g] crinibus carnis nostrae quasi criminibus exuamur.

Est autem altera crudelior animarum pernicies, quod in sacrosancta paschali solemnitate CCCXVIII patrum regulam non sectantur[h], qui in Niceno concilio[19] decem- G. 86 novenalem laterculi circulum per ogdoadam et endicadam | usque ad finem mundi recto tramite decurs⟨ur⟩um[i] sagaci solertia sanxerunt et a quinta decima luna usque ad vigesimam primam supputationis seriem et paschalis calculi terminum tradiderunt, quem anticipare et transgredi contra ius et fas illicitum fore censuerunt. Porro isti secundum decennem novennemque Anatolii[20] computatum aut potius iuxta Sulpicii[20] Severi[k] regulam, qui LXXXIIII annorum cursum descripsit, quarta decima luna cum Iudeis paschale sacramentum celebrant, cum neutrum ecclesiae Romanae pontifices ad perfectam calculi rationem sequantur; sed nec Victorii[21] paschalis laterculi curriculum, qui DXXXII annorum circulis continetur, posteris sectandum decreverunt. Erat namque genus quoddam hereticorum aput orientales, quod tessereskaedecaditae[22] vocatur id est quarta-

a) *sic V* b) *superatos *V* c) stematis *V* d) thiara *V* e) retorto *V*, retorta *Duemmler cf. notam 17* f) raesecentur *V* g) ut *om. V* h) sectatur *V* i) decursum *V corr. Duemmler* k) seuerini *V*

12) *prosa de virg. c. XXIIII p. 256, 11* catholicae fidei sequipedas. *c. L p. 305, 5* easdem sanctae ecclesiae sequipedas; adseclas sequipedas *Gloss. vetus in Maii Class. auct. VI 504* 13) *prosa de virg. c. XX p. 250, 11* cum gannaturae ludibrio vati insultantes. *c. LI p. 307, 13* subsannantis gannaturae ludibrium laturae *Duemmler, c. LVI p. 316, 18* quasi ridiculosum subsannantis gannaturae opprobrium, *epist. ad cler. Wilfridi p. 502, 14* execrabilis cachinni ridiculo et gannaturae strepitu 14) *Isid. Origg. IX 4, 31* mercenarii sunt qui serviunt mercede: idem et barones graeco nomine, quod sint fortes in laboribus: *βαρύς* enim dicitur gravis, quod sit fortis 15) *Gellius Noct. att. VI (VII) 4, 2* Sicuti, inquit (Caelius Secundus), antiquitus mancipia iure belli capta coronis induti venibant et idcirco dicebantur 'sub corona venire'. *Jaffé* 16) *Isid. Origg. X 191* Nazareus id est sanctus Dei; Nazareus olim dicebatur, qui sanctam comam nutriebat 17) *prosa de virg. c. XV p. 244, 19* bisso retorto 18) *Isid. Origg. XIX 21, 3* Pileum est ex bysso rotundum quasi sphaera media caput tegens sacerdotale et in occipitio vitta constrictum. Hoc graeci et nostri tiaram vel galeriam vocant 19) *De numero episcoporum trecentorum duodeviginti, qui Nicaeam convenerant cf. Hefele, Conciliengesch. I² 291; de die paschali per concilium illud constituto ibid. p. 326 sqq. De re universa cf. Plummer ad Bedam II 348 sqq.* 20) *De Anatolio Alexandrino cf. B. Krusch, Studien zur christl.-mittelalterl. Chronologie p. 315 [vide Columban. Epist. Mer. I 137 et H. Zimmer, Pelagius in Irland p. 3 sq.] et p. 318 c. 2; de Sulpicio Severo cf. J. Bernays, Ueber die Chronik des Sulp. Sev. p. 46, 32* 21) Victorii paschalis laterculi curriculum *vide in Chron. minor. ed. Th. Mommsen (M. G. Auct. Antiq. IX) I 670. Gennadius De vir. ill. 88* Victorius natione Aquitanicus . . pertendit annorum seriem usque ad annum quingentesimum tricesimum secundum 22) *Isid. Origg. VIII 5, 61* Tessarescaedecaditae dicti quod XIV luna pascha cum Iudaeis observandum contendunt

decimani, eo quod quarta decima luna cum Judeis Christum blasphemantibus et mar-
Matth. 7, 6 garitas evangelii ritu porcorum calcantibus paschae solemnitatem peragunt et ob[a] hoc alieni a beata orthodoxorum sodalitate inter scismaticorum conciliabula infeliciter reputantur, quos beatum Augustinum[b] in libro de nonaginta heresibus scripto commemorasse[23] memini.

Illud vero quam valde a fide catholica discrepat et ab evangelica traditione discordat, quod ultra Sabrinae[24] fluminis fretum Demetarum[24] sacerdotes de privata propriae[c] conversationis munditia gloriantes nostram communionem magnopere abominantur[d] in tantum, ut nec in ecclesia nobiscum orationum officia celebrare nec ad mensam ciborum fercula pro caritatis gratia pariter percipere dignentur! Quin immo fragmenta ferculorum et reliquias epularum lurconum canum rictibus[25] et immundis devorandas porcis proiciunt; vascula quoque et fialas aut harenosis sablonum[e] glareis[26] aut fulvis favillarum cineribus[27] expianda purgandaque praecipiunt. Non salutatio
Rom. 16, 16 pacifica praebetur, non osculum piae fraternitatis offertur dicente apostolo[f]: *Salutate vos in osculo sancto!* Nec manibus lomentum aut latex cum manutergio exhibetur neque pedibus ad lavacrum pelvis[g] apponitur, cum salvator | sindone praecinctus discipulorum pedes G. 87
Ioh. 13, 16 abluens normam nobis tradiderit imitandi dicens: *Sicut ego feci vobis*[h], *ita et vos facite aliis!* Ast vero, si quilibet de nostris id est catholicis ad eos habitandi gratia perrexerint, non prius ad consortium sodalitatis suae adsciscere dignantur, quam quadraginta dierum spatia in penitendo peragere compellantur, et in hoc hereticos infeliciter imitantur, qui se catharos id est mundos[28] nuncupare voluerunt. Heu, heu! pro tantis erroribus potius quam evax, evax! lacrimosis vocibus et querulosis singultibus lugubriter ingeminandum reor[29] et totum hoc contra evangelii praecepta secundum Phariseorum inanes traditiones
Matth. 23, 25 agere noscuntur Christo veraciter adstipulante: *Vae vobis, scribae et Pharisei, qui mundatis, quod foris est calicis et parapsidis*[i]. Nam dominus cum publicanis et peccatoribus
Matth. 9, 10 convivia celebrasse describitur[k], ut verus medicus purulentis animarum vulneribus divinae

---

a) ab *V* b) angustinum *V* c) *propria *V* d) abhominantur *V* e) sabulonum *Duemmler* f) apostulo *V* g) puluis *V* h) vos *V* i) pharabsidis *V*, *CGl V 231, 9* parapsis gabata vel patena *Codices N. T. variant inter* parapsidis, paropsidis, paratsidis, parabsidis *cf. J. Huemer, Comm. Woelfflin. p. 191 sqq.* k) discribitur *V*

---

23) *Augustinus de haeres. c. 29* Tessareskaedecatitae hinc appellati sunt, quod non nisi quarta decima luna mense Martio pascha celebrant, quilibet e septem occurrat dies et, si dies dominicus occurrerit, ipso die ieiunant et vigilant 24) Sabrina = *Severn fl. Duemmler* — Demetae = *Demetia* = *Wallia meridionalis cf. Bright l. l. p. 465* 25) lurco devorator *CGl. V 523, 32. Epist. ad Acirc. p. 72, 4* caninis . . rictibus *D. cf. Epist. ad Acirc. p. 67, 10* lurconum ritu comedentium 26) *prosa de virg. c. XXIII p. 254, 13* teretes scopulorum glareas et rotundos scruporum lapillulos de arenosis litorum sablonibus adductos. *c. XLIII p. 296, 4* arenosis sablonum glareis. *D. Ad rem conferendus Eddius Stephanus Vita Wilfridi c. XLIX* in tantum communionem nostram execraverunt, ut, si quisquam abbatum vel presbyterorum a fideli de plebe rogatus refectionem suam ante se positam signo crucis Dei benediceret, foras proiiciendam et effundendam quasi idolothitum iudicabant et vasa, de quibus nostri vescebantur, lavari prius quasi sorde polluta iubebant, antequam ab aliis contingerentur 27) *prosa de virg. c. LX p. 321, 13* focus fulvis favillarum cineribus coopertus *D.* 28) *Isid. Origg. VIII 5, 28* Cathari propter munditiam ita nominantur. Gloriantur enim de suis meritis, negant poenitentibus veniam peccatorum, viduas, si nupserint, tamquam adulteras damnant, mundiores se ceteris praedicant 29) *Verg. XI 274* lacrimosis vocibus inplent. *prosa de virg. c. X p. 218, 15* lacrimosis luctuum singultibus lugubriter lamentandum et cum profundo praecordiorum suspirio querulosis questibus ingemiscendum autumo. *c. XLIIII p. 297, 8* Quam cum omnis . . propinquitas . . lacrimosis singultibus lugubriter lamentarentur *D.* piacula = *peccata, ut semper Aldhelmus cf. H. Zimmer, Nennius vind. p. 316*

pietatis medicamina et caelestis clementiae cataplasma[30] componeret. Idcirco peccatorum consortia Phariseorum[a] more minime dispexit[b], sed potius illam peccatricem pollutae vitae piacula lugubriter deflentem[31] et dominicos pedes fusis lacrimarum imbribus umectantem[32] Luc. 7, 47 ac solutis et laxis cincinnorum crinibus[33] tergentem solita clementia misericorditer refocilat[c][34] dicens: *Remittantur illi peccata multa, quia dilexit multum.*

Quae cum[d] ita se habeant, propter communem caelestis patriae sortem et angelicae sodalitatis[e] collegium subnixis precibus et flexis poplitibus[35] vestram fraternitatem adiurantes suppliciter efflagitamus[f], ut ulterius doctrinam et decreta beati Petri contumaci cordis supercilio[36] et protervo pectore non abominemini[g] et traditionem ecclesiae Romanae propter prisca priorum statuta vestrorum nequaquam tyrannica freti pertinacia[37] arroganter aspernemini. Petrus namque Dei filium beata voce confessus audire meruit: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam*[h] *meam et portae inferni non* Matth. 16, 18sq.
G. 88 *praevalebunt adversus eam et tibi dabo claves regni caelorum* | usque *solutum et in caelo.* Si ergo Petro claves caelestis regni a Christo collatae sunt, de quo poeta[37] ait

Claviger aetherius, portam qui pandit in aethra[i], Aldh. carm. eccles. I 6

quis ecclesiae eius statuta principalia spernens et doctrinae mandata contemnens per caelestis paradisi portam gratulabundus ingreditur? Et si ipse potestatem ligandi atque monarchiam solvendi in caelo et in terra felici sorte et peculiari privilegio accipere promeruit, quis paschalis festi regulam et tonsurae Romanae ritum refutans non potius se strictis nexibus inextricabiliter obligandum quam dementer[k] absolvendum[l] ullatenus arbitretur?

Sed fortasse quilibet strofosus librorum lector ac sagax scripturarum disceptator tali se excusationis clipeo defendat et tali se apologiae[m] parma[39] protegat 'Ego, inquiens, utriusque instrumenti praecepta sincera fide veneror ac sanctae trinitatis unam essentiam unamque substantiam et trinam personarum subsistentiam[n][40] corde credulo confiteor.

a) pharisseorum *V* b) *sic V* c) refocilatur *V* d) cum *om. V* e) sobalitatis *V* f) efflagittamus *V* g) abhominemini *V* h) aecclesiam *V* i) aethera *V* k) *clementer *V* l) adsoluendum *V* m) *talis apologiae *V* n) *substantiam *V*

30) *prosa de virg. c. XXV p. 258, 14* quod .. gestus per caeleste cataplasma duplici medicamine sanaretur, *c. XXXIIII p. 275, 18* tam valitudines ydropicorum .. quam incommoditates animarum per caeleste cataplasma curabat 31) *Lucas 7,44* haec autem lacrimis rigavit pedes meos et capillis suis tersit 32) *prosa de virg. c. X p. 238, 23* lacrimarum imbribus vultum rigare contendunt. *Ep. Mer. I 298, 6* salsis lacrimarum imbribus 33) *prosa de virg. c. XVII p. 246, 12* tortis cincinnorum crinibus 34) refocilat = *prosa de virg. XXXIV p. 276, 5. XXXVIII p. 291, 2. Epist. ad clerum Wilfrid. p. 501, 9 epist. ad Acirc. p. 71, 13* refocilatrix; *cf. Stowasser ad Hisper. fam. 7, 11 et H. Zimmer, Nennius vind. p. 315* 35) *epist. ad Ehfrid. p. 491, 6* arcuatis poplitibus, *epist. ad Acirc. p. 201, 22* flexis genuum poplitibus, *Sigebaldus Ep. Mer. I 286, 26* progeniculans flexis poplitibus *cf. ad p. 491 adn. 18* 36) *epist. ad Ehfrid. p. 493, 1* turma supercilii typho turgens, *ubi vide alia* 37) *Similis formula saepe occurrit in chartis, e. g. in ea quam Willelmus servavit p. 348 H.:* tirannica fretus potestate *cf. Aldhelm. p. 343, 22. 344, 10. 345, 13. 346, 22 G. et alia* 38) = *Aldhelmus carm. eccles. I 6; repetitur idem versus carm. eccles. IV 1, 2* (qui portam), *prosa de virg. LV p. 314, 10* (portam qui), *epist. ad Acirc. p. 68, 11* (portam qui), *similiter atque hic versus suos* (de quo poeta, de quo poeta ait, et alibi poeta dicit), *laudat in locis modo allatis et epist. ad Acirc. p. 93, 23 — Ad totum hunc locum conferendus est Beda Hist. eccl. III 25 p. 188 Pl.* 39) *epist. ad Acirc. p. 201, 2* imploro ut hoc opusculum .. grammaticorum parma protegere digneris 40) *Beda Hist. eccl. IV 17 p. 249 P. (de synodo facta a. 680 in campo Haethfelth praesidente Theodoro archiepiscopo)* confitemur .. proprie et veraciter Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, Trinitatem in unitate consubstantialem et unitatem in Trinitate hoc est unum Deum in tribus subsistentiis vel personis consubstantialibus *cf. H. Hahn, Bonifaz p. 39, 2, Aldh. prosa de virg. c. LX p. 323, 1* alma Trinitas, una deitatis substantia et trina personarum subsistentia, *carm. de virg. 38 sq.* Est namque in deitate manens substantia simplex, In deitate manet quoque subsistentia triplex. *[Boethius] contra Eutychen et Nestor. p. 195 Peip.* subsistentia est *οὐσίωσις*, essentia *οὐσία*, subsistentia *ὑπόστασις*

Dominicae incarnationis sacramentum et passionis patibulum ac resurrectionis tropeum voce libera per populum praedicabo; supremum vivorum et mortuorum examen, quando singulis quibusque pro meritorum diversitate dispar retributio aequissimis iudicii lancibus trutinabitur[41], diligenter denuntiabo et huius fidei privilegio in catholicorum coetu glomeratus sine aliquo infelicitatis obstaculo[a] connumerabor.' Sed huius excusationis propugnaculum, sub quo se delitescere confidunt, apostolicae castigationis ballista solo tenus dirutum conquassare et confringere nitar[42]. Ait namque Iacobus, materterae domini
Iac. 2, 19 filius[43]: *Tu credis, quia unus est deus* et quia per hironiam[b] duodecim tribubus in dis-
Iac. 1, 1 persione constitutis loquebatur, statim subiunxit: *Bene facis; et demones credunt et con-*
Iac. 2, 19. 26 *tremescunt, quia fides sine operibus mortua est.* Fides nempe[c] catholica et fraternae
càritatis concordia inseparabiliter[d] pari tramite tendunt, sicut praedicator egregius et vas
I Cor. 13, 2. 3 electionis[44] eleganter attestatur: *Si noverim | omnem profetiam et omnia misteria, si habeam* G. 89
fidem, ita ut montes transferam, et si tradidero corpus meum, ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

Et ut brevis sententiae clustello cuncta concludantur, frustra de fide catholica (et)[e] inaniter gloriatur, qui dogma et regulam sancti Petri non sectatur. Fundamentum quippe ecclesiae et firmamentum fidei principaliter in Christo et sequenter[f] in Petro collocatum nequaquam ingruentibus tempestatum turbinibus[45] nutabundum vacillabit[45]
I Cor. 3, 11 ita apostolo[g] promulgante: *Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Iesus Christus.* Petro autem veritas ita privilegium ecclesiae
Matth. 16, 18 sanxit: *Tu es Petrus et supra hanc petram aedificabo ecclesiam meam*[46] .....

5.

Gratulatur Aldhelmus Ehfrido, quod post sex annos ex Hibernia in patriam doctrinae laude florens redierit, monetque eum, ut iam magistri munere fungens popularibus suis eorum, quae acquisierit, commoda impertiat. Nec esse iam, cur e Britannia in Hiberniam iuvenes studiorum causa discedant, ex quo in schola Cantuariensi Theodorus et Hadrianus doceant; ab illo quidem omnes superari Scottos. Nolle tamen se obtrectare illis, sed in hac re iocatam suam esse epistulam.

---

a) abstaculo *V* b) hieroniam *V* c) nemphe *V* d) inseperabiliter *V* e) et *om. V* f) sequentem *V* g) apostulo *V*

---

41) *epist. ad Ehfrid. p. 493, 3* aequa veritatis censura trutinante 42) *prosa de virg. c. XXXVI p. 282, 9* Catholicae fidei propugnaculum saecularis argumenti ballista quassatum atrocisque machinae arietibus subrutum funditus evertere moliretur, *c. XI p. 240, 5* quae .. tironum Christi testudinem strofosae fraudis ballista quatere non cessat 43) *prosa de virg. c. LX p. 322, 20* sacra materterae Domini soboles 44) *sic (cf. act. ap. 9, 15) saepius ab Aldhelmo Paulus nominatur cf. e. g. prosa de virg. XVI p. 245, 20. XXIIII p. 257, 1. LV p. 313, 18* 45) *prosa de virg. X p. 238, 18* grassante dirae tempestatis turbine *c. LX p. 322, 11* qui .. nutabundus vacillare videor. *D.* 46) *Similis Wilfridi argumentatio et conclusio habetur apud Bedam H. e. III 25. Ipsa Aldhelmianae epistulae extremae verba ad Geruntium ipsum directa et valedictio desunt*

[5] *Ehfridus, cuius de nomine (cf. etiam Hahn, Bonifaz p. 111), si orthographiam excipias, codices consentiunt, qui fuerit, homines docti dissentiunt. Britanni, ex quo Wharton in Auctario ad Usserii Historiam dogmaticam p. 105. 355 hanc coniecturam protulit, plerique hanc epistulam missam esse putant ab Aldhelmo ad Eadfridum episcopum Lindisfarnensem (698—721), evangeliorum scriptorem celeberrimum (cf. Diction. of National Biogr. XVI 307). Sed ut neglegatur nominis differentia, hunc in Hibernia fuisse aut novisse Aldhelmum ne levissimo quidem indicio probatur; immo quod Wharton coniecit, Eadfridum ab Aldhelmo monitum esse, ut* divina eloquia in communem omnium usum vernacula lingua explicaret *eique obsecutum Eadfridum fecisse, ut textui Latino glossae Anglicae adderentur, id ex prava epistulae interpretatione ne in eis quidem, quae recte intellegi possunt, ambagibus abstinente ortum est et litteris ipsis refellitur, cum*

Codices: **D** *= cod. Britannicus 7 D XXIV saec. X fol. 126b (post prosam de virg. cf. p. 222).* **C** *= cod. Britannicus Cotton. Domit. A 9 saec. X fol. 3—7 (cod. miscellaneus maxime varia continens cf. Catalogue Bibl. Cotton. London 1802 p. 573).* **A** *= cod. Bodleianus Digby 146 saec. X fol. 95 olim Abendoniensis (post prosam de virg. cf. p. 218).* **S** *= cod. Sarisberiensis n. 38 saec. X (fol. 2 = 94, 9—95 G.; fol. 1 = 91, 21—93, 4 G. (ante prosam de virg. cf. p. 221); dubitat A. Napier (Anglia XV 26), num epistula initio ad codicem nunc denuo ligatum pertinuerit, sed invenit eam cum prosa coniunctum iam Whartonius 1593; de codice cf. (M. Thompson) A Catalogue of the library of the cathedral church of Salisbury London 1880 p. 9.* **R** *= cod. Britannicus*

---

versio anglica saeculo demum decimo in codice Lindisfarnensi sit addita. Nec melius res cessit H. Hahnio (Bonifaz p. 6, 3. 22, 6) conicienti, Aldfridum, regem Nortanhumbrorum, eum quem Acircii nomine alloquitur Aldhelmus, in hac epistula ab Aldhelmo esse salutatum. Huic coniecturae, cui adsensus est Boenhoffius (Aldhelm. p. 99 sqq.), ego non possum adsentiri. Nam ut etiam huic nomini adversatur forma in codicibus tradita, ita ne hunc quidem in Hiberniam ipsam secessisse compertum habemus, licet a Scottis sit eruditus; vixit enim aliquamdiu, ut Beda in vita Cuthberti c. 24 dicit, ob studia in insulis Scotorum, *ut accuratius dicit auctor anonymus vitae Cuthberti § 28 (cf. Hahn l. l.)* in insula, quam Hy nominant; *planeque ab eius persona abhorret, quod Aldhelmus eum admonet, ut iam magistri munus in Britannia obeat. Nil igitur scimus de Ehfrido, nisi quae ex epistula cognoscuntur; quae tamen partim divinanda magis sunt quam concludenda propter nimiam qua in ea consulto vel ultra morem consuetum usus est verborum obscuritatem, sententiarum prolixitatem, tralationum frequentiam, dictionis redundantiam. Fuit natione Britannus, usque ad adolescentiam in Britannia — sed non Malmesburii — eruditus, deinde per sex fere annos (*ter bino circiter annorum circulo*) in Hibernia cum multis popularibus, qui, quamquam ipse minus eos colebat (*quorum contubernio parumper fretus es*), praeclarissima de eo in patriam scribebant, commoratus litteris apud Scotticos magistros strenue operam dedit, quo in monasterio, non dicit Aldhelmus, sed monachum eum fuisse inde effici videtur, quod eum* sodalitatis fraternae clientem altique municipatus municipem *appellat. Iam in patriam reversum ipsum ibi remansurum eaque popularibus traditurum esse sperat, quae in Hibernia didicerit.*

Temporis indicia non sunt clara: unum constat, vivente etiam tum Theodoro archiepiscopo Cantuariensi, qui obiit a. 690, epistulam esse scriptam (cf. p. 493 adnot. k). Plura et accuratiora vix ex epistulae verbis possunt elici, quamvis verisimile sit magnam, qua iam florebat Cantuarium, laudem per Theodorum et Hadrianum scholam illam tempore demum eo esse adsecutam, quo a patria aberat Ehfridus. Ne inde quidem, quod in fine ex carmine de virginitate quatuor affert versus, res definiri potest; attamen cum c. a. 686 scriptum sit carmen, certe epistula inter annos 686—690 scripta sit oportet, ita ut abbas fuerit tum Aldhelmus, cum talia scriberet, non tam monasterii sui, quam patriae suae causam gerens. Maximi autem momenti est epistula ad eximiam illam, qua pollebant tum Hiberni, auctoritatem maximamque, qua scholas eorum Anglosaxones adibant, frequentiam luculentissime illustrandas cf. H. Zimmer, Z. f. d. A. XXXII 202 et Plummer ad Bedam Hist. eccles. III 27 = vol. II 196; cur autem sic, ut scripsit, scripserit Aldhelmus i. e. stilo adeo perverso, ut omnia sermonis sui artificia quaesita perversitate etiam superaret, hoc credo etiam nunc posse demonstrari. Monet Aldhelmus Ehfridum reducem, in Britannia optime iam provisum esse litteris iuventutisque institutioni nec iam esse, cur iuvenes doctrinam ab Hibernia quaerant; ut vero ostendat, ea quibus Scotti suos libros ornabant quaeque in deliciis tum illic habita esse videmus, non minus quam in Hibernia etiam in Britannia adhiberi atque in usu esse, eandemque, quam in Scottis discipuli admirabantur, solertiam vigere apud Anglosaxones magistros in scribendo Scottica artificia, Scotticas consuetudines, Scotticam — ut ita dicam — doctrinam aemulatur atque ad talia suum dicendi genus dirigit, qualia quasi in singulari elegantissimae dictionis specimine videmus in Hispericis faminibus, quorum auctores Ausonica vel Hisperica i. e. vere Romana latinitate uti sibi videntur cf. H. Zimmer, Götting. Gel. Anz. 1895 p. 165. Cum hisce multa communia habere epistulam ad Ehfridum primus suo iure vidit M. Roger, L'enseignement des lettres classiques d'Ausone à Alcuin p. 293 n. 256 recteque adsensus est in egregia faminum editione F. Jenkinson. Graeca vel Graecanica verba, quin etiam phrases Graecas, quemadmodum etiam e. g. hymnus Benchoriensis, adhibet: confer, ut semilatina et ubivis recepta omittam, pantorum, climata, nauarcus, ad doxam onomatis cyrii, enigmatum problemata, dedasculi, extasis, gazofilacium, cata experimentum, trapezitae, syllogismi dogmata, typhus *(cf. H. Zimmer, Nennius vindicatus*

Regius 6 A VI saec. XI fol. 5—9a (ante prosam de virg. p. 222). H = cod. Britannicus Harleianus s. XII fol. 3—7 (ante prosam de virg. p. 223) olim Novi Monasterii in Nordhumbria; codicem Cantabrigiensem colleg. Caii saec. XIV (post prosam de virg. p. 223) non contuli. Omnes hi codices ad unum redeunt exemplar, quod fidissime secuti sunt AD arte inter se, sed ita cognati, ut A ex D sit transscriptus; C multa recte exhibet, sed suum secutus iudicium nonnulla interpolavit; A et S in multis consentiunt. Edidit primum epistulam Iacobus Usserius in Veterum epistolarum Hibernicarum sylloge (Dublin 1632) p. 37—41; iterum edidit Henr. Wharton in Auctario ad Iacobi Usserii Historiam dogmaticam (London 1689) p. 351—355, inde Giles in opp. Aldh. p. 91—95 = Migne, Patrol. lat. tom. LXXXIX c. 92—95.

DOMINO VENERABILI PRAECONIO EFFERENDO[a] ET SANCTORVM MERITIS MAGNOPERE HONORANDO EHFRIDO[b] ALDHELMVS[c] EXIGVVS IN DOMINO AETERNAM SALVTEM.

a. 686—690 Primitus[d] pantorum procerum praetorumque pio potissimum paternoque praesertim privilegio panagericum[e] poemataque[f] passim prosatori sub polo promulgantes[1] stridula vocum simphonia[g] et melodiae[2] cantilenaeque carmine[h] modulaturi ymnizemus[i], praecipue quia[k] tandem almae editum[l] puerperae[m] sobolem[3] ob inextricabile sons[3] proto-

[5] Incipit æpistola (epistola *H*) aldhelmi eꝑi *DH* a) offerendo *CR* b) ehfrido *DA*, heafrido *C* hachfrido *R*, hechfrido *H* c) adelmus *RH* d) P *om. R* e) *sic codd.* f) poema que *H* g) symphoniae *CRH* h) carmina *HR s. l.* e m^2D, carmine *s. l.* a m^2C, carmin/// *A* i) ymnizemus *CRH* k) ꝥ quod Dm^2 l) *sic codd.* (æditum *D*) m) ꝥ puerpere *s. l.* ꝥ puerperio m^2C, puerperio *s. l.* puerpere *H* *cf. prosa de virg. c. VII* incontaminatae puerperae uirginali puerperio praeditae

p. 314); adhibet verba abscondita et e glossarum collectionibus desumpta: confer arcister, boatus, caespes *(= tellus cf. H. Zimmer, Nennius p. 316)*, circio, circilus, dodrans, discipulatus, dapsilis, deditio, glauca, lurco, piaculum *(= peccatum)*, oracula, sablones, siticulose, volae; baiolans, clancolare, facessans, fretantium, metari *(= manere)*, propalare, repatrians, repedare *(cf. H. Zimmer, Nennius vindic. p. 315 Götting. Gel. Anz. 1895 p. 160). Saepe, ut in Hispericis faminibus, occurrunt (cf. H. Zimmer, Nennius p. 314) vocabula in* -men *(*oramen, vocamen = *vocabulum,* sagmen*) et adiectiva in* -fer *et* -ger *idem significantia ac simplicia (*spumifer = *spumans,* floriger = *florens) et distributiva pro cardinalibus (*ter bina, bis ternae, bis quaternis *cf. Stowasser ad Hisp. fam. 4, 17: haec tamen etiam alibi usurpat Aldhelmus). Unum autem maxime notandum, quod contorta verborum collocatio Hisperica famina obtinens (cf. e. g.* gaudifluam pectoreis arto procellam arthereis*) — utitur ea, quamvis rarius, etiam alibi Aldhelmus — in hac epistula invenitur: confer e. g.* almae editum puerperae sobolem; cruda fanis celebrantur stoliditate in profanis; priscam paterni visitantem clientelam ruris; fuscata tetrae occulitur latebra urnae. *Denique ut etiam libros apud Scottos magni aestimatos sibi quoque notos esse monstret, e Virgilio grammatico Glengium auctorem affert p. 494, 1 (cf. L. Traube, Hermes XXIV 648). Placuisse autem etiam Anglosaxonibus epistulam, eo probatur, quod sola ex omnibus separatim in codicibus est tradita atque plerumque cum prosa de virginitate coniuncta (solus Cottonianus Domitianus A 9 eam solam continet) solisque in Anglicis codicibus invenitur; sed etiamsi in codice Vindobonensi non exstat, tamen novisse eam Lullum imitatio eius docet. Hoc autem maxime mirum, quod Faricius eam non commemorat, cum tamen in monasterio eius Abendoniensi iam inde a saeculo decimo exemplar eius (A = cod. Bodl. Digby 146) cum prosa de virginitate colligata adservatum fuisse videtur. Graecorum verborum admistione similis huic epistulae maxime est epistula Bonifatii ad Nithardum Epist. Mer. I 249 sqq.*

1) *Cum nimia, quae in hoc epistulae exordio deprehenditur, alliterationis ostentatione (cf. Taine, Histoire de la litt. Anglaise I 68), conferenda est prima hymni Scottici stropha in Congilum (Antiphonarium Benchoriense in Muratorii Anecdot. IV 139)* Audite pantes ta erga Allati ad angelica Athletae dei abdita *e. q. s. et distichon in altera Caroli Calvi biblia (cod. St. Dionysii inter annos 871—873 scriptus) PlaC III 257* Pragmate posco pio populorum pectora pando Praecipuo prosit perproba proprietas *et carmen Ekkhardi IV, cuius vocabula omnia a* p *littera incipiunt Z. f. D. A. XIV 43. — ad* pantorum *cf.* pantes, panta, pantia *in Hisp. fam. Ind. p. 84* 2) *prosa de virg. c. LII p. 309, 17 LXX* virgunculae .. consona melodia ymnizantes 3) soboles = *filius pro masculino usurpatus ut* proles *Ep. Mer. I 239, 18;* inextricabile sons = *inextricabile peccatum*

pla(u)storum[a] piaculum priscorumque cirografum[b 4] oblitteraturum terris tantundem[c] destinare dignatus est, luridum qui[d] linguis celydrum[e] trisulcis[5] rancida virulentaque vomentem per aevum venena torrentia[f] tetrae tortionis in tartara trusit[6] et, ubi pridem eiusdem[g] nefandae natricis ermula cervulusque[h] cruda fanis[7] colebantur stoliditate in profanis[i], versa vice discipulorum gurgustia[k], immo almae oraminum aedes architecti[l] ingenio fabre conduntur.

Fateor, sodalitatis fraternae cliens altique municipatus municeps[8], postquam vestram repedantem istuc ambrosiam ex Hiberniae[m] brumosis circionis[n] insulae climatibus, ubi | G. 92 ter bino circiter annorum circulo uber sofiae[o] sugens metabatur[p], territorii[q] marginem Britannici[r] sospitem applicuisse rumigerulis referentibus[9] comperimus[s], ilico[t], ut flammiger[u] flagransque flagitabat amor, ineffabiles altithrono grates pansis in edito utrimque[v] volis[10] tripudiantes[11] obtulimus, potissimum quod te exulem almus arbiter priscam paterni visitantem clientelam ruris[w] caerula trans ponti glauca[x] inormesque dodrantium glareas[12] atque spumiferas limphae[y] obstirpationes circili carina[z] procellosum sulcante[a]

a) prothoplastorum *H*, protoplastorum *cett.* b) *sic D (s. l.* peccaminum m^2*)*; *AH*, cyrographum peccaminum *C*, cyrograf//// *in marg.* phum peccami, *in ras.* um m^2 *R* c) tantumdem *H* d) luridumque *CRH* e) celydrum *DA*, chelidrum *CRH* f) *torrenda *codd.* g) eadem *(s. l.* eiusdem m^2*) A*, eandem *R (puncta sub* n*) H* h) *sic DA*, ermula ceruulique *R, supra* ermula m^2 puerpera *H*, ermuli ceruulique *C Giles*, hinnuli ceruulique *Du Cange, sed* ermulam *(*hermula statua sine manibus *Thes. Gl. I 518)* ceruulumque *pro uetula ac cervo accipio, de quibus cf. Du Cange s. v.* cervula i) prophanis *CH* k) gurgitia *D (s. l.* ŧ gurgustia*) A cf. ad p. 480 adnot. 6* l) architecto *(s. l.* i*) C*, archi tecti *A* m) hybernę *(s. l.* i*) H*, exibernię *A; pro adiectivo sumendum est* n) circionis *DA*, circionum *H*, circionem *SR*, circionum *(s. l.* circionis*) C*, Circio pars inter aquilonem et occidentem *CGl. V 595, 43* o) sophę *RH*, sophe *CS* p) metabatur *s. l.* castra metatus est ŧ manebat *A* (metatur manet *CGl. IV 527, 38. V 310, 12)* uber sophiae seges metebatur *M. Roger* q) teritorii *(s. l.* r m^2*) D* r) brittanici *(s. l.* n*) D*, brittannici *CA*, brytannici *H*, bryttanice *SR* s) conperimus *DASR* t) *sic codd.* u) flamiger *H* v) *sic, non* utrinque, *DACH* w) priscam paterna uisitantem clientelam rura *DASR*, paternam *H*, paterni—ruris *C* x) glaucia *DASR*, glauci *C Giles*, cerulæi ponti trans glauca *(*glauca maris cerula *Lullus) H* y) lymphæ(e) nemphæ(e) *DA Giles*, limphę nymphę *CSR, in marg.* lymphę dictę sunt a nimphis *Cm²*, lymphę /// nymphe *(supra ras.* uł*) H* z) carena *DA*, careno *S*, carino *RH (*cercilus navicula *CGl. IV 493, 40)* a) salcante *S*

4) *ad Coloss. 2, 14* deleto quod adversum nos erat rituum chirographo; *cf. ad Gerunt. p. 482, 16* cirografum protoplausti, *epist. ad Acirc. p. 62, 8* cirografumque protoplaustorum misericorditer abrogantem, *prosa de virg. c. XXXIX(XI) p. 291, 13* qui . . protoplausti piacula expiavit 5) *prosa de virg. L p. 306, 14* coluber linguis trisulcis sibilans *cf. Verg. georg. III 439* 6) *carm. de virg. 849* Quem . . error trusit ad inferni horrentis tartara nigra, *v. 699* tetrica torrentis . . tartara mortis, *v. 2552* sub tristia Tartara trusit *cf. Verg. IV 243. prosa de virg. c. XVIII. LIII. Bonifat. PlaC I 10 carm. v. 245. 254* 7) *carm. de virg. 690 sqq.* paganorum destruxit fana profana . . et mox . . fabricat altithrono venerandus templa sacerdos; *de aris III 7* illius eloquio quae fana profana friabant 8) *Lullus (Epist. Mer. I p. 384)* Fateor caritati vestrae, postquam Brittanice telluris inclita sceptra . . deserui relictaque fecundissima natalis patriae insula, quam glauca spumantis maris cerula infligentia scopolosis marginibus undique vallant, . . . huius regionis marginem applicuisse gratulans votorum compos tripudiabam. — *prosa de virg. c. XIII = p. 241, 7* almae civitatis municipes 9) *Aldhelmus ad Wihtfridum (p. 479, 3)* rumigerulis referentibus. *Cuthbertus ad Lullum (Ep. Mer. I p. 398, 10)* quandocumque vestram dilectionem . . exortationis fructum de aliorum conversatione . habere rumigerulis referentibus audimus, *Willibaldus vita Bonifat. c. V p. 18* rumigerulis referentibus 10) *prosa de virg. c. I p. 229, 9* erectis ad aethera palmis inmensas Christo pro sospitate vestra . . impendere grates curavi; 'vola palma manus' *(Gl. IV 314) cf. infra p. 493, 8* nervosis . . volis *prosa de virg. c. XXI p. 251, 11* sine viri vola 11) *prosa de virg. c. II p. 230, 1* en, inquam, ineffabili gratulatur tripudio ille superi regnator Olimpi. *Cuthbertus l. l. 27* frequentius recolentes ammirabili vel potius ineffabili Dei pietati tripudiantes gratias egimus 12) *Sedul. III 219* calidi sub caerula ponti. *M.; cf. epist. ad Acirc. p. 190, 8. Lulli epist. (vide adn. 8)* glauca spumantis

salum reducere ovante nauarco[a] dignatus est, ut, ubi dudum incunabulis tirocinii editus[13] rudibus adulto tenus pubertatis aevo adoleveras, nunc versa vice superna opitulanti[b] praerogativa affatim fultus ab incolatu externi ruris repatrians praeceptoris vocamine indepto sortitoque fretus fungaris[c].

Illud aeque almitati beatitudinis vestrae ex penetralibus[14] praecordii nequaquam promens[d] dissimulo propalare ad augmentum[e] ⟨simmistis⟩[f] mistisque, ut reor, tripudii[g], immo ad doxam[15] onomatis cyrii[h] magnopere inolevisse, quod praeconio citra modum rumoris Scottico[i] in solo degentium, quorum contubernio parumper fretus es, ceu tonitruali quodam boatu fragore nimboso[k] emergenti auditus nostri quatiuntur et per tot tantaque telluris[l] stadia lectionis opinio pagis provinciisque[m] devulgata[n] crebrescit[o], siquidem tam creber meatus est istinc illincque istuc illucque navigero aequoreas[p] fretantium[q] calle gurgites velut quaedam contribula apium germanitas nectar fabre conficientium. Nam quemadmodum[r] alternatim reciproca facessante[s][16] noctis nebula mellifluum[t] examen, emergente axe tenus[u] aequore[v] Titane[w], glescentium[x] culmina tiliarum per florulenta[y] ad crates[z] graciles sarcinatum flava baiolans[a] gestamina asportat[b], eodem modo, ni fallor, lurconum conglobatio lectorum, [tunning tat frid]c, ac residua sagax discipulorum caterva florigeris agiographae[d] ex arvis[e] non solum artes grammaticas atque geometricas bisternasque[17] omissas[f] fisicae[g] artis machinas[h], quin immo allegoricae[i] potiora ac tropo-

a) nouarco *A*, ouante nauarco *om. D (m² in marg. add.); HS supra lin. C²R* b) opulenti *SH*, ł opitulanti *R* c) fungeris *codd., correxi* d) promsisse *A*, promisisse *D* e) adagmentum *DA* f) *⟨simmistis⟩ *addendum est ex glossa, quae legitur in marg. C*: mistis: Sinmistes & mistes ita distinguuntur: mistes graece dicitur misterii auctor. simmistes uero qui sub eo est. siue conscius mysterii *(cf. CGl. V 26, 6) idem in RH* g) tripudii *codd.*, tripudium *edd.* h) onamatis cyrii *D*, cyrrii *C* i) *sic codd.* k) nymboso *CH*, nimbose *S* l) tellurum *SH* m) *sic C*, pagiis *DASRH (s. l. m²* uillusis*) H*, prouintiisque *DAH* n) *sic codd.* o) crebescit *(s. l.* r*) H* p) *sic codd.; aliter prosa de virg. c. II* per uitreos oceani gurgites *et carm. de virg. v. 13* glauco gurgite = *v. 2333* q) frequentantium *M. Roger* r) quem ammodum *DAm²* s) *sic hic et infra* proprio facessante meritorum quaestu *codd.*, facessante *s. l.* deficiente *H*, facessente *Giles* t) melliflua *R* u) axæ tenus *H*, tanus *corr. m¹A* v) *æ//thre *(s. l.* e*) D*, aethre *SR¹*, aethere *om. H*, aethere *AC* w) titan//e *(s. l.* sole*) H* x) glescentium *codd.*, gletentium *(sed* e *prius in* i *et s. l.* s*) H*, gliscentium *Giles* y) tiliacum florulenta *om.* per *DAR*, tilia cumflorulenti *S* z) ad grates *S* a) baiulans *DAH*, baiolans *RCS* b) ans portat *D* c) *sic ARS*, tunningtat frid *D*, tunning tatfrid *H*, tunninge. tatfrid *C; in nullo codice verba anglosaxonicis litteris scripta sunt; verba haec e glossa librarii adscripta corrigenda esse C Wildhagen suadente Morsbachio putat* cunning tatfrid = *experientia Tatfrithi; de Tatfrido cf. Beda H. e. IV 21 p. 255 P., ubi vocatur* uir strenuissimus ac doctissimus atque excellentis ingenii vocabulo; *num hic is intelligendus sit, nescio* d) *sic codd.* e) arbis *DAS*, cartis *(s. l.* cartulis*) H* f) omisas *R (s. l.* s *m²) D* g) phisice *H* h) mechinas *A* i) allegoricę *(i in* e *m¹) D*

maris caerula. *Aldh. de aris I 13* Qui ponti pedibus calcavit caerula glauci. *[Aethilwaldus] carm. rythm I 108 (ubi vide adnotata)* Nec non marina cerula Glomerantur in glarea . . . Oceanus cum molibus Atque diris dodrantibus Pulsabat promontoria. *Eleutherii charta (Wilh. Malmesb. De gestis pontif. p. 347 Ham.)* procellosa pelagi cerula innormesque oceani gurgites 13) *prosa de virg. c. XXX p. 268,* ab ipsis infantiae cunabulis, *ubi vide alia. Aethilwaldus Epist. Mer. I 239, 12* memet ab ipsis tenerrime cunabulis infantiae .. ad vegetam usque pubertatem provexisti. *cf. ad epist. ad Wilfridi abbates p. 501 adnot. 5* 14) *Egburg Wynfrido Epist. Mer. I 260, 15* ex intimis praecordiorum penetralibus implorans 15) *Graeca etiam suis inseruit Bonifatius (e. g. Epist. Mer. I 250, 6. 8) ac sollemnia haec apud Scottos saeculi VII fuisse docent, quae Roger, L'enseignement p. 270 collegit. Etiam nono saeculo viguisse hunc morem Iohannis Eriugenae et Sedulii Scotti exemplis probatur* 16) *prosa de virg. c. IV p. 231, 14* roscido facessante crepusculo, *c. VIII p. 236, 8* furvo facessante veteris testamenti umbraculo, *Eleutherii charta apud Will. Malm. p. 347 Ham.* autumali torrido facessante caumate 17) Bisternae omissae *(= reliquae)* fisicae artis machinae *intelligendae esse videntur (cf. epist. ad Acirc. p. 71, 23) arithmetica, musica, astronomia, astrologia, mechanica, medicina;* allegoricae *autem* ac tropologicae disputationis bipertitae bis oracula *interpretor regulas declarandi scripturam sacram secundum historiam, allegoriam, tropologiam, anagogen cf. prosa de virg. c. IV p. 232, 20*

G. 93 logicae[a] disputationis bipertita[b] bis oracula aethralibus | opacorum mellita in aenigmatibus problematum[c] siticulose[d] sumentes carpunt et in alveariis[e] sofiae[f] iugi meditatione letotenus[g] servanda condentes abdunt[h], e quorum catalogo tuam proficisci solertiam[i] praeda onustam[k] atque torrentis[l] fluentis[m] sacrosancti[n] propinatam[o] redundantemque excellens fama percrebruit[p].

Quam ob rem tuum affabilem[q] discipulatum ceu cernuus singultatim arcuatis poplitibus subnixisque precibus efflagito[18], ut oblitterata nequaquam memoria excedat, quod Pacificus[19] caelitus[r] ambrosia praeditus, subrogatus genitore iure hereditario, bis quaternis temporum lustris Israhelitici[s] plebis imperii sceptro fungens almo auctus spiramine prompsit dicens: *Bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui; diriventur*[t] *fontes*[u] *tui foras et in plateis aquas divide; solus habeto eas nec*[v] *sint alieni participes tui.* Quapropter his[w] sacris imbutus sagminibus iugi conamine orthodoxiae[x] aperito gurgitem et sitientia rigato[y] arva mentium, quatinus[z] germen aethralis extaseos vivis fecundisque[a] in orthodoxorum[b] satoris sudore sulcis satum nullo torridae obstaculo siccitatis obtinente, pululans[c] glescat[d] et ubertim spissa Dei suffragio seges demum maturescat. Prov. 5, 15 sqq.

Nam idcirco supplex tam obnixe haec[e] cernitur oramen suggessisse[f], quod nonnulli superna noscuntur sofia[g] praediti et arcana[h] luce inormiter referti[i], attamen, quod gratuita caelitus munificentia Deique dapsili deditione[k] receptantes, proprio facessante meritorum quaestu, adepti sunt, nequaquam gazofilacio[l] scientiae reserato[m] plene[n] promulgantes, sed particulatim lurconibus largientes. Nam cata evangelicae[o] experimentum auctoritatis nequaquam flagrans lichinus[p] clancule fuscata tetrae occulitur Matth. 5, 15

---

[a]) tropoloicę *AR*, tropoloic// *S* [b]) biertica *S*, biptica *R* [c]) problesmatum *DASH (s eras.) R* [d]) siticulosæ *DA* [e]) aluearis *CHR* [f]) sophæ *ADC*, sophe *HRS* [g]) loetotenus *DC*, loeto tenus *AS cf. prosa de virg. c. XXXIIX p. 289, 10*, loco tenus *Giles* [h]) abundant *ACm²* [i]) sollertiam *CS*, tua proficiscens sollertiã *R*, tuam proficiscens sollertiam *(puncta sub* m *utrumque) H* [k]) onusta *DACH*, onusto *R* [l]) *torrenti *Dm¹Cm¹ (?)*, torrente *Dm²Cm²AHR Giles* [m]) . . . uentis *in ras. Dm²* fluentis *s. l. R om. H*, fluentis *est ablat. plur. cf. lin. 10 et prosa de virg. c. XXVIII p. 264, 18* [n]) sacrosanctae(e) *DAHR* [o]) propinatum *H* [p]) procrebruit *(s. l.* r *m¹?) D*, procrebruit *A*, percrebruit *C*, remeasse percrebruit *H* [q]) effabilem *DAHR*, tam affabilem *C* [r]) caelitus *AD*, celesti *CH*, caelesti *R* [s]) israheliticę *C*, israelitici *H* [t]) diriuintur *(i in* e*) D* [u]) fontis *(i in* e *m²) C* [v]) ne *DR* [w]) hiis *A* [x]) *ort(h)ographiae *codd.* [y]) rigito *DHR* [z]) *sic codd.* [a]) foecundisque *C* [b]) in hortodoxorum *DA*, ortodoxorum *H* [c]) pullulans *Dm¹CHR* [d]) glescat *(s. l.* i*) H* [e]) haec *sc.* seges; hoc *CHR* [f]) suggesse *corr. m²H* [g]) sopha *(s. l.* i*) R* [h]) archana *DAH*, et archana *supra* et *m¹* ac *R*, ac archana *C* [i]) ferti *DA* [k]) dedicationeA [l]) gazofilatio *H* [m]) serrato *AC* [n]) plenę *A* [o]) eguangelicę *A (sic vel* euuangelicus *semper A)* [p]) lichin//s *(s. l.* u*) D*

---

18) *epist. ad Wihtfrid. p. 479, 20* tuum discipulatum ceu cernuus arcuatis poplitibus flexisque suffraginibus . . posco, *ad clerum Wilfr. p. 501, 2 (= Will. Malm. p. 338)* vos . . flexis genuum poplitibus, subnixa exposco prece, *prosa de virg. c. XXXVI p. 281, 1* subnixis precibus et inauditis blandimentorum hortamentis, *c. XLVII p. 300, 19* subnixis precibus, *epist. ad Gerunt. p. 485, 7* subnixis precibus et flexis poplitibus vestram fraternitatem . . efflagitamus, *epist. ad Acirc. p. 201, 22* subnixis precibus satagens velut flexis genuum poplitibus suppliciter imploro, *carm. de virg. 1933* subnixis precibus *cf. 2031. 2189; 1513* ut genibus flexis et curvo poplite patrem Cernuus oraret, *cf. ad p. 485 adn. 35 Sigebaldus Epist. Mer. I 286, 26* Primitus subnixis precibus acsi progeniculans flexis poplitibus . . obsecro, *Antiphon. Benchor. (Muratorii Anecd. IV 144)* tibi subnixis precibus . . supplicamus. — discipulatum tuum = *te virum doctum cf.* discipulati edocti, discipulatus *μάθησις CGl.;* discipulari = *discere Rönsch, Coll. philol. p. 295* 19) *Hieronymus epist. 53 (III 547 M.)* Salomon pacificus et amabilis Domini; *epist. ad Acirc. p. 65, 4* Gloriosissimus regum, qui . . ipso proprii nominis vocabulo piae pacis praesagia non immerito figuraliter gestabat

latebra urnae, qui candelabri summitate cunctis limpido lumine lucere decuit[a]; necnon
Matth. 25, 18 frustra talenti foenora[b] subterraneis clanculantur obstructa sablonibus, quae trapezitarum[20] numerosis monetae[c] oportuissent[d] nummismatibus[e] profligari[20], ne forte, ut iners adepto segnitia torpens[21] mancipium talento, suppremos[f] ergastulorum in squalores trusus praecipitaretur[g], sed potius — euax eugeque! —, | ingressurus[h] tripudium a prosatore[i] 5
G. 94 pio promereatur[k]. Unde psalmigrafus[l] vates ob hoc, propriae piaculi expians flagitium
Ps. 39, 11 conscientiae[m], sacro praesagio orsus infit: *Iustitiam tuam non abscondi*[n] et reliqua.

Sed haec misellus homuncio dictando volvens scrupulo[o] ancipiti extemplo[p] quatiens[q] angebar. Cur[r], inquam, Hibernia, quo[s] catervatim istinc lectitantes[t] classibus advecti confluunt, ineffabili[u] quodam privilegio efferatur, acsi istic, fecundo[v] Britanniae[w] in cespite, 10 dedasculi[x] Argivi Romanive Quirites reperiri[y] minime queant, qui caelestis tetrica enodantes bibliothecae[z 22] problemata[a] sciolis reserare se sciscitantibus[b] valeant? Quamvis enim praedictum Hiberniae rus discentium opulans vernansque, ut ita dixerim, pascuosa[c] numerositate lectorum, quemadmodum[d] poli cardines astriferis micantium vibraminibus siderum, ornetur[e]: ast tamen climatis Britannia[f] occidui in extremo ferme orbis margine 15 posita verbi gratia ceu solis flammigeri et luculento lunae specimine potiatur[g], id est Theodoro[h 23] infula pontificatus fungenti ab ipso tirocinio rudimentorum in flore philo-

---

a) decuit *codd.; possit conici* debuit *sed cf. Dracontii de laude Dei III 478 V.* faciant, quod honesta decet; *simile est de virg. v. 1865* poenituit .. magus; *charta Sergii:* nisi de incepto temerariae praesumptionis paeniteat; *etiam gravius, si modo recte legitur, epist. ad Aethilwaldum p. 499, 11* fretus — piget b) fenora *CHR* c) monetata *CHR* d) oportuissent *codd. cf. charta Sergii:* quia talibus oportet et debetur pontificalis indulgentiae beneficium e) *sic A,* numismatibus *cett.* f) *sic ACDHR* g) praecipitetur *CRm²* h) ingressus *(i̇* ingressurus*) CR,* ingressuro *A* i) prosatoreo *H* k) promeretur *DA, p̄mr̄ C,* a prosatore pio mereatur *minoribus litteris in loco vacuo R* l) psamigraphus *A* m) conscię *DA,* c̄ scientię *in ras. R,* expians flagitionē concio *H* n) abscondidi *CR* o) scrupuloq; *H* p) extemplo *D,* extimplo *cett.* q) quatienti *H* r) Quur *DC* s) qua *(sed* a *ex* o*) D,* qua *A* t) lectitantes *codd. s. l.* at, lectores *CR* et *Giles* u) ineffabile *DAHR* v) foecundo *C* w) britaniæ *D,* brittan(n)ię *A,* bryttannię *R* x) dedasculi *DARHm¹,* didasculi *CHm²* y) repperiri *C,* repperire *DAHRS* z) bibli///// *D,* bibliotheche *H* a) problesmata *DCR* b) scissitantib; *H* c) pascua *RSm²D s. l.* os d) quemadmodum *DC,* quemammodum *cett.* e) *ornentur *(ornetur S)* uibraminibus siderum *codd.* f) ... tania *D,* brittania *A,* brittannia *S,* bryttannia *R* g) potiator *S* h) theodora *R*

---

20) trapezitae = *numularii Matth. 25, 27.* — profligare = celerius consummare aut perficere vel coadunare *CGl IV 148, 23* 21) *Matthaeus 25, 30* inutilem servum eicite in tenebras exteriores 22) caelestis bibliotheca *est scriptura sancta cf. e. g.* speculator caelestis bibliothecae *Cuthbertus Epist. Mer. I 398, 28 cf. L. Traube in indice palaeogr. PlaC III 819* 23) *Beda Hist. eccles. IV 1* Theodorus *(fuit archiepiscopus Cantuariensis 668—690)* natus Tarso Ciliciae, vir et saeculari et divina literatura et Graece instructus et Latine, probus moribus et aetate venerandus *cf. Zachariae papae epist. ad Bonifatium Epist. Mer. I 357, 17* Theodorus, Graeco-Latinus ante philosophus et Athenis eruditus. *Eodem Bedae loco laudatur* abbas Hadrianus, vir natione Afer, sacris literis diligenter imbutus, monasterialibus simul et ecclesiasticis disciplinis institutus, Graecae pariter et Latinae linguae peritissimus. — *Beda de vita quinque Sanct. Abbatum lib. I (Patr. L. XCIV 715 Migne)* papa apostolicus .. elegit de suis, quem Britannias (l. Britanniae) archiepiscopum mitteret Theodorum videlicet saeculari simul et ecclesiastica philosophia praeditum virum et hoc in utraque lingua, Graeca scilicet et Latina, dato ei collega et consiliatore viro aeque strenuissimo ac prudentissimo Adriano abbate. *Beda Hist. eccles. V 2* Quia literis sacris simul et saecularibus, ut diximus, abundanter ambo erant instructi, congregata discipulorum caterva, scientiae salutaris quotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant, ita ut etiam metricae artis, astronomiae et arithmeticae ecclesiasticae inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contraderent .. neque umquam prorsus, ex quo Brittaniam petierunt Angli, feliciora fuerunt tempora, dum .. quicumque lectionibus sacris cuperent erudiri, haberent in promptu magistros qui docerent

sophicae[a] artis adulto necnon et[b] eiusdem sodalitatis[c] cliente[d] Hadriano[e] dumtaxat[f] urbanitate enucleata ineffabiliter praedito! Et audacter in propatulo contestans pellaci falsitatis fribulo[g] neglecto[h] aequa veritatis censura trutinante[24] discernam[i]: etiamsi [beatae memoriae][k] Theodorus summi sacerdotii[l] gubernacula regens Hibernensium globo[m] discipulorum, ceu[n] aper[25] truculentus molosorum catasta[o] ringente vallatus, stipetur, limato perniciter grammatico dente iactura dispendii[p] carens rebelles falanges discutit et utpote belliger[q] in meditullio campi arcister[26] legionum falangibus saeptus aemulorum spissis: mox nervosis[r] tenso[s] lacertorum volis[t] arcu spiculisque ex faretra exemptis, hoc est chronographiae[27] opacis acutisque[u] syllogismis[v], turma supercilii[28] tyfo[w] turgens amissa[x] ancilium testudine terga dantes latebras[y] antrorum atras triumphante victore praepropere[z] petunt.

G. 95 Neu tamen haec philosophando Scotticos sciolos, quorum | gemmato tua sagacitas dogmatum favo[a] aliquantisper abusa est[29], sugillare[b] a quoquam autumer, quippe cum satagerem praeconium cudens affabiliter texere nostrorum[c], non sugillationem[d] ridiculose cachinnans[e] rumigerare vestrorum! Sed potius iocistae scurraeque ritu[30] dicacitate temeraria loquentium fraternae[f] hironia[g] dilectionis obtentu cavillabatur; si vero quippiam[h], inscitia[i] suppeditante[k] garrula, frontose convincitur pagina prompsisse[l], ut versidicus ait[31],

---

a) philosophiae *DAHS* b) nec non etiam *C; (*m *in ras.) R* c) codalitatis *A* d) clienti *C*, cliento *S*, clientulo u *(vel* a*) in ras. H* e) Adriano *CD* f) dumtexat *(s. l.* a *m*[1]*) A* g) fribulo *AS*, friobulo *D*, friuulo *CHR* h) neclecto *RS* i) discernerem *CRS* k) beatae memoriae *codd. omnes; uncis inclusi, quia e textu vixisse etiamtum Theodorum apparet; inserta videntur vocabula ex Beda: cf. hist. eccl. V 8* Theodorus beatae memoriae archiepiscopus *cf. praef. p. 6 Pl.; vita Cuthberti c. XIV* l) sacerdotis *DAS* m) hibernentium *DA*, hybernensium *H* globe *D* n) ceu *codd.*, seu *Giles* o) cataexta *S* p) dispondii *R* q) bellier *S* r) neruasis *R*, neruosis *(*o *in ras.) H* s) tenso *om. C* t) uocis *DAS*, uobis *R* u) accutisque *H* v) sy≡logismis *D*, sylogismis *A* w) typo *CS* x) amisa *(*s *alterum add. m*[2]*) D* y) latebra≡ *D* z) propere *C*, perpropere *RH* a) fobo *SH* b) suggillare *A* c) nostrorum: *hic desinit D,* ñ horum *C (*h *in ras.) R* d) sugillatione *C* e) cachinans *AR* f) fraterna *AHR S* g) *sic ACSR*, hy(rr̊)nia *H* h) quempiam inscitia moueat subpeditantem *C* i) inscitiam *S* k) subpeditante *(s. l.* moueat *m*[1]*) R* l) prorumpente *C*, promisisse *HR*, promsisse *S*

---

24) *epist. ad Gerunt. p. 486, 3* dispar retributio aequissimis iudicii lancibus trutinabitur 25) *carm. de virg. 1649 sq.* Namque canes crebro stipant latratibus aprum Undique vallantes densa ringente corona; Ast ille infestos dispergit dente molosos Et voti compos saltu regnavit in alto 26) *aenigm. 60 (VIII 2) 2 sq.* Quamvis venator frustra latrante moloso Garriat arcister contorquens spicula ferri. — *Gildas, De excidio Brit. c. 23 = M. G. Auctores antiquiss. XIII p. 39, 1* mittit satellitum canumque prolixiorem catastam 27) chronographiae syllogismi *ideo maxime afferuntur, quod in eis refutatio haereticae de pascha opinionis nitebatur, quam sequebantur Scotti* 28) *carm. de virg. 2713* Dum mentis typhus ventoso pectore turget, *prosa de virg. c. X p. 238, 17* tumido elationis supercilio inflati, *c. XI p. 239, 17* elationis .. supercilio turgescens 29) abuti duas res significat modo contemnere et non uti, modo valde et satis aliqua re uti *Placid. V 5, 34.* — turma .. terga dantes *cf. Draeger, Histor. Syntax II*[2]*, 1, 174* 30) *Lullus Epist. Mer. I 385, 17* hos namque versus iocistae more caraxatos reperietis. *carm. de virg. 295* Calvitiem capitis scurrarum more loquentes 31) *Exemplum Aldhelmi secuti aequales saepius epistulas chartasque versibus clauserunt, sed hoc in versibus Aldhelmi inprimis proprium est, quod eis continetur apodosis grammatica. ad v. 1 cf. Virgilii Maronis epist. p. 121 Huemer:* ne in illud Glengi incedam, quod cuidam conflictum fugienti dicere fidenter ausus est, gurgo, inquit, fugax fambulo ⟨qui fiat⟩ *(add. L. Traube, Hermes XXIV 648)* dignus est, pauca tibi tui negotii necessaria de pronomine profabulabor. *CGl. V 299, 22* gurgo garrulus, *Gramm. Lat. VII 174, 10 K* bambalo *ψελλιστής. Dicere voluisse videtur Aldhelmus, paginam suam, si inania procaciter iactasse convincatur, dignam esse, de qua iudicetur, ut iudicarit de garrulo fugiente Glingius, — hic apud Virgilium Glengus audit; in versu Aldhelmi* i *pro consonante est ut e. g. in prosa Columbae (Revue celt. V 209) v. 2. 22. 41. 72. 107. 131 — qui eum balbum fieri i. e. usu linguae praepediri par esse censuerit. Insequentia ex carmine suo de virginitate — similiter atque* ut versidicus

Digna fiat fante[a] Glingio: gurgo fugax fambulo![b]
Neu[c] timeat scriptor terrentis ludicra linguae!
Sic semper cupiunt scriptorum carpere cartas,
Ut caper hirsutus[d] rodet cum dente racemos;
Nec tamen emendant titubantis gramma poetae.

I (6).

Petit Scottus quidam ab Aldhelmo, ut doceat se librumque sibi commodet.

Codex Vindob. fol. 25[a].

M. G. Epist. Mer. edd. E. Duemmler I 237 n. 4; ex Usserio, Veterum Epist. Hibern. sylloge n. XII p. 35 Giles Aldh. opp. p. 98. Mon. Mogunt. ed. Phil. Jaffé p. 34.

DOMINO SANCTO SAPIENTISSIMO IN CHRISTO QVIDEM CARISSIMO ALDHELMO [SCOTTVS IGNOTI NOMINIS][1] IN DEO AETERNO SALVTEM.

Dum te praestantem ingenio facundiaque Romana ac vario flore litterarum, etiam G. 98
Graecorum more non nesciam, ex ore tuo, fonte videlicet scientiae purissimo, discere[a]
malo quam ex aliquo quolibet potare turbulento magistro. Praesertim hoc scito[b] praenoscens, quod idcirco te fiducialiter ita obsecro, ut me suscipias doceasque, quoniam fulgor, ceu dictum est, sapientiae prae multis in te fulget lectoribus[2] ac peregrinorum mentes cupientium sapientiam discere cognoscis, quia tu Romae advena fuisti[3], insuper quod a quodam sancto viro de nostro genere nutritus es[4]. Haec compendii causa significant[c], quia, si humiliter[d] per caritatem volueris attendere, non minus per pauca verba quam per plurimas sermocinationes perspicies.

Haec tibi quoque sinceriter dissero: libellum quendam, quem ego ⟨non⟩[e] habeo, qui non est maior acceptorio[5] duarum septimanarum, legere cupio; hoc autem breve tempus praedico non eo, quod mihi plus non opus sit, sed ne haec petitio fastidium in tua mente creet; ministrum quoque equosque, ut opinor, adipiscar[f]. In hoc autem tempore messis laetum[g] a | te responsum[g] sperabo; orantem pro nobis beatitudinem tuam G. 99
divina gratia custodire dignetur[h 6].

---

a) fante *eras. S* b) Dignus, fante Glengo, gurgo fugax fambulost *P. Lejay, Revue de philol. XIX 60 sq.* c) heu *CRS; versum hunc et insequentes sic codd.; 2 et 3 in unum (*Neu timeat scriptor terrentis carpere chartas*) conflavit Giles* d) hyrsutus *CHR; SH post hos versus addunt:* Arbiter aeternus tibi iam miserescat in aeuum; Fulgens diuitiis semper et ore clarus. — Explicit epła aldelmi episcopi. | Incipiunt capitula libri sequentis de laudibus sc̃arum Virginum *H*

[I (6)] item epistola *V* a) discire *V* b) *sic V,* prenoscens scito *Jaffé* c) sicrifficant *V corr. Duemmler* d) huniliter *V; an legendum* humaniter? e) non *add. Jaffé* f) adepiscar *V* g) laetam—responsam *V, retinui* laetum—responsum = *Giles, quoniam illud nec exemplo ullo alio confirmari videtur,*

---

ait *in epist. ad Geruntium* de quo poeta *cf. p. 485 adn. 38 — sumpsit: 2 = v. 2855, 3 = v. 2844, 4 = v. 2845, 5 = v. 2843. Similiter versus, quibus carmina de XII aris conclusit poeta, cum versibus de virginitate concordant, sed illi non hos, sed hi illos repetunt*

[I] 1) *Quod M. Roger, L'enseignement p. 240, 4. 291, 2 dicit L. Traubium (Perrona Scott. p. 477) putare huius epistulae auctorem esse Cellanum, non recte dictum est; Traube enim aperte, postquam hanc nostram et Artwili epistulam commemoravit, de Cellani epistula verba facit, de hac nil coniecit* 2) lector = *vir doctus cf. ad epist. ad Leuth. p. 476 not. 5; hic idem fere valet ac* magister *cf. carm. rhythm. I 1* 3) *sub Sergio I, papa 687—701 cf. quae adnotavi ad privileg. Sergii* 4) *i. e.* a Moeldubh *sive* Maildufio *(cf. Beda Hist. eccl. V 18 et Plummeri notam)* 5) *verbum hoc nec Thesauro Latino nec glossis notum idem valere videtur ac tempus, in quod aliquid accipitur. Du Cange pro* exceptorio *vel* exceptorario *dictum esse putat et officium ecclesiasticum duarum septimanarum comparat* 6) *Aelffled abbatissa Epist. Mer. I 249* Orantem pro nobis sanctitatem vestram divina gratia tuere dignetur

II (7).

Aethilwaldus, rex postea Merciae, ab Aldhelmo abbate petit, ut 'inceptum largae institutionis beneficium compleat', et carmina mittit Aldhelmo.

Codex Vindobonensis fol. 35b.

Epist. Mer. I 238 sq. Mon. Mogunt. ed. Phil. Jaffé p. 35 sqq. Giles opp. Aldhelmi p. 100.

SACROSANCTO ABBATI ALDHELMO MIHI INEXTRICABILIBVS[a 1] IGNITAE CARITATIS NODIS, VT MERITA POSCVNT, ADSTRICTO AEDILWALDVS, TVAE PIAE PATERNITATIS SVPPLEX ALVMNVS, PERPETVAM IN DOMINO SOSPITATIS SALVTEM[2].

G. 100 Aestivi igitur temporis cursu, quo immensis feralium passim congressionum ex- non post 705
peditionibus haec miserrima patria lugubriter invidia vastatrice[3] deformatur[b], tecum legendi studio conversatus demorabar. Tum mihi, licet indigno, tuae beatitudinis sacrosancta sagacitas omnibus, ut reor, propemodum panagericis[c 4] tam saecularium litterariae verbositatis facundia editorum quam etiam spiritalium ecclesiastici[d] dogmatis stilo elucubratorum plenissime[e] voluminum scriptis imbuta arcana liberalium litterarum studia[5], opacis dumtaxat misteriorum secretis[f] ignaris quibusque mentibus obstrusa[g 6] abrepto[h] propere[i] spissae stoliditatis velamine[k] patefaciens liquidissime propalarat[7]. Quibus ad

---

nec in vetere Francogallorum (beau repons) *aut in Hispanorum aut in Italorum lingua vocabulum est generis feminini*

h) *Sequuntur in V praemisso titulo* Versiculi *versus viginti, in quibus Christum orat poeta:* Augustum foueas, festis ut sepe diebus Annua sinceri celebret ieiunia sacri. *Versus hosce Ph. Jaffé primus eumque secutus E. Duemmler ab epistula ipsa suo iure relegaverunt in notas, quoniam nec cum eis, quae in epistula leguntur, quicquam commune habent, nec fieri potest, ut* 'Augustum foveas' *ad Aldhelmum referatur. Boenhoffius, Aldhelmus p. 70, 9 hunc hymnum paschalem una cum epistula ab Artwilo, regis Scottici filio, scriptum esse dicit; sed neque hanc ipsam ab Artwilo, de quo conferendus est Willelmus Malmesb. g. p. V § 191, scriptam esse ullo testimonio aut argumento potest probari nec hic hymnus Artwili est, sed legitur inter Claudiani carmina minora p. 330 edit. Birtianae = II p. 200 ed. Jeep. Quod vero Birtius in praefatione editionis suae p. LXXX quaerit, utrum* 'anonymus ad sollemnem hanc invitationem quae audit 'ora pro nobis' an Claudiani carmen pro ipsis verbis orationis ipse adiecerit' *et num, quoniam carmen paschale sit et pro Augusto in eo oretur, sub anonymo quoque ipso rex quidam delituerit, hoc ut ipsum ambiguum est, ita diiudicari non poterit hoc constat nullam intercedere inter epistulam versusque rationem, ita ut ne consuetudine quidem illa epistulam; versibus concludendi possint defendi causaque, cur intrusi sint hoc loco a librario in Vindobonensem omnino lateat. Apte conferas, quod post epist. Lulli ad Dealwinum (Epist. Mer. I 339) legitur Ausonii epigramma VIII*

[II (7)] Item epistola aedilwaldi *V* a) inextricabilis *V* b) deformatur *Duemmler*, defamatur *V*, defanatur *Giles* c) pannagericis *V* d) aecclesiastici *V* e) plenissimae *V* f) secretus *V* g) obstructa *Jaffé* h) abrepta *V* i) prepore *V* k) uelaminae *V*

[II] 1) *De Aethilwaldo cf. ep. 8 (11) et praefat. ad carm. rhythm. — Epist. ad Acirc. p. 75, 13* inextricabilis verae dilectionis ligatura .. reliquum nodetur in aevum; *p. 61, 9* inextricabile conglutinati foederis pignus 2) *Epist. ad Acirc. p. 61, 2* Domino .. mihi iam dudum spiritalis clientelae catenis conexo ... inmarcescibilem sempiternae sospitatis salutem *cf. Festschrift für Albert von Bamberg, Gotha 1905, p. 16* 3) *Haec ad impetus Brittonum in Ceonredi, qui Merciam obtinuit a. 704, regnum referenda esse videntur. — Ad* legendi studia *cf. ad epist. Cellani p. 498 adn. 1 et epist. ad Leuth. p. 476 adn. 5. Quod hic Aethilwaldus de suo studiorum amore dicit, bene convenit cum eis, quae in Aldhelmi epistula ad Aethilwaldum p. 500 legimus* 4) *Epistula Cellani ad Aldh. p. 498 adn. 7 — ep. ad Leutherium p. 478, 4* garrulo verbositatis strepitu illecti 5) *Similis verborum collocatio, etiam in Hespericis faminibus obvia, in epistula ad Ehfridum et in charta apud Kemble, Cod. diplom. I n. CCLXVII (s. Bl. 50) saepissime occurrit cf. p. 488 et p. 509* 6) *Aldh. prosa de virg. c. II p. 230, 10* obstrusa faretrae latibula 7) propalare *cf. p. 478 adn. 14 et* epimenia *cf. Roensch, Collect. philol. p. 136 et* refocilare *(cf epist. ad Wilfridi abbates*

integrum exuberantis ingenii epulis[a] ambronibus siticulosae intelligentiae faucibus avide absumptis meam adhuc pallentem hebitudinis maciem largissima[b] blandae[c] sponsionis epimenia[7] affluenter refocilabat[7] pollicitans, omni me desi | deratae[d] lectionis instrumento, G. 101 quo potissimum meae mediocritatis industriam satis inhiantem agnoverit, libenter edocendo imbuere[e]. Quapropter, mi amantissime purae institutionis praeceptor, quatenus effectu[f] consequente fidem verborum haut difficulter adhibeas, operae[g] pretium censemus, Prov. 6, 1. 2 talibus sacrae scripturae oraculis instimulatus: *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam; illaqueatus es verbis oris tui.*

Etiam dico: si nullis te capacibus prolatae[h] promissionis retiaculis[i 8] perplexum involutumque reminisceris, tamen, cum memet ab ipsis tenerrimae[k] cunabulis infantiae[9] fovendo, amando pedetemptimque delicatioribus solertiae cibis recreando ad vegetam usque pubertatem provexisti, dignum ab omnibus sanae intelligentiae esse iudicatur, quatenus confotum[l] iam pabulo tenerioris ingenii alas[m] cibo solidiore[n] quoque profundioris sofiae[o], ⟨et⟩, tametsi[p] humillima subiectae devotionis instantia importune[q] insistens expetit, affatim alendo epulas impendere non deneges meque, licet nullius[r] momenti ducas, vestrae sublimitatis adoptivum[s] prolem[10] ex omni paternae prudentiae diviti censu aliquatenus ad tempus ditare non recuses, ne quando invisi audacium aemulorum[t] cunei crispanti optatae[u] improbationis cachinno[v] tripudiantes congratulentur, si sobolem opulenti[w] paternae philosophiae censu exheredem penuriaeque[x] feralis insipientiae experientem comperiunt, et non incongrue mihi ille Robuam, generosa de stirpe famosissimi tam[y] laudabilis sapientiae excellenti inormitate quam etiam opimis rerum facultatibus regis Salomonis infelici fusus ortu omnis paene paternae felicitatis expers lugubriter coaequari queat. Denique age[z] iam nunc impleturus[a] vota persolve et inceptum[b] largae institutionis beneficium concitus comple sciens, te haud dubie[c] maiorem inde perpetuae remunerationis gloriam adepturum[d] Domino adstipulante, qui Matth. 10, 22 ait: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit!*

Huic autem nostrae parvitatis epistulae[e] trina cantati modolaminis carmina binis generibus digesta subdidimus, quorum primum dactilico heroici poematis exametro ac pedestri, ut | autumo, regula enucleate trutinatum et in LXX coaequantium vorsuum G. 102 formulas, casu ita obtingente[f] vel[g], ut verius dicam, supernae[h] dispensationis nutu moderante, divisum[11]; tertium[12] quoque non pedum mensura elucubratum, sed octenis[i] syllabis

---

a) aepulis *V* b) *largissime *V* c) blande *V* d) desiderate *V* e) edocando *(educando Jaffé)* inbueret *V* f) affectu *V corr. Jaffé* g) opere *V* h) prolate *V* i) *retinaculis *V* k) tenerrime *V* l) confoto *V* m) al *V restituit Jaffé* n) *uino solidiores *V*, des cibos solidiores *Giles* o) sophae *V* p) *tamen si *V* q) inportunae *V* r) nullus *V* s) adoptiuum *V*, adoptiuam *edd.* t) emulor *V* u) optate *V* v) chacinno *V* w) opilenti *V cf. Corp. gloss. V 316, 45* opulens diues, abundans x) penuriaeque *V*, penuriamque *Jaffé;* penuriae experiens *dictum est uti* perferentes iniuriarum *Cic. de orat. 2, 43* y) tuã *V* z) acgiae *V* a) *sic V* b) incoeptum *V* c) haut dubiae *V* d) adeptarum *V* e) aepistolae *V* f) obtigente *V* g) *et *V* h) superne *V* i) octenis *V*, octonis *Jaffé*

---

p. 501, 9 et prosa de virg. XXXVIII p. 291, 2) vocabula sunt Scotticae latinitatis cf. H. Zimmer, Nennius vind. p. 314. 315; sed epimenia *hic pro singulari substantivi gen. fem. usurpatum est* 8) *Aldh. prosa de virg. c. XIII p. 243, 7* deflenda .. est calamitas, si alma humilitatis materia .. sanctae virginitati retiaculum *(sic codd., edd.* retinaculum*)* superbiae .. conectat 9) *Aldh. prosa de virg. c. XXX p. 268, 8* ab ipsis infantiae cunabulis; *ep. ad Acirc. p. 67, 5* ab ipso tenerrimae rudisque infantiae nutritore *Duemmler.— epist. ad Wilfridi abbates p. 501, 7* qui vos ab ipso tirocinio rudimentorum et a primaeva tenerae aetatis infantia usque adultae pubertatis florem nutriendo docendo castigando paterna provexit pietate 10) adoptivum prolem *ut* almae editum puerperae sobolem ... piaculum .. oblitterarum .. qui .. trusit *in ep. ad Elfridum p. 488, 7 cf. ad carm. rhythm. IV 15* 11) *vide praefationem ad carmina rhythmica* 12) *Extare hoc inter carmina Aethilwaldi infra edita = carm. rhythm. n. IV vidit Ph. Jaffé*

in uno quolibet vorsu compositis, una eademque littera comparis[a] linearum tramitibus aptata cursim calamo perarante caraxatum[13] tibi, sagacissime sator[13], transmittens dicavi; medium vero meo tuoque clienti Wihtfrido[b 14] de transmarini scilicet[c] itineris peregrinatione simillimis itidem vorsuum[d] et syllabarum lineis confectum repraesentans porrexi. Haec idcirco vestrae beatitudinis venerandis obtutuum[e] luminibus[15] repraesentanda fore necessarium duxi, quod nostrae parvitatis iudicio dignum esse visum est, ⟨ut⟩[f] omnem tibi, utpote[g] patri, mearum litterarum editiunculam[h] primum pandens propalarem, quatenus vestrae sublimitatis probabili rationis iudicio comprobata et ad aequitatis normulam derivata omnibus deinceps lectorum numerositatibus acceptabilis extet[i]. Vale in Christo!

6 (8).

Sigegythae abbatissae Aldhelmus abbas nuntiat, permittere episcopum baptizari sanctimonialem quandam; rogat, ne desistat operam dare scripturae et cum suis pro ipso orare.

Cod. Vindob. f. 33b.

Epist. Mer. I 235 Mon. Mogunt. ed Phil. Jaffé p. 31. Giles opp. Aldh. p. 90.

DILECTISSIMAE ATQVE AMANTISSIMAE SORORI ET MIHI SINCERO CARITATIS AFFECTV VENERANDAE ⟨SIGEGYTHAE⟩ ALDHELMVS SVPPLEX INDIGNO ABBATIS VOCABVLO FVNCTVS IN DOMINO SALVTEM.

Cognoscat vestra almitas de baptismo sororis me interrogasse pontificem[1], qui licen- ante 705
tiam dedit baptizari illam[a] sanctimonialem, sed tamen clam et latenter. Saluto te diligenter, o Sigegyth[b], ex intimo cordis cubiculo[2] subnixis precibus[3] obsecrans, ut assidua scripturarum meditatione mentem tuam occupare non desistas, quatenus psalmigrafi sententiam compleas dicentis: *In lege eius meditabitur die ac nocte* et idem psalmista hoc item Ps. 1, 2
testatur dicens: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua* et reliqua. Orationum vero me- Ps. 119, 103
arum ut memores sint, omnes sorores per Christum suppliciter obsecro[c], quia dicit apostolus: *Multum valet deprecatio iusti assidua*[4]. Vale, decies dilectissima, immo centies Iac. 5, 16
et milies; te Deus valere faciat!

---

a) conparis *V* b) Wynfrido *V*, Wihtfrido *L. Traube, Karol. Dicht. p. 131* c) silicet *V* d) uuorsuum *V* e) obtutium *V* f) ⟨ut⟩ *addidi* g) ut pute *V* h) aeditiunculam *V* i) extat *V*

[6 (8)] item epistola *V* a) illum *V* b) o Sigegyth *V*, Osgitha *Giles cf. epist. ad Leutherium p. 476, 1* o beatissime antistes, *Epist. Mer. I 415, 28* O Suitha c) obsecra *V*

---

13) *Carm. rhythm. I (II) 9* stili calamo caraxatum persedulo. — sator *cf. praef. ad carm. rhythm.* 14) Wihtfrido *pro* Wynfrido *recte correxisse videtur L. Traube, quoniam exstat epistula et fragmentum epistulae Aldhelmi ad Wihtfridum, cum neque apud Aldhelmum neque apud Bonifatium ulla familiaris eorum inter se necessitudinis fiat commemoratio; ipsa temporum ratio, cum aequalis fere essent Aethilwaldus et Wynfrid, non obstaret. Carmen hic significatum de transmarini itineris peregrinatione servatum esse inter Aethilwaldi rhythmos infra editos (= carm. rhythm. II (1)), recte indicaverunt H. Hahn et L. Traube recteque in textu primus indicavit E. Duemmler* 15) *Aldh. prosa de virg. c. II p. 229, 13* pernicibus pupillarum obtutibus, *ib. p. 230, 11* passivos oculorum obtutus

[6 (8)] 1) *Heddam Wintonensem, ut videtur* 2) *prosa de virg. c. XIV p. 243, 19* imis praecordiorum ilibus, *epist. ad Acirc. p. 155, 18* praecordiorum ilia, *Denehartus Epist. Mer. I 297* te . . in cordis cubiculo cingimus amore, *Egburga Epist. Mer. I 260* ex intimis precordiorum penetralibus *D., ad Leutherium p. 476, 9* imis praecordiis, *carm. rhythm. IV (V) 3* Quem in cordis cubiculo Cingo amoris vinculo 3) *epist. ad Ehfr. p. 491 adn. 18* 4) *prosa de virg. c. LX p. 322, 22*

III (9).

Petit ab Aldhelmo Cellanus, abbas Perronensis, ut sibi 'sermunculos' aliquot transmittat.

Willelm. Malmesb. g. p. V § 191 p. 337 Ham. Giles op. Aldh. p. 331 L. Traube, Perrona Scottorum p. 478.

DOMINO LECTRICIBVS DITATO[1] STVDIIS MELLIFLVISQVE[2] ORNATO LVCVBRATIVNCVLIS ALDHELMO ARCHIMANDRITAE[3], SAXONVM MIRIFICE REPERIENTI IN ORIS, QVOD NONNVLLI CVM LABORIBVS ET SVDORIBVS IN ALIENO AERE VIX LVCRANTVR[4], CELLANVS IN HIBERNENSI INSVLA NATVS, IN EXTREMO FRANCORVM LIMITIS LATENS ANGVLO[5] EXVL, FAMOSAE COLONIAE CHRISTI EXTREMVM ET VILE MANCIPIVM[6], IN TOTA ET TVTA TRINITATE SALVTEM.

ante a. 705 . . . Quasi pennigero volatu ad nostrae paupertatis accessit aures vestrae latinitatis panagericus rumor[7], quem agilium lectorum[1] non horrescunt auditus, sine sanna[8] aut amurcali[8] impostura notus propter alburnum[8] dictricis Romaniae[9] decorem. Etsi te praesentem non meruimus audire, tuos tamen bona lance constructos legimus fastos[10] diversorum deliciis[a] florum depictos[11]; sed si peregrini triste refic(ere v)is[b] corculum,

[III (9)] a) delitiis *W cod. Magd. Oxon.* b) reficis *W*, reficere vis *cj. L. Traube; ipse conieci* respicis

[III (9)] 1) lectricia studia *et infra* lectorum auditus *eodem sensu dicuntur, quo Aidhelmus de* lectoribus *etc. dixit cf. ad epist. ad Leuther. p. 476 adn. 5. In Hispericis faminibus item legitur* lectoralis *et* lectriceus 2) *epist. ad Acirc. p. 203, 13* nequaquam . . . melliflua divinarum studia scripturarum *(cf. prosa de virg. c. I p. 229, 12)* negligenda ducas 3) archimandritae = *abbati cf. L. Traube, Philol. LIV 133 Quamquam abbas monasterii mansit Aldhelmus, etiam postquam episcopus factus est (705), verisimilius tamen fit, hac appellatione epistulam scriptam esse ante 705* 4) *'Dicit Cellanus, Aldhelmum quasi ludentem scientiae thesaurum in Britannia patria invenire, quem alii aegre ita acquirant, ut peregre proficiscantur.' L. Traube. cf. Aldh. prosa de virg. LX p. 322, 9* meique sudoris et laboris fulcimentum, *epist. ad Acirc. p. 203, 4* difficillima sudoris et laboris industria 5) *i. e. Perronae Scottorum, quod monasterium in Franciae septentrionalis parte ad occidentem versus sitae conditum erat anno fere 650 a Scottis; Furseus ibi sepultus erat, cuius de corpore* immaculato *vita eius refert in Scriptoribus rerum Mer. IV 439. Mortuus est Cellanus anno 706 cf. L. Traube, Perrona Scott. p. 490* 6) *cf. epist. ad Hadrian. p. 478 adn. 2* 7) *Gildas De excid. Brit. M. G. Auct. Antiquiss. XIII p. 37, 21 Mommsen* ignoti rumoris penniger ceu volatus arrectas omnium penetrat aures. — panagericus = *panegyricus cf. Aldh. epist. ad Ehfrid. p. 488, 5* panagericum — promulgantes *Aethilwaldi epist. p. 495, 8* sagacitas omnibus, ut reor, panagericis . . saecularium litterariae verbositatis facundia editorum . . imbuta. — *cf. Corpus gloss. V 381, 33* Panagericis laudabilibus 8) sanna : tortio narium *CGl. V 623, 35;* amurca : humor sordidus qui oleo subsidit *ibid. V 166, 16;* alburnum albiscentem *ib. IV 485, 30* 9) dictrix Romania *est* orbis Romanus eloquentiae studens *cf. epist. Scotti cuiusdam ad Aldhelmum p. 494, 8* te praestantem ingenio facundiaque Romana ac vario flore litterarum. — Dictrix *item ac* lectrix *apud unum Cledonium (G. L. V 37 K sed cf. glossas Echternacenses Hisp. fam. p. 35 Jenkinson:* lectriceam lectricem*) videtur inveniri;* Romania *iam ex Orosio affertur; cf. etiam Gildas, De excid. Brit. M. G. Auct. Antiquiss. XIII p. 30, 19* ita ut non Britannia, sed Romania censeretur *et Index geogr. ad Chron. minora III (M. G. Auctores Antiquiss. XIII) p. 686* 10) fastus fasti, libri *CGl. V 552, 7. cf. Aldh. c. de virg. v. 21, Hisper. fam. 4, 15. 10, 38 St. = Luxemb. 20, 343 Jenkinson* 11) *his verbis significare videtur Cellanus opus de virginitate: cf. Aldh. prosa de virg. c. XIX p. 249, 13* purpureos pudicitiae flores ex sacrorum voluminum prato decerpens . . coronam contexere nitar. *Initium fragmenti ad epistulam ad Acircium referendum esse suspicor*

paucos transmitte sermunculos[12] illius pulcherrimae labiae tuae, de cuius fonte purissimo dulces dirivati[a] rivi multorum possint reficere mentes, ad locum, ubi domnus Furseus[13] in sancto et integro pausat corpore ....

7 (10).

Respondet Aldhelmus Cellano abbati Perronensi.

Willelmus Malmesb. g. p. V § 188 p. 333 cf. § 192 p. 337 Ham. Giles opp. Aldh. p. 331. L. Traube, Perrona Scott. p. 419.

[CELLANO .. ALDHELMVS .. SALVTEM].

... Miror, quod me tantillum homunculum[1] de famoso et florigero Francorum rure ante 705
vestrae frunitae[2] fraternitatis industria interpellat Saxonicae prolis prosapia genitum et sub arctoo axe teneris confotum cunabulis[3] ...

8 (11).

Monet Aldhelmus Aethilwaldum adolescentem, ut voluptatum cupidinem coerceat et saeculares litteras ad sacra tantum studia promovenda adhibeat.

Will. Malmesb. g. p. V § 123 p. 339 Ham. Giles opp. Aldh. p. 332 sq.

DILECTISSIMO MIHI FILIO ET SIMVL DISCIPVLO AETHILWALDO[a] ALDHELMVS EXTREMVS SERVORVM DEI[1] SALVTEM.

G. 332 Quemadmodum te viva voce[2] aliquotiens de aliquibus ammonere curavi, ita etiam- c. 705
nunc absentem paterna secundum Deum auctoritate fretus[b] litteris exhortari non piget[3]. Hoc enim ideo agimus, quia *karitas Christi*, sicut ait apostolus, *urget nos*. Itaque, fili II Corinth. 5, 14
mi carissime, licet adolescens aetate existas, vanissimis tamen oblectamentis huius mundi nequaquam te nimium subicias[c] sive in cotidianis potationibus et conviviis usu frequen-

---

a) diriuati *sic W*

[8 (11)] a) Adilwaldo *W* b) *sic W* c) subitias *W secundum cod. Magdal. Oxon., quae orthographia in hoc codice similes omnes formas obtinet*

---

12) Sermones *scripsisse Aldhelmum testis est Wilhelmus Malmesburiensis (gesta pontificum p. 344 Ham.):* Sermones eius minus infundunt hilaritatis, quam vellent hi, qui rerum incuriosi verba trutinant iudices inportuni, qui nesciant, quod secundum mores gentium varientur modi dictaminum. ... Quem si perfecte legeris, et ex acumine Graecum putabis et ex nitore Romanum iurabis et ex pompa Anglum intelliges 13) *cf. supra adnot. 5*

[7 (10)] 1) *epist. ad Acirc. p. 202, 6* nostram mediocritatem, *ad Gerunt. p. 481, 17. 8* mea mediocritas; meam parvitatem, *ad Hadrian. p. 478, 15* nostra parvitas, *Aethilwaldus ad Aldh. p. 496, 27* nostrae parvitatis 2) *Ut* infrunitus = *insipiens (CGl. V 560, 52) ita* frunitus = *sapiens cf. L. Traube, Perr. Scott. 479, 4* 3) *epist ad Acirc. p. 202, 4 sqq.* constat neminem nostrae stirpis prosapia genitum et Germanicae gentis cunabulis confotum ante nostram mediocritatem tantopere desudasse

[8 (11)] 1) *De Aethilwaldo cf. epist. II (7), ad carm. rhythm. praef., L. Traube, Karol. Dichtungen p. 132. — Si* extremus servorum Dei *idem est ac* servus servorum Dei, *uti Aldhelmus ipse se nominat in epistula ad Winbertum, haec epistula oportet referatur ad tempus episcopatus (705—709). Aethilwaldi epistula ante hanc, in qua similia tanguntur, est scripta* 2) viva voce *cf. epist. ad Leutherium p. 476, 5* 3) *Aethilwaldus ad Aldh. p. 496, 15 sq.:* me quem vestrae sublimitatis adoptivum prolem ex omni paternae prudentiae diviti censu .. ditare non recuses. — fretus .. non piget, *si modo sic scripsit Aldhelmus, — possit scripsisse* pigeo *cf. CGl. II 381, 37* pigeo pigor*(?) ὀχνῶ — scripsit, quasi sequeretur* audeo, *sed cf. etiam ad ep. ad Ehfr. p. 492 adn. a*

tiore ac prolixiore inhoneste superfluis sive in equitandi vagatione culpabili seu in quibuslibet corporeae delectationis voluptatibus execrandis[4]. Memento semper, quod[a]
Eccles. 11, 10 scriptum est: *Adolescentia et voluptas vana sunt.* Amori quoque vehementiori pecuniae et omni saecularis gloriae Deo semper odibilis iactantiae nequaquam ultra modum in-
Marc. 8, 36 servias illius sententiae reminiscens: *Quid prodest homini, si totum mundum lucretur,*
Matth. 16, 27 *animae vero suae detrimentum patiatur? — Filius enim hominis venturus est in gloria sua et sanctorum angelorum et retribuet unicuique secundum opera sua.*

Sed multo magis, mi amantissime, vel lectionibus divinis vel orationi|bus sacris G. 333 semper invigila! Si quid vero praeterea saecularium litterarum nosse laboras[5], ea tantummodo causa id facias, ut, quoniam in lege divina vel omnis vel paene omnis verborum textus artis omnino grammaticae ratione consistit, tanto eiusdem eloquii divini profundissimos atque sacratissimos sensus facilius legendo intelligas, quanto illius rationis, qua contexitur, diversissimas regulas plenius ante didiceris[b]. Hanc autem epistulam iugiter inter ceteros, quos legis, libros habere non omittas, ut videlicet eius lectione creberrima de his, quae in ea scripta sunt, implendis mea vice possis ammoneri. Vale!

9 (12).

Adhortatur Aldhelmus Wilfridi abbates, ne deserant Wilfridum eiectum.

Willelmus Malm. g. p. V § 192 p. 338 sq. Ham. Giles opp. Aldhelmi p. 334 sq.

[ABBATIBVS WILFRIDI ALDHELMVS SALVTEM].

a. 705/6 . . . Nuper[1] furibunda tempestatis perturbatio, sicut experimento didicistis, funda- G. 334 menta ecclesiae sicut quodam immenso terrae motu[a] concussit, cuius strepitus per

---

a) quid *W* b) *Signum lacunae posuit post* didiceris *Giles*

[9 (12)] a) immenso terremotu *W*

---

4) *Epistula Bonifatii ad Aethilwaldum, Merciorum regem, Epist. Mer. I 342, 26* Si in iuventute adulescentiae tuae putredine luxoriae inquinatus et foetore adulterii involutus et voragine libidinis quasi puteo inferni demersus fueras, iam tempus est, ut memor domini tui a diaboli laqueis resipiscas et a foetore luxoriae sordidatam animam laves. — *p. 343, 14* Praeterea nuntiatum est nobis, quod multa privilegia ecclesiarum et monasteriorum fregisses et abstulisses inde quasdam facultates . . qui Christi pecunias et ecclesiae fraudavit vel rapiet, homicida . . deputabitur. — *p. 345, 10* Incipe ergo melioribus moribus vitam componere et praeteritos errores iuventutis corrigere. — *De equitandi cupidine ac de commissationibus Anglorum cf. Bright, Chapters of early english church history 445, 9. Browne, St. Aldhelm p. 92* 5) *Strenuum saecularium et ecclesiasticarum litterarum studium in Aethilwaldo fuisse, etiam ex ipsius epistula ad Aldhelmum discimus. Conferenda est cum epistula universa ea, quam ad Wihtfridum, suum et Aethilwaldi clientem, scripsit Aldhelmus*

[9 (12)] 1) Cum Wilfridus episcopus . . exul ageretur, multi suorum abbates fortunae sequentes rotam ad inimicorum favorem devolvi meditabantur. Quorum iustitiae(?) Aldelmus diffidens et amico venerabili metuens his verbis labantes nitebatur erigere. Post praefationem enim congruam 'Nuper, inquit, furibunda' *e. q. s. Willelm. Malmesb. V 192 p. 337 Ham. De tempore epistulae nihil Willelmus dicit loco illo. Possis putare anno 678 (cf. Beda Hist. eccles. IV c. 12) eam esse scriptam, quo primum Wilfridus episcopatu privatus est (cf. K. Obser, Wilfrid der Aeltere p. 52, H. Hahn, Bonifaz p. 26), possis suspicari de anno 691 (cf. Obser l. l. p. 72), quo iterum in exilium abiit, vel de anno 702/3, quo tempore synodus Easterfeldensis habita est (cf. W. Bright, Chapters of early english church hist. p. 44. Boenhoff, Aldhelm p. 80 Diction. of Nation. Biogr. LXI 240 f.). Sed nec illud verisimile est, quoniam Aldhelmus, si talia suasisset, Theodoro Cantuariensi adversari debuit, quocum et catholicae fidei studio et venerationis vinculo erat coniunctus, nec hoc, quoniam in alterum exilium eiectus et in synodo damnatus est maxime*

diversa terrarum spatia velut tonitruali fragore longe lateque percrebruit[a 2]. Et idcirco[b] vos viscerales contribulos flexis genuum poplitibus[3] subnixa exposco prece nequaquam huius perturbationis strofa scandalizari, ne quisquam vestrum inertis segnitiei fide[c] torpescat, etiamsi rerum necessitas exigat cum praesule proprio pontificatus apice privato[4] tellure paterna propelli et quaelibet oporteat latorum regnorum transmarina aggredi rura. Quis enim, quaeso, tam durus atroxve labor existens ab illo vos antistite separans arceat, qui vos ab ipso tirocinio rudimentorum et a primaeva tenerae aetatis infantia[5] usque adultae pubertatis florem nutriendo, docendo, castigando paterna[d] provexit pietate et quasi nutrix gerula dilectos alumnos[e] extensis ulnarum sinibus refocilans[f 6] sic caritatis[g] gremio fotos clementer amplexus est? Perpendite, quaeso, creaturarum ordinem eique divinitus insitam naturam, quatenus[h] ex minimarum rerum collatione inflexibilem conversationis[i] formam Christo favente[k] capiatis! Quomodo examina apum calescente caelitus caumate ex alveariis nectare flagrantibus[l] certatim emergunt[m] et earum auctore
G. 335 linquente brumalia mansionum | receptacula densarum catervarum cohortes rapido volatu ad aethera glomerant[n 7], exceptis dumtaxat[o] antiquarum sedium servatricibus ad propagationem sobolis futurae relictis[p 8]! Ecce[q], inquam, mirabilius dictu, rex earum spissis sodalium agminibus vallatus[9] cum hiberna castra gregatim egreditur et cava stipitum

---

a) percrepuit *Giles* b) iccirco *W* c) inertis segnitiei fide *W*, mentis segnitie fide *Giles* d) paterna *om. Giles* e) alumnos *om. Giles* f) refocillans *W* g) karitatis *W*, charitatis *Giles* h) quatinus *W* i) flexibilem commiserationis *Giles* k) iuuante *Giles* l) flagrantibus *W*, fragrantibus *Giles cf. CGl. V 295, 18* flagrantes olentes uel ardentes uel fulgentes m) *emergant *W Giles* n) glomerante *Giles* o) duntaxat *Giles* p) relictus *Giles* q) ecce *om. Giles*

Aldfridi, Nortanhumbrorum regis, consiliis (cf. Obser l. l. p. 77), cuius amicissimum fuisse Aldhelmum epistula ad Acircium docet. Sed bene omnia concordant ad ea tempora, quae mortem Aldfridi († 14. Dec. 705) sunt secuta: tum subito ab Eadwulfo, qui regno potitus erat — haec est furibunda tempestatis perturbatio, *quae initio epistulae commemoratur — Wilfridus cum comitibus e patria cedere iussus est (Obser l. l. p. 86); sed mortuo Februario mense a. 706 tyranno Wilfridus est servatus. Hoc autem tempus vel ideo magis videtur idoneum, quod tum episcopus fuit Aldhelmus, ita ut maiorem quandam interponere posset auctoritatem, quae abbati defuisset* 2) *Epist. ad Gerunt. p. 482, 20* rumor .. longe lateque percrebruit, *prosa de virg. c. 32 p. 39, 1* gloria .. longe lateque precrebruit 3) *Epist. ad Gerunt. p. 485, 7* subnixis precibus et flexis poplitibus vestram fraternitatem adiurantes suppliciter efflagitamus, *ubi vide plura.* — viscerales contribulos *dixisse videtur Aldh. ad exemplum Italae I Timoth. 1, 2* visceralis filius; contribula — germanitas *legitur in epist. ad Ehfridum p. 490, 12 cf.* contribuli consanguinei quasi ex eadem tribu *CGl. IV 36, 7. 499, 7 (*contribulis *legitur prosa de virg. c. XXXV p. 278, 11, LV p. 314, 3, epist. ad Acirc. p. 203, 5). Notat hoc Aldhelmus, quoniam illi ut ipse monasticae oboedicbant regulae, nec hinc concludendum esse puto, Aldhelmi monasteria, quamvis suspexerit ipse Benedictum (cf. prosa de virg. c. XXX p. 268 et carmen v. 873 sqq.), Benedicti regulam esse secuta, quam Wilfridus (cf. Eddii Steph. vitam Wilfridi c. 14) in Nortanhumbriam introduxit* 4) *prosa de virg. c. LIV p. 313, 1* praeclaro pontificatus apice praeditus 5) *epist. ad Acirc. p. 62, 16* necdum matura rudimentorum tirocinia; *prosa de virg. c. XIV p. 243, 11* ab ipso nascentis infantiae rudimento, *c. XXVII p. 262, 12* a rudis infantiae teneritudine *c. XXXVI p. 280, 10* in primaevo pueritiae rudimento, *c. XXX p. 268, 7* ab ipsis infantiae cunabulis. *Charta Leutherii (Will. Malm. g. p. p. 334 H. et De gest. reg. Angl. I 30)* a primoaevo infantiae atque ab ipso tirocinio rudimentorum; *Leuther. apud Will. Malm. de g. p. p. 347 H.* a primoaevo infantiae atque ab ipso tirocinio rudimentorum 6) *cf. ad epist. ad Gerunt. p. 485 adn. 34* 7) *prosa de virg. c. XIII p. 241, 20* quot sceleratorum satellites .. manipulatim conglomerant, *cf. carm. rhythm. I (II) 54. Exemplo apium libenter utitur Aldhelmus cf. prosa de virg. c. IV. VI — qui locus maxime hic conferendus est — epist. ad Ehfrid. p. 490, 13* 8) *epist. ad Acirc. p. 63, 10* exceptis ad propagationem sobolis futurae relictis 9) *epist. ad Ehfrid. p. 493, 5* aper .. molosorum catasta vallatus, *prosa de virg. c. XI p. 239, 10* parasitorum sodalibus vallatus

robora rimatur[10], si pulverulenta sablonis aspergine praepeditus seu repentinis imbribus cataracta Olimpi guttatim rorantibus retardatus fuerit et ad gratam cratem sedemque pristinam revertatur, omnis protinus exercitus consueta vestibula perrumpens prisca cellarum claustra gratulabundus ingreditur[a] .... Si ergo taliter creatura ⟨ratione⟩[b] carens, quam iura naturae[c] indita absque legibus scriptis gubernant, reciprocis temporum successionibus ductoris praecepto paret, respondete, rogo, utrum horrendae[d] abominationis infamia sint exprobrandi, qui concessa septiformis spiritus[11] gratia praediti devotae subiectionis frena ritu frenetico frangunt. Cur autem diversarum rerum ratiocinationes conglobans ad instiganda vestri pectoris praecordia stridente calamo percurram, audite!

Ecce, saeculares divinae scientiae extorres si devotum dominum, quem in prosperitate dilexerunt, cessante felicitatis opulentia et ingruente calamitatis adversitate deseruerint ac secura dulcis patriae otia exulantis domini pressurae praetulerint, nonne execrabilis cachinni ridiculo et gannaturae strepitu[12] ab omnibus ⟨digni⟩[e] ducuntur? Quid ergo de vobis dicetur, si pontificem, qui vos nutrivit et extulit, in exilio solum dimiseritis[f]? .....

10 (13).

Rogat Aldhelmus Winbertum, ut ager a Baldredo emptus tunc ab Ina rege occupatus monasterio Malmesburiensi restituatur.

Willelmus Malm. g. p. V § 211 p. 355 Ham. Giles opp. Aldhelmi p. 336.

DOMINO IN DOMINORVM DOMINO DILECTISSIMO WINBERHTO[1] ALD-
ad Ephes. 2, 20 HELMVS SERVVS SERVORVM DEI IN ANGVLARI DVORVM[a] TESTAMENTO-
Daniel 2, 34. 45 RVM LAPIDE DE SVMMIS MONTIVM VERTICIBVS ABSCISO[2], QVI STATVAM QVATERNO METALLORVM GENERE FABRE[3] FACTAM QVATERNA POPVLORVM REGNA SIGNANTEM CONTRITO CRVRATENVS[b] AVRATO CAPITE OPPRESSIT, SALVTEM.

---

a) *post* ingreditur : Et post alia *W* b) ratione *om. W suppl. Giles* c) iura naturae *W*, uita et natura *Giles* d) non horrendae *Giles* e) digni *om. W supplevi* f) dimiseritis. Et cetera *W*

[10 (13)] a) duo *W, sed* 'unterlined' *W*, duorum *Giles* b) *sic W, in loco Danielis:* percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus

---

10) *prosa de virg. c. IV p. 232, 8* examen .. angusta alvearii vestibula catervatim per turmas egressum 11) Septiformis spiritus *secundum Ioh. apocal. 1, 4; Confer epist. ad Acirc. init. p. 62, 1 sqq.* pridem tempore pubertatis nostrae, cum septiformi spiritalium charismatum munificentia vestra solers indolis .. ornaretur *et ib. 5 sqq.* quem propheticus sermo .. designat .. cum septeno sapientiae intellectu ceterarumque virtutum spiritu germinasse, *p. 64, 22* quod autem septinarius numerus nonnumquam spiritus paracleti gratiam praefiguraverit .. sacra auctoritate edocemur 12) *epist. ad Gerunt. not. 13*

[10 (13)] 1) *De Winberhto, abbate Nuthcellensi, regum Cadwallae et Ini clerico, Bonifatii magistro, cf. H. Hahn, Bonifaz p. 27, Hauck, Kirchengesch. Deutschlands I² 435. De re ipsa — dubitat num epistula genuina sit — Aronius, Diplomat. Studien, Königsberg 1883, p. 67 et p. 20. Ad allocutionem cf. Beda in dedicatione vitae metricae Cuthberti:* Domino in domino dominorum dilectissimo Ioanni presbytero Beda famulus Christi salutem 2) Quaterna populorum regna *sunt regna Babyloniorum Persarum Macedonum Romanorum a Daniele indicata cf. Hieronymi commentarium in Danielem (V 527 Migne). Prosa de virg. c. XXI* quique statuam quaterno metallorum genere fabrefactam totidem regnorum saecula signantem angulari duorum testamentorum lapide de collis cacumine sine viri vola .. absciso .. exponit percussam 3) fabre factam *cf. epist. ad Ehfrid. p. 489, 6. 490, 12*

Gerulum litterarum ad vestrae pietatis praesentiam destinavimus, qui vobis viva c. 705—709
voce de causa[4] nostrae necessitatis imminenti plenius promulgabit id est de terra, quam nobis venerandus patricius[a] Baldredus[5] possidendam accepto pretio obtulit, praecipue pro captura piscium apta et competenti[b] loco. Et idcirco[c], dum in vestri regis potestate data et collata esse videtur, obnixe precamur, ut eandem agri partem per terrae tuae caritatis patrocinium obtinere et habere[4] firmiter valeamus, ne eadem possessione per violentiam privati, quia plerumque iustitiae iura vacillant, fraudemur[d] . . .

a) patritius *W* b) competenti *W* c) iccirco *W* d) *post* fraudemur *W habet* Et cetera

4) *ad Leutherium p. 476, 5* lator praesentium viva voce plenius promulgabit 5) *Charta a Winberhto subscripta, in qua* alia *eiusdem Baldredi transactio commemoratur (agitur de agrorum commutatione; exstat in cod. Landsdown. 417 = Kemble, Cod. diplom. I n. XXVIII = Registr. Malm. c. XVIII) ab initio mutila legitur apud Will. Malmesb. g. p. V 208 p. 353 Ham. Commutatio illa cum in charta dicatur a Centwino († 685) confirmata, anno autem 688 signo 'Ceduvallani regis', secundum cod. Landsdown., a Kentwino rege secundum Willelmum subscripta sit, pro spuria a Kemblio editur; ego valde turbatam et forsitan interpolatam arbitror; anni 685 et 688 confusi sunt etiam in altera charta Cedwallae et Centwini Kemble I n. XXIX*

CHARTAE ALDHELMIANAE.

CHARTAE ALDHELMIANAE.

1. Leutherii privilegium 675
2. Cenfrithi donatio 680
3. Caedwallae donatio 685/6
4. Sergii privilegium c. 695 (693)
5. Aldhelmus de successorum electione 705

*Inter aevi Anglisaxonici chartas hae Aldhelmi nomen continent sive in textu sive in subscriptione: Kemble, Cod. Diplom. I, *VII (a. 670), *XI (26. VIII. 675), *XVIII (685|6), *XX (681), *XXII (681 indictione nona), *XXIII (681 indictione nona), *XXIV (mense Augusto 682 indictione prima), *XXVI (30. Iunio DC(L)XXXV), *XXVIII (Augusto 688 indictione prima), *XXIX (19. Augusto 688 (l. 685) indictione XIII), XLVIII (701 indictione XIIII), *L (26. Maio 704 indictione secunda), *LI (704), *LIV (705 indictione III); Registrum Malmesburiense cap. *XXIII (repetita 745 cf. n. XVIII), cap. *XXXV (937 repetita ex 680 cf. Kemble XXIV. XXIX), c. *LXIII (Privilegium Sergii) Willelmus Malmesburiensis gesta pontif. V § 201 (680). Omnes fere praeter Kemble XLVIII suspectae sunt originis, sed ut aliae ad historiam Aldhelmi afferunt, quae dubitationi sunt exempta, ita aliae dictionem referunt Aldhelmianam. Itaque hae quinque, quae sequuntur, dignae mihi visae sunt, quae inter opera Aldhelmi reciperentur.*

1.

Leutherius Wintoniensis episcopus Aldhelmo presbitero et Meldunensi cenobio terram Maldumesburgensem contulit aeterna largitione.

Registrum Malmesb. I c. XIII p. 280 sqq. = R, Willelmus Malmesb. gesta regum Anglorum I § 30 p. 31 Stubbs = W¹, gesta pontif. V 189 p. 334 Hamilton = W², gesta pontif. V 199 p. 347 Ham. = W³, codex Landsdowniensis, quem secutus est Kemble = L.

*Ioh. M. Kemble, Codex diplomat. aevi Saxonici (London 1839) I n. * XI. Giles opp. Aldh. p. 341. 340.*

... Solet enim[a] plerumque contingere, ut autumpnali[b] torrido[c] facessante[1] caumate Aug. 26 a.
brumalia saevientium[d] ventorum flabra[2] reciprocis alternatim cursibus succedant, quibus procellosa pelagi caerula innormesque[e] oceani gurgites[3] hinc atque illinc quatiuntur, qua-

---

[1] [a]) enim *om.* W^3. *Initium mancum esse docet invocationis absentia et particula* enim. *Inscriptio ex R addita est* [b]) autumnali W^3 [c]) corrodio *L* [d]) semencium *L* [e]) enormesque W^3

---

[1] *Hanc chartam Kemblius dubiae orginis, Wrightius (Biogr. Brit. lit. Anglo-Saxon. period p. 213) falsam esse putat, quoniam Leutherius anno 676 mortuus eam, quam subscriptio a. 680 datam esse indicet, dare non potuerit. Sed cum is annus non legatur in codicibus, haec quidem ratio concidit. H. Hahn, Bonifaz p. 8, 2 quoniam multa Aldhelmiana habet, non tam falsam quam interpolatam eam esse censet, itemque Boenhoff, Aldhelm p. 60, qui prooemio et aliis quibusdam omissis genuinam formam recuperasse se opinatur. Sed hic ut ea ipsa, quae minime suspecta sunt, omisisse videtur, ita, quod dicit interpolationes illas* appropinquantis mundi termini *significatione ad decimum saeculum revocari, hoc ipso Lulli, quem attuli, loco refutatur*

1) *ad Ehfrid. p. 490, 13* alternatim reciproca facessante noctis nebula; *contrarium ei* incalescente caumate *Gildas De excidio Brit. c. 19 (M. G. Auctores antiquiss. XIII 35)* 2) *ad Wihtfrid. p. 480, 4* gelida brumarum flabra 3) *ad Ehfrid. p. 489, 13* caerula trans ponti glauca innormesque dodrantium glareas, *prosa de virg. c. IV p. 232, 14* rubicundi tumentes oceani gurgites

tenus navigero tramite[a] nullus absque discrimine[b] navigans furibundo flamine carbasa rumpente transfretet[c][4], ita nimirum prostrata mundi pompulenta gloria[5] iamque appropinquante eiusdem termino[6] fluctuantes saeculi turbines incumbere evidenti experimento[d] videntur, ut revera et ullo absque ancipiti scrupulo[e] illa Domini praesagmina[f][7] nostris tandem temporibus comprobentur[g] impleri, quibus illa caelesti oraculo effatus est dicens[h]
Luc. 21, 29 *videte ficulneam et omnes arbores*[i] et cetera. Porro inter has turbulentas saeculi tempestates scripturarum flectenda[k] sunt gubernacula totiusque navigii armatura atque instrumenta paranda, quatenus garrulo Sirenarum[l] carmine spreto ratis recto cursu ad portum[m] patriae prospere perducatur.

Quamobrem ego Leutherius[n] Dei gratia[o] episcopus pontificatus Saxoniae[p] gubernacula regens[q][8] rogatus sum[r] ab abbatibus, qui sub iure parochiae[s] nostrae coenobiali monachorum agmini pastorali sollicitudine praeesse noscuntur[t], uti terram illam, cui vocabulum est[u] Mealdumesburg[v], Aldhelmo presbitero[w] ad degendam regulariter vitam conferre largirique dignarer, in quo videlicet loco a primo aevo infantiae[x] atque ab ipso tirocinio[y] rudimentorum[9] liberalibus litterarum[z] studiis[10] eruditus et in gremio Sanctae Matris Ecclesiae nutritus vitam duxit, et ob hoc potissimum hanc petitionem fraterna[a] caritas suggerere videtur. Quapropter praedictorum abbatum precibus annuens ipsum locum, de quo supra mentionem fecimus, tam sibi quam suis successoribus normam sanctae regulae sollerti devotione sequentibus fraterna petitione coactus ultroneus impendo[b], quatenus in futuram posteritatem remoto[c] omni disceptationum conflictu ingruentium[d] quiete continua et pace perpetua Deo famulari sine impedimento valeant. Sed ne forte contentionis occasio deinceps emergat, hac rationis conditione interposita roborans[e] confirmo, ut nullus succedentium demum episcoporum seu regum hanc nostrae donationis cartulam tyrannica fretus potestate[11] violenter invadat, asserens pertinaciter, quod de iure potestatis episcopatus ablatum sequestratumque fuisse videretur. Et idcirco sciendum est et contra aemulos promulgandum, multo magis[f] me commodum augmen-

---

a) nauigio errante *Giles* b) absque discriminibus *Giles* c) transfrettat *R*, transfretat *L* d) experimento euidenti W^3 e) absque ullo a. sc. W^3 f) praesagia *L* g) comprobantur *LR* h) dicens *om.* W^3 i) et omnes arbores *om. Giles* k) flectanda *R* l) sirenarum M^3, syrenarum *cett. cf. prosa de virg. c. XL p. 292, 17* m) portam *R* n) ego Leutherius — ultroneus concedo impendo *haec sola habet* W^1, *sed addita subscriptione* Actum — quinto, *omissis tamen subscriptionibus;* ego Leutherius — vitam duxit *haec sola habet* M^2 o) gratia dei *L* W^1 W^3, *om.* W^2, gr. diuina W^1 *Giles* p) Saxonici W^3 q) pontificatus — regens *om.* W^2 r) sum *om. LR* s) parrochiae W^3 t) praeesse noscuntur pastorali sollicitudine W^3, qui — noscuntur *om.* W^2 u) inditum est W^1 W^2, est inditum W^3 v) Meildulfesburh W^1, Maldulfesbirg W^2, Maldumesburg W^3 w) presbytero W^1 W^2 x) a primaeuo infantiae flore W^2 y) tyrocinio *R* z) literarum liberalibus *L* a) frena *M*, superna *L*, fraterna W^3, superna *ed. Brewer in Reg. Malm.* b) concedo W^1 c) remota *M et cod. Oxon.* W^3 d) ingruentium conflictu W^3 e) roborans *om.* W^3 f) multomagis *LM*

---

4) *ad Ehfrid. p. 490, 11* navigero aequoreas fretantium calle gurgites *prosa de virg. LIX p. 320, 23* confidit quod .. carbasa .. prosperis ventorum flaminibus sinuata .. barathrum .. transfretaverint. *Nennius Hist. Brit. c. 37 M. G. Auctor. Antiquiss. XIII 177* legati transfretaverunt trans Tithycam vallem 5) *ad Wihtfrid. p. 480, 1* pompulentae prostitutae, *prosa de virg. c. LV p. 313, 19* pompulenta vanitas 6) *ad Acirc. p. 201, 22* appropinquante iam stili termino. *Epist. Lulli = Epist. Mer. I 425* adpropinquante iam mundi fine 7) *ad Ehfrid. p. 491, 12* sacris imbutus sagminibus, *ad Wihtfrid. p. 479, 6* sacrosancta potissimum praesagmina legito, *prosa de virg. c. XXIII p. 254, 7* passionem misticis praesagminibus portendit, *carm. de virg. v. 304* superna Dei vatem praesagmina ditem Caelitus implebant 8) *ad Ehfrid. p. 493, 4* summi sacerdotii gubernacula regens 9) *ad Ehfrid. p. 490, 1* incunabulis tirocinii editus rudibus, *p. 492, 17* ab ipso tirocinio rudimentorum 10) *epist. Aethilwaldi p. 495, 10* arcana liberalium litterarum studia 11) *epist. ad Gerunt. p. 485 adnot. 37*

tumque pontificali[a] ecclesiae addidisse quam per vim abstraxisse. Postremo ut firmior praefatae[b] donationis largitio iugiter mansura sit, praedictos abbates propriis manibus subscribere iussimus. Quodsi quis haec scripta et decreta nostrae definitionis[c] irrita facere nitetur, sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum. Actum publice iuxta flumen Bladon, VII. Kalendas[d] septembris anno incarnationis Christi DCLXXV[e].

Ego Leutherius acsi indignus episcopus rogatus a fratribus hanc donationis cartam subscripsi.

Ego Cuniberctus[f] abbas subscripsi.

Ego Haeddi abbas subscripsi.

Ego Hiddi presbiter subscripsi[g].

Ego Wymberhtus[h] presbiter subscripsi.

Ego Hedda subscripsi.

2.

Cenfrithus monasterio Malmesburiensi donat agros in Wdetun: prima haec, quae quidem servata est, charta donativa Malmesburiensis ab Aldhelmo videtur esse concepta.

Willelmus Malmesb. gest. pont. V § 201 p. 349 Ham. Kemble, Cod. dipl. I n. CCLXVII.

. . Fortuna fallentis saeculi procax non lacteo immarcescibilium liliorum candore[1] amabilis, sed fellita eiulandae corruptionis amaritudine odibilis filios in valle lacrimarum

---

a) pontificalis *LM* b) praedictae W^3 c) diffinitionis *L*, et definita et decreta nostra W^3 d) Kalendarum *L* e) anno incarn. Christi 680 *Giles p. 342 ex cod. Bodl. Wood, V fol. 10b (p. 340 habet non videns eadem bis se edere* Anno incarnationis Domini 675*)* f) Cunuberhtus *L* g) *hanc lineam post insequentem habet L* h) *sic R*, Wyniberetus *cett.*

[2] *Chartam ex libro Gest. pont. V 201 (= W^1) Willelmus in principio alterius anno 937 datae repetivit § 250 = W^2. In Registro Malmesburiensi (R) altera haec exstat: cap. XXXV; posterior textus (cf. Kemble, Cod. dipl. CCLXVII) nonnulla melius servavit quam prius exemplum ipsum*

---

[2] *Cenfrithum Willelmus (§ 200) nominat comitem Merciorum, regii affinem sanguinis, virum* corpore saeculo, mente militantem Deo. *Chartam dubiae fidei putavit Boenhoff, Aldhelm. p. 61sq., quod dictio eius plane mira et ipsa in posteriore quadam charta spuria sit repetita. Sed ut de donatione ipsa (cf. Boenhoff l. c.) dubitari non potest, ita dicendi genus idem exemplum demonstrat, quod ad Aldhelmi dictionem valuisse epistula ad Ehfridum docet, i. e. Hisperica famina. Verborum collocatio, quae per totum prooemium habetur (α β b a), illum praeter alteram (α β a b) textum obtinet cf.* mundario triquadrae telluris artico, remota vasti flaminis competa, fusis ostrei cruoris rivis, spumaticum bombosi tithis flustrum *Fam. Hisp. c. I. Accedit libido verba rara adhibendi cf.* immarcescibilis *(CGl. V 211* incorruptum vel aeternum *Aldh. prosa de virg. c. XX)* odibilis *(cf. lorica Gildae v. 52; Aldh. ad Aethilwald. p. 504* gloria Deo semper odibilis*)* fellitus, eiulandus, indicibilis, attrectabilis *(*attrectat: cum pollutione tangit *CGl. IV 11, 13)* boantis *(=* clamantis*); cum his confer quae ex faminibus et Gilda collegit H. Zimmer, Nennius vind. p. 314. 321 et Götting. Gel. Anz. 1895, 158. 160. Restat unum vocabulum alibi inauditum nisi in hac charta et in hymno q. d. Bethmanni (edidit hunc optime Stowasser in progr. gymn. Francisco-Joseph. Vindob. 1889; adnotavit hanc concordantiam in apparatu suo iam F. Jenkinson)* tanaliter; *charta haec habet:* (fortuna) ruinosa tanaliter dilabitur, *hymnus haec:* dedronte *(*dronte *St. Omer 666;* dedronte = *τέτρωνται amicus Jenkinsonii; quoniam St. Omer suprascripsit* decadent, *conieci* dramonte = *δραμοῦνται)* tanaliter *(suprasc. in St. Omer* mortaliter*). In aliis charta cum Aldhelmo consentit; cf.* in valle lacrimarum *Aldh. prosa de virg. VI (p. 234, 2)* mortalibus in valle lacrimarum degentibus *(ex psalm. 84; 7);* fortuna . . filios fetentis carnis rictibus venenosis mordaciter dilacerat *Aldh. prosa de virg. c. XI (p. 240, 1 sqq.)* vitiorum belluas, quae rabidis molaribus et venenosis genuinis inermes quosque . . dis-

1) *Sedul. Scottus De rectorib. christ. p. 24, 17 Hellm.* Lilia florigerum comunt ceu lactea campum.

fetentis carnis rictibus venenosis mordaciter dilacerat[a], quae quamvis arridendo sit infelicibus attrectabilis, Acherontici tamen ad ima[b] Cociti[2], ni satus alti subveniat boantis, imprudenter est declivis[c]. Et ideo quia ipsa ruinosa deficiendo[d] tanaliter dilabitur[e], summopere festinandum est ad amoena indicibilis laetitiae arva, ubi himnidica angelicae[f] iubilationis[3] organa mellifluaque vernantium[g] rosarum odoramina a bonis beatisque naribus inaestimabiliter dulcia capiuntur sineque calce auribus felicium suavia[h] hauriuntur.

Cuius amore felicitatis illectus[i] ego Cenfrithus, comes Merciorum, quandam telluris particulam venerabili abbati Aldhelmo sub aestimatione[4] X cassatorum in loco, qui dicitur Wdetun[5], ad serviendum Deo et Sancto Petro in perpetuum ius largitus sum cum consensu domini Ethelredi regis. Anno ab incarnatione Domini DC^mo^LXXX^mo^ indictione VIII[k].

[Subscripserunt[l] Theodorus archiepiscopus, Ethelredus rex Merciorum, Berhtwaldus subregulus, Cenfrithus patricius, Sexuulfus Licitfeld et Bosel Wigorniae episcopi.]

3.

Chartam Caedvallae, regis Westsaxoniae, qua Wilfrido episcopo Eboracensi agros prope Pecganham et portum Vedringmutham donat, 'dictitans scribere iussit' Aldhelmus. Propter errorem chronologicum putatur non genuina; sed confer p. 511 not. g.

*Kemble, Codex dipl. I n. * XVIII.*

685/6 In nomine salvatoris nostri Ihesu Christi!

I Timoth. 6, 7 '*Nihil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid poterimus.*' Idcirco terrenis et caducis aeterna et caelestia supernae patriae praemia mercanda sunt[1]. Qua-

---

a) fetentis filios i. u. l. carnis rictibus debachando uenenosis dilacerat W^2, fetentis filios ualle in lacrimarum carnis rictibus debachando mordaciter dilacerat *R* b) yma *R* c) decursibus *R* d) *om.* W^1, defitiendo W^2 e) canaliter dilatabitur *R* f) angelica himnidicae W^1, angelica ymnidicae *R* g) vernantium *om.* W^1 h) suauia *om.* W^1, auribus cliuipparum suavia *R* i) illectus *quamquam sequitur* fastidiunt ima *R* k) 'VIII written upon an erasure A *(= cod. colleg. Magd. Oxon.)*' *Ham. Numerus indictionis constat* l) Subscripserunt—episcopi *addidi ex Will. Malm. § 204 p. 352 Ham.*

---

cerpere nituntur *et c. XX (p. 250, 11 cf. c. LIII p. 311, 15)* puberes .. rabidis ursinae ferocitatis rictibus tradidit; sine calce = sine fine *cf. Aldh. carm. de virg. v. 459. 615. 2591. epist. ad Acirc. p. 263, 23. Notanda sunt etiam membra parallela in prooemio per rimi consonantiam ligata. — Cenfrithi exemplum secutus etiam rex Aethelredus Aldhelmo XV cassatos largitus est cf. Kemble LXXIII, Giles p. 344; de hac autem charta, quam ipsam falsarii Malmesburienses auxerunt (Kemble n. XXII Will. Malmesb. V 202 Registri Malm. c. XV) recte iudicasse videtur Boenhoff*

2) *Etiam Hisper. fam. c. II* Cocitus *nominatur;* satus alti boantis = *filius eius qui de caelo clamat* = *Iesus Christus* 3) *Aldh. prosa de virg. c. XVIII p. 248, 5* ut devictis .. hostibus .. apostolicae iubilationis tripudio carmen .. decantet 4) *Regist. Malm. c. XXIII* sub X mansionum estimatione taxata, *c. XXXV* sub estimatione LX cassatorum 5) = *Wootton in Wiltshire cf. Archaeologia XXXVII (1857) p. 259*

[3] 1) *Idem initium legitur in charta Aethelredi (Kemble, Cod. dipl. n. XXIII; repetiverunt hanc falsarii Malmesb. = Kemble n. XXII Reg. Malm. c. XV Will. Malm. G. p. V 202), in charta Heddi episcopi (pridie Non. Iul. 680; Kemble n. XIX: hanc chartam, quam etiam Kemble pro genuina habet, Aldhelmus imitatus est; verba transumpsit auctor chartae Kemble n. VII), in charta Baldredi (Aug. 688: Kemble n. XXVIII = Reg. Malm. c. XVIII; initium omisit Will. Malm. G. p. V 208). Simile est initium chartae partim spuriae Kemble n. XXIX Reg. Malm. c. XIX Will. Malmesb. G. p. V 206, quae non ad annum 688, sed, ut indicatur* indictione XIII, *ad annum 685 referenda est; cf. etiam spuriam Osheri regis chartam = Kemble XVII*

propter ego Caedvalla, disponente Domino rex, rogatus a venerando Vuilfrido[2] episcopo, ut sibi aliquantulam terram ad suffragium vitae suae fratrumque suorum, qui secum conversarentur, et in divino servitio huius peregrinationis, quam vir venerandus diutius peregit, pro relaxatione criminum et perpetui praemii receptaculo largiri dignarer, eius[a] precibus annuens[3] terrenam sibi possessiunculam, de qua suggerere[b] videbatur, pro remedio animae meae[4] libenter impendi et hanc liberalitatem[c] sub aestimatione LXX tributariorum taxavimus in illo loco, qui dicitur pecganham aliisque locis circumquaque adiacentibus (hoc est scrippaneg . ceorlatun . bucganora . beorganstede . northbeorganstede . crymesham se nothra mundanham . other mundanham) et haec omnia venerabili viro Vuilfrido cum consensu et devota confirmatione Ecgvaldi subreguli in potestatem propriae dominationis pro suae nimiae sanctitatis conversatione et nostrorum peccatorum relaxatione redegimus[d]. Insuper addidimus fratribus suis deo servientibus ad ecclesiam Sancti Andreae super ripam positam[e] orientalem portus, qui dicitur vedringmutha, terram, quae dicitur tangmere, X tributariorum, ut eis, quamdiu fides catholica regnet, hinc necessaria corporalis usus specialiter praebeantur. Si quis vero — quod absit! — contra haec decreta firmiter statuta contraire et ea solvere conatus fuerit, noverit se ante tribunal examinis Christi rationem redditurum et habere partem cum Iuda, traditore Domini nostri Ihesu Christi, in inferno inferiore[f 5] .... Acta ap. 1, 18

Anno dominicae incarnationis DCLXXX ..[g]

† Ego Caedvalla rex a praefato rogatus episcopo hanc donationis meae cartulam scribere iussi et absque trimoda necessitate totius christiani populi (id est arcis munitione, pontis emendatione, exercitii congestione) liberam perstrinxi.

† Ego Ecgvuald subregulus mente devota consensi et subscripsi.

† Ego Aethelredus, domino prestante rex, pro remedio animae meae hanc donationem corroboravi.

† Ego Haeddi episcopus consensi et subscripsi.

† Ego Ercenvualdus[6] episcopus consensi et subscripsi.

† Ego Aldhelmus, scolasticus archiepiscopi Theodori[7], hanc cartulam dictitans[8],

---

[3] a) cuius *K(emble)* b) sugerere *K* c) libertatis *K* d) redigimur *K* e) positum *K* f) *'Here follows the boundaries, inserted in Latin and in the same hand' K* g) *post hunc excidisse ultimum numerum puto, nam Caedvalla anno demum 685 rex factus est; notandum autem annorum subscriptiones in Caedvallae chartis saepius esse depravatas*

---

2) *Eddi Stephanus vita Wilfridi c. 42* Quippe Caedwalla, Occidentalium Saxonum regionis monarchiam tenens *(= a. 685)* statim Sanctum Wilfridum episcopum nostrum gentilem populum in Suthsexum bene ad Deum convertentem .. ad se venire humiliter accersivit. Iamiamque sancto ac venerabili patre nostro veniente rex Caedwalla in omni regno suo excelsum consiliarium mox illum composuit. Tunc vero Caedwalla triumphalis sancto pontifice nostro per Deum elevato et innumeris terrarum partibus et muneribus donorum secundum desiderium animae suae pro Deo donatis ... illaesum audaci animo tuebatur; *vide etiam K. Obser, Wilfrid der Aeltere p. 66. Plummer ad Bedam h. e. IV 16 = II p. 229 Will. Malmesb. g. p. III 102 p. 233 Ham.* 3) *Leutherii privil. p. 508, 16:* praedictorum abbatum precibus annuens 4) *ibid.:* ob hoc potissimum hanc petitionem fraterna caritas suggerere videtur. — pro remedio animae meae; *legitur etiam in genuina Ini regis charta anni 723 = Kemble n. LXXI cf. etiam n. LII. LVI* 5) *Charta Osheri regis = Kemble n. XXXXVI* Si quis hanc donationem minuetur *(sic)*, sciat se redditurum rationem in die iudicii et partem eius esse cum peccatoribus et cum Iuda traditore, cruciatus sine fine in inferno cum diabulo 6) *Ercenvualdus episcopus Londiniensis 675—693* 7) *Similiter in cod. aenigmatum Britann. Reg. 12 CXXIII (= B[1] cf. p. 51)* Aldhelmus (archiepiscopus!) *vocatur* Theodori rhetoris discipulus. *Theodorus tum in gratiam rediit cum Wilfrido cf. Obser l. l. p. 69* 8) *Kemble n. XLVIII (genuina charta Ini):* Ego Vuynberchtus donationem dictans subscripsi

prout regis maiorumque imperia statuerunt, scribere iussi, illisque sancientibus constitutum est, ut beato viro Vuilfrido liberum remaneret arbitrium in vita sua de hac ruris possessiuncula et post obitum, cuicumque voluerit, in aeternam possessionem iure hereditario derelinqueret.

Pax cunctis ⟨sit⟩[a] legentibus Consensumque praebentibus
Sitque[b] laus utentibus Luxque perpes credentibus.
Virtus vita faventibus Rite constet senatibus
Anglorum atque c⟨o⟩etibus, Qui dona firment nutibus[9].

In aversa pagina scriptum est:

† Vuilfridus episcopus cartulam hanc multimodasque et humillimas Theodoro archiepiscopo in Christo salutes.

4.

Sergii papae privilegium super exemptionem monasterii Malmesberiensis.

Registrum Malmesberiense c. LXIIII (vol. I 343 ed. J. S. Brewer) = R Willelmus Malmesber. g. p. V 221 p. 368 sq. Ham. = W [et § 189 p. 335 Ham. = W²] cf. etiam Faricii vitam Aldhelmi p. 362 Giles, qui addit ea exemplaria, quae Ini et Aethelredus suis reliquerint, periisse.

c. 695 Sergius[1] episcopus[a], servus servorum Dei, Aldhelmo[b] abbati eiusque successoribus et per vos venerabili vestro monasterio.

[a]) sit *addidi; versus esse nota octonarum syllabarum, quales etiam alibi Aldhelmus adhibet* [b]) *sic K, legendum igitur* laüs; *an scribendum* Sit atque?

[4] [a]) episcopus *om. W* [b]) Aldelmo *W*

9) *Versus in fine chartae addere ausus est Aldhelmus ex consuetudine epistulari cf. epist. ad Ehfrid. s. f. idem metrum adhibuit prosa de virg. c. VII cf. p. 520 sq. idemque discipuli eius in carminibus rhythmicis. Similiter hexametri duo leguntur in dubia Coenwallae regis charta anni 670 = Kemble VII.*

[4] 1) *Romae fuisse Aldhelmum et eorum, qui vitam eius scripserunt, testimonio et Scotti cuiusdam epistula constat, qui eum* Romae advenam *fuisse dicit (cf. p. 494, 13); sed de tempore nil constat nec ex charta quicquam redundat ad tempus privilegii constituendum, cum haec tam praesenti quam absenti data esse potuerit. Recte iter ad Sergii papae pontificatum refertur (687—701), et cum confirmatum sit privilegium ab Ini, Westsaxonum, (688—727) et Aethelredo, Merciae rege (675—704), eum abbatem post a. 688 Romam venisse constat facileque adsentiemur auctori eulogii (Eulog. hist. s. temp. ed. F. S. Haydon, Lond. 1858 I 224), qui privilegium datum esse a. 693 narrat seu potius coniecit; Willelmus (Hist. nov. lib. II 482 = gesta reg. Angl. II p. 560) de anno itineris (674) falsa prodidit. Quod Wrightius (Biogr. Brit. Litt. Anglo-Saxon period. p. 216) commemorat, Aldhelmum comitatum esse Caedwallam regem, qui a. d. XII. kal. April. 689 Romae obiit, huius coniecturae nec causa nec ratio potest afferri; nec minus dubia sunt, quae praeterea de itinere et privilegio proferuntur (cf. Boenhoff, Aldh. 75 sqq., Brightius, Chapters of early church hist.³ p. 410. H. Hahn, Bonifaz p. 45); cur ad ultimum Sergii annum (701) Jaffé in Regestis pontificum I² 245 n. 2140 itemque Hamilton in Willelmi editione descenderint, non video. Quod Faricius Aldhelmum a Sergio Romam* adscitum esse *dicit, Willelmus* causam eundi fuisse, ut monasteriis suis apostolica privilegia adquireret, *hoc utrumque ex interpretatione privilegii deductum esse puto; hoc utique constat, incidisse Aldhelmi iter in tempus id, quo inter homines Anglosaxonicos studium Romam peregrinandi summum fuisse Beda e. V 7 testis est. Ut Ceolfridus presbiter, abbas postea Girwensis et Wircmuthensis, condiscipulus Aldhelmi, cum Benedicto Biscopo Romam profectus erat* cupiens sui gradus officium plenius Romae, quam in Brittannia poterat, ediscere *(Hist. abbat. an. c. 10), ita Aldhelmus, Theodori, Hadriani, Wilfridi, propugnatorum ecclesiae Romanae, amicus et ipse causae Romanae deditissimus, Romam ideo petivisse videtur, ut cum sede ipsa ecclesiasticarum rerum rationem necteret et consuetudinem, simul id nimirum agens, ut, quemadmodum ab Agathone Benedictus (Jaffé, Registr. pont. n. 2106) monasterio suo impetraverat privilegium, ita suis monasteriis papae praesidium procuraret*

Ea, quae religiosae conversationis intuitu monachis, servis Dei, pro libera vivendi facultate conferuntur, non pro illecebrarum licentia, sed pro sedulitate bene conversandi et divinis servitiis[a] se ipsos singulari desiderio mancipandi procul dubio[b] a praesulibus atque cultoribus Deo decretae Christianae religionis[c] indulgentur, ut nexu humanae conditionis exuti, dum ab omni munere saecularium functionum efficiuntur[d] immunes, sicut professionis eorum regula protestatur, Deo penitus vacent et eius solius sint intenti servitio[e], pro cuius maiestatis reverentia non solum ab oneribus temporalium ditionum sunt liberi[f], sed etiam amore religionis maximo honore sunt[g] digni. Unde poscente[h] a nobis religione vestra[i], ut auctoris nostri, beati Petri[k], apostolorum principis, vice[l], cui creator et redemptor noster, Dominus Iesus Christus, claves ligandi atque solvendi in terra caeloque dignatus est impertire, cuius et nos, licet impares, ministerio fungimur et ecclesiam eius Dei dignatione disponimus[k], monasterium beatorum apostolorum Petri et Pauli[m], quod Meldum religiosae memoriae condidit, quod etiam nunc Meldumesburg vocatur, situm in provincia Saxonia, atque[n] aliud monasterium, quod in honore Sancti Iohannis Baptistae est in eadem provincia positum iuxta fluvium, qui vocatur Fron[n], quae[o] tuam religionem Deo cooperante provide dispensare[p] multorum veridica relatione ad nos pervolante[q] agnovimus[r], apostolicis privilegiis roboremus, piae devotioni facientes[s] assensum hortamur vos, in Dei laudibus et orationibus studiosos atque[t] pervigiles, abstinentiae, castimoniae, purificationi tenaciter inhaerentes[u], hospitalitatis atque humanitatis officiis deditos ac devotos, obedientiae atque humilitatis Christi existere vos amatores, circa invicem pia caritate concordes mandatis spiritalibus et sanctorum patrum regulis serviendo apostolicae fidei rectitudinem illibate servare, bonis studiis operam dare, humanitatem egentibus et peregrinis[v] impendere, ecclesiarum Dei praesulibus et sacerdotibus venerationem debitam exhibere, Deo vacare, saeculares curas et quaestus effugere, temperantiam et paupertatem diligere, psalmis et ymnis[w] spiritalibus[x] atque orationibus assiduis cum Deo colloquium inserere, abstinentiam tamquam purificationem corporis in cunctis vitae studiis adhibere, in omnibus Dei mandatis alterutros excitare et proficientes[y] in melius aemulari, sollicitos[z] circa sui salutem esse et in Dei praesidio confidere, immaculatos vos[a] non solum a contagione carnali, sed etiam a sermonibus et cogitationibus noxiis[b] custodire, ut castitas atque sobrietas corporis simul et spiritus vestri ante Dei oculos luceat, quatenus et interior homo gratia virtutis illustretur et exterior bonae conversationis atque opinionis laudem[c] optineat.

Quia igitur talibus oportet et[d] debetur pontificalis indulgentiae beneficium, praesentibus apostolicis privilegiis praedicta venerabilia monasteria decernimus munienda, quatenus sub iurisdictione atque tuitione eiusdem, cui et nos deservimus, auctoris nostri, beati Petri apostoli, et[e] eius, quam dispensamus, ecclesiae et nunc sint et in perpetuum permaneant, sicut tua religio petiit[f], nulliusque alterius iurisdictioni sint[g] subiecta nec quisquam[h] episcoporum aut[i] sacerdotum vel cuiuslibet ecclesiastici ordinis clericus[k]

---

a) seruiciis *R* b) procul dubio mancipando *W* c) religione *R* d) effitiuntur *(infra* offitiis, benefitium, provintia, fatientes, iuditio*)* *W* e) seruicio *R* f) liberali *R* g) sint *suprasc.* sunt *W cod. coll. Magd. Oxon.* h) poscente—tribuimus *etiam* W^2, una poscente *R* i) religione tua W^2 k) beati Petri *et* cui—disponimus *om.* W^2 l) uitae *R* m) Petri et Pauli apostolorum *R* n) atque—Fron *om.* W^2 o) quod W^2 p) dispensare didicimus *R* q) ad nos pervolante *om. W* r) quod tuam religionem prouide dispensare cognouimus *omissis* Deo cooperante *et* multorum—agnouimur W^2 s) fauentes *R*, piae petitioni fauorem tribuimus W^2 t) aque *R* u) inhabentes *R* v) peregrinis et egentibus *W* w) imnis *s. l.* h *W cod. coll. Magd. Ox.* x) spiritualibus *codd. edd.* y) perficientes *R*, profitientes *W* z) sollicitos circa sui salutem et profitientes in melius emulari *W cod. Ox., sed recto ordine indicato* a) sese *R* b) sermonibus noxiis et cogitationibus *W* c) exterior bonae conuersationis laudem atque opinionis *W cod. Oxon., sed corr.* atque opinionis laudem d) oportet et *om. W* e) et *om. R* f) ecclesiae, sicut tua religio petiit, et nunc esse et imperfectum permanere *R* g) esse *R* h) nec quemque *R* i) ac *R* k) clericum *R*

quoquo tempore in ea sibi qualemcumque iurisdictionem[a] defendere aut susceptionem vel[b] quaelibet munuscula a religiosa congregatione extorquere vel exposcere praesumat[c] neque in eorum oratorio episcopalem cathedram constituere aut missarum sollemnia[d] ibidem gerere, praetersi a religioso abbate et congregatione ascitus[e] advenerit. Presbiterum vero si necesse habuerint pro missarum sollemniis[f] sibi ordinari aut diaconum, a reverentissimo episcopo, qui e vicino[g] est, consecrandum expostulent, illo[h] dumtaxat[i], quae[k] ad sacram regulam pertinent, sub divino iudicio perquirente et absque muneris datione ordinante[l]. Si autem et religiosum abbatem obire[m] contigerit et ad electionem alterius fuerit ventum, illum, quem religiosa congregatio servorum Dei communi consilio delegerit[n] promovendum, e vestigio ⟨promoveat⟩[o], ut non detrimentum disciplina monachicae conversationis[p] incurrat vel res monasterii abbatis privatione depereant. Praesul similiter, qui[q] in propinquo fuerit, ex apostolici pontificis auctoritate orationem ei abbatatus[r] attribuat.

Dum haec ita sint, si quisquam episcoporum, presbiterorum[s] vel cuiuslibet ecclesiastici ordinis clericus sive etiam laicus, cuiuscumque dignitatis fuerit[t], haec, quae a nobis sub divino iudicio statuta sunt, transgredi vel temerare temptaverit, reum se noverit ante conspectum Dei[u] et a[v] participatione corporis salutiferi et sanguinis Domini
[Mathaeus 27, 5] Acta apost. 1, 18 nostri Iesu Christi[w] alienum. Condempnationem, quam Iudas Scarioth assecutus est,
Acta ap. 4, 5. 10 assequatur et ab apostolorum[x] principe, ut Ananias et Saphira, percellatur, nisi de incepto temerariae praesumptionis peniteat; vita vero, salus et beatitudo perpetua his, qui[y] haec conservaverint et conservari mandaverint!

Bene valete, dilectissimi fratres. Amen[z].

[Subscripserunt hoc privilegium, ut ex Anglosaxonica versione in codice Evangeliorum = Cotton. Otho C. 1 discimus (ab Hamiltone in nota ad Wilh. Malm. p. 371 sq. edita est), manus signo Aethelredus, Merciae, et Ini, Westsaxonum rex, et nomine suo Aldhelmus ipse; *addideruntque reges in subscriptione quae cum Anglosaxonica versione congruentia leguntur apud Willelmum Malmesberiensem — in cod. collegii Magdalenae Oxoniensis in margine sunt addita = Gesta pontif. p. 374 Ham.:* Decreveruntque quod [quaecumque] sors vel pacis vel disci[dii inter] regna Merciorum et Westsaxonum fieret, cenobia illa in ser[vitio Dei] otium exercerent.*]*

5.

Scriptum Aldhelmi abbatis et pontificis de successorum electione.

*Registrum Malmesb. I n. XXII = R Willelmus Malmesb. g. p. V 225 p. 379 Ham. = W Kemble, Cod. dipl. I n. *LIV = Anglia Sacra II 31. Giles opp. Aldh. p. 348.*

a. 705 Nihil[a] in[b] hoc saeculo prolixa felicitate perfruitur, nihil[a] diuturna dominatione[c] potitur, nihil[a] ⟨est⟩[d], quod non ad fatalem vitae terminum veloci cursu tendere videatur[e]; et ideo sic[f] nobis mundanarum rerum patrimonia[g] sunt perfruenda, ut tamen aeternae patriae emolumentis numquam fraudemur[h]. Hinc est, quod ego Aldhelmus, postquam me immeritum nullisque praedignis[i] moribus comprobatum in pontificatus officii sedem

a) iurisditionem *RW* b) susceptionem aut *R* c) praesumat *om. R* d) solempnia *R* e) conuocatus *R* f) solempniis *R* g) euicino *R* h) ille *R* i) duntaxat *W* k) quaeque *R* l) consecrante *R* m) obire *ex* obedire *cod. R* n) delegerit communi *R* o) *promoueat *om. RW* p) monachicae conuersationis disciplina *W* q) Praesul quoque qui similiter *W* r) abbatibus *R* s) presbyterorum *W* t) fuerit praeditus *R* u) Dei conspectum *R* v) a *om. R* w) nostri Iesu Christi *om. W* x) ab Ejus apostolorum *W* y) hiis quiqui *R* z) Amen *om. W*

[5] a) nichil *RW* b) in *s. l. W cod. Magdal. Oxon.* c) damnatione *R* d) *est *om. RW* e) terminum loci cursu protendatur *W* f) nobis sic *W* g) patrimoniae *R* h) fraudaremur *R* i) pene dignis *W*

divina gratia subthronizasset[a 1], proposui arcano[b] mentis meae affectu, ut monasteriis meis[c], quibus iamdudum in abbatatus[d] gradu constitutus suffragante Domino regulariter praefui[2], religiosum abbatem, quem sibi spontanea familiarum mearum optio consona voce elegisset[e], canonica ratione atque regulari sanctione constituerem[f]. His[g] voluntariis propositionibus meis pia monachorum meorum restitit pertinacitas et cum hoc sedulo saepiusque in conventu fratrum meorum fiducialiter[h] narrassem, nullus his votis meis placidissimum praebebat[i] assensum, dicentes quod[k] 'Quamdiu vitali vegetaris spiritu nobiscumque praesentis vitae deputaris stadio[l], tuae semper dominationis iugo humillima colla subdere non dedignamur; sed hoc supplici[m] prece communique rogatu deprecamur, quod sub sacra scripturarum testificatione et favorabilium virorum claro consensu corrobores, ut nullus post obitum tuum nec regalis audacitas nec pontificalis auctoritas vel aliquis ecclesiasticae seu saecularis dignitatis vir sine nostro voluntatis arbitrio in nobis sibi vindicet[n] principatum.'

Huic debitae monachorum meorum maxime[o] famulorum Dei petitioni libentissime consensi et in monasterio, quod iuxta fluvium, qui dicitur Winburna[p 3], situm est, cui venerandi regis nostri germana Cuthburga[q 4] praesidet, cum optabili famosissimi regis Ini[r] consensu et reverentissimi[s] fratris et coepiscopi mei Danihelis[t] nutu praesentatae professionis devotionem decentissimam[u] et vernarum Domini postulationem sacrae crucis signaculo confirmavi; itidem idem[v] venerandus rex et praenominatus pontifex pari devotionis manu subscripserunt nec multo post in sacrosancto concilio[w], quod iuxta fluvium, qui dicitur Noodr[x], congregatum esse dinoscitur, idem omnium Saxonicae gentis archimandritarum cum regalis potentatus assensu et pontificalis[y] prioratus nutu consensit auctoritas. Si quis vero contra haec tam illustrium personarum decreta moliri machinetur et sacra praesentis scedulae scita praevaricari praesumpserit, sciat se ante terribilem divinae maiestatis thronum cum praevaricatoribus praeceptorum Domini lugubri dampnationis iudicio percellendum[y]. Sunt autem haec nomina monasteriorum: Maldubesburg, Froom, Bradanford[z 5].

Scripta est huius confirmationis cartula anno ab incarnatione Domini nostri Ihesu Christi .DCC°V° indictione III[a].

[Subscripserunt Ina rex, Danihel episcopus, Ethelfrid patricius[b].]

---

a) subtronizasset *R* b) archano *RW* c) Maeldumesburgh *(Mailduneshurg Giles)* Froin *(From G)* Bradanford *add. R* d) abbatis *Giles* e) eligissent *W*, elegissent *R* f) constituerent *Giles* g) hiis *R* h) fiducianter *K* i) praebat *s. l.* be *W cod. Magd. Oxon.* k) quod *om. R* l) stadio deputaris *R*, studio *Giles* m) suplicii *W* n) uendicet *RK* o) maximeque *WK* p) Uuinburna *K*, Wymburnia *R*, Wenburnia *Giles* q) Cuthburg *RW*, Cuthburh *K cf. prosa de virg. I*, Cuthburga *Giles* r) Yni *R* s) reuerendissimam *K Giles* t) *sic W*, Danielis *R* u) deuoto nutu decentissimam *R = Giles*; deuotissimam, *sed. corr.* decentissimam *W cod. Magd. Oxon.* v) identidemque *W* w) consilio *R* x) Wodes *K*, Wodor *Giles* y) pontificali *R (pontificali, prioratus ed.)*, regali—pontificali *Giles* z) perculsurum *R* a) Sunt—Bradanford *om. R, sed conf. supra not. c. De forma* Maldubesburg *cf. Plummer ad Bedam II p. 310 sq.* b) Subscripserunt—patricius *(patritius cod.) W; in R et apud Kemblium:* (†) Signum

---

[5] 1) *anno 705; cf. Charta Loenfraedi a. 709 = Kemble I n. *LX* subthronizatus regali solio 2) *inde ab anno 675* 3) *Wimbourne in Dorsetshire* 4) *Codices recensionis primae Gestorum regum Anglorum (Willelm. Malmesb. G. r. A. ed. Stubbs I p. 35):* Habuit sane Ina sorores Cuthburgam et Quenburgam: Cuthburga Alfrido Northanimbrorum regi nuptum tradita, sed non post multum coniugio diducto primo apud Berkingum sub abbatissa Hildelida *(Hildelida abbatissa fuit 664 (675)—709)* mox ipsa magistra regulae Wimburnae Deo placitam vitam transegit. Vicus est modo ignobilis, tunc temporis insignis, in quo frequens virginum chorus terrenis desideriis castratis superos suspirabat amores. Accessit sacri caelibatus studio librorum Aldelmi De virginitate lectio, Berkingensium quidem nomini dedicata, sed omnibus eandem professionem anhelantibus valitura 5) *Willelm. Malm. Gesta pont. V § 128* Fecit et aliud cenobium iuxta fluvium, qui vocatur From; ... stat ibi adhuc et vicit diuturni-

manus Danielis (Danihelis *W*) episcopi (†) Signum Yni (Ini *W*) regis (†) Signum manus patricii Ethelfridi (Aethelfridi *W*). *De charta universa cf. H. Hahn, Bonifaz p. 12, 1. Boenhoff p. 90. Si non genuina est, at genuina Aldhelmi ad eam componendam videtur esse adhibita.*

tate sua tot saecula ecclesia in honorem Sancti Iohannis Baptistae constructa *(cf. privileg. Sergii p. 513, 15)* Necnon apud Bradeford tertium ab eo monasterium instructum crebra serit opinio . . et est ad hunc diem eo loci ecclesiola, quam ad nomen beatissimi Laurentii fecisse praedicatur. *Bradanfordense monasterium aliquot annis post From conditum est; in Sergii privilegio nondum commemoratur.*

CARMINA RHYTHMICA.

PRAEFATIO.

In praeclarissimo epistularum Bonifatii codice Vindobonensi 751 saeculo nono scripto, de quo post alios accuratissime egit W. Diekampius (N. A. IX 11 sqq.), foliis 38ª—39ᵇ legitur epistula nullo nomine inscripta (Epist. Mer. I 384), quam ex quo H. Hahn (Forschungen zur Deutschen Geschichte XXI 384) Lullo adscripsit, omnes rectissime eius sententiam sunt amplexi. Hanc Lulli epistulam, post versum recurrentem miro quodam artificio rectis versisque litteris inter se ligatis scriptum, nomina runarum et ludicra quaedam scribendi eiusdem litterae repetitione conprehensa sequuntur (cf. L. Traube, Karol. Dicht. p. 134, 4 et E. Duemmler ad Epist. Mer. I 384 sq.); haec autem in nova pagina (40ª), quae sexti quaternionis prima est, excipiunt carmina quatuor rhythmica insigne alliterationis studium prae se ferentia, quae octonarum syllabarum versibus, quorum binos rimus inter se conectit, composita propriaque inscriptione notata sunt incipit carmen AL̃, *quae inscriptio ante sequentia triá repetitur, cum primo carmini subscriptum sit* finit carmen aldhelmi.

Haec carmina — quinque autem sunt, non quatuor, cum tertium in duo secernendum esse doceat versus IV 9 mihi .. facunda funde famina, *cum in praecedentibus preces per tertiam personam sint conceptae (*Summum satorem .. peto .. tutamina tribuat*) — nihil ad epistulam praccedentem pertinere quamquam et codicis ipsius indicant indicia et probat argumentum, quod in epistula res Germanicas demonstrat, res Britannicas in carminibus, tamen ex quo Serrarius in Epistulis S. Bonifaci martyris (Moguntiae 1605) cum hac epistula, ordine codicis Vindobonensis deceptus, coniunxit, cum ea coniuncta manserunt, dum ea ita, ut iustum tandem recensionis interpretationisque iaceret fundamentum, edidit Philippus Jaffé in Monumentis Moguntinis (Berol. 1866) p. 38 sqq. Is cum recte vidisset, in epistula Aethilwaldi ad Aldhelmum (= Epistulae Aldhelmi (7) II p. 495 sq) carminis quarti mentionem fieri, haec carmina ab epistula anonyma seiuncta cum Aethilwaldiana, quae ipsa quoque in solo Vindobonensi servata est, coniunxit; quod recte viderat Jaffé, L. Traubius (l. l. p. 131) et H. Hahnius (Bonifaz und Lul p. 45. 181) recte longius persecuti etiam carmen de* transmarini itineris peregrinatione *in epistula commemoratum in carminibus nostris (= n. II) iam exstare monuerunt, cum Ph. Jaffé hoc ipsum* perincommode evanuisse *putaverit. Leguntur autem in epistula p. 496, 27 sqq. haecce:* Huic autem nostrae parvitatis epistulae trina cantati modolaminis carmina binis generibus digesta subdidimus, quorum primum dactilico heroici poematis exametro ac pedestri, ut autumo, regula trutinatum[1] et in LXX coaequantium vorsuum formulas, casu ita obtingente et *(l.* vel*)*, ut verius dicam, supernae dispensationis nutu moderante[2], divisum; tertium quoque non pedum mensura

1) *Hoc idem sibi velle puto ac* secundum quantitatem in pedibus metricis valentem *quemadmodum infra dictum est* non pedum mensura elucubratum *cf. epist. ad Leuth.:* centena metrorum genera pedestri regula discernere *et* qui (versus) certa pedum mensura trutinentur 2) *Cernitur in hisce* numeri septiformis *studium, quod in exordio epistulae ad Acircium uberrime explicaverat magister*

elucubratum sed octenis syllabis in uno quolibet vorsu compositis *(cf. W. Meyer, Nachr. d. Gesellsch. d. W. zu Götting. 1906 p. 213; et aliter W. Brandes, Mus. Rhen. LXIV 91)*, una eademque littera comparis *(sic cod. pro* comparibus*)* linearum tramitibus aptata cursim calamo perarante caraxatum transmittens dicavi; medium vero meo tuoque clienti Wihtfrido *(sic L. Traube,* Wynfrido *cod.)* de transmarini scilicet itineris peregrinatione simillimis itidem vorsuum et syllabarum lineis confectum representans porrexi. *His perlectis recte iudicasse eos, quos supra nominavi, viros doctos lubenter quivis concedet.*

Nec difficile est intellectu, qui factum sit, ut Aldhelmi nomine inscripta cum epistula illa coniungerentur. Exstat Lulli epistula ad Dealwinum magistrum (Epist. Mer. I 338 n. 71; cf. etiam in prolegomenis ad pros. de virg. p. 210), qua illum obsecrat 'ut sibi Aldhelmi episcopi aliqua opuscula seu prosarum seu metrorum aut rithmicorum dirigere dignetur ad consolationem peregrinationis suae et ob memoriam ipsius beati antestitis'. *Obsecutum esse magistrum discipulo docent epistulae Aldhelmianae inter epistulas Moguntinas insertae; cum hisce etiam rhythmi inter Aldhelmiana inventi trans mare venerunt et inter Lulliana sunt servati, cumque una cum Aldhelmianis et forsitan iam pro Aldhelmianis sint tralati, mirum non est, quod etiam nomine eius illustri sunt inscripti, ut Aldhelmi ipsius versus, qui in fine carminis de XII aris leguntur, in cod. Sangallens. 869 nomine Fortunati sunt inscripti, quoniam Aldhelmus cum Fortunato est traditus, et Sisebuti versus (anthol. Lat. 232, 4) nomine Isidori, quoniam in Isidori codice exstabant. Nam hoc mihi dubium non est, quin librarius Vindobonensis litteris* AL *cum signo abbreviationis scriptis indicare voluerit idem, quod aperte scripsit in fine carminis primi* (carmen) Aldhelmi, *non ut alii solverunt abbreviationem,* aliud.

Et licet ipsum epistulae Aethilwaldi testimonium duos saltem rhythmos non esse Aldhelmi coarguat, omnes tamen Aldhelmianae esse prosapiae multis indiciis apparet, ita ut in hisce scholae Malmesburiensis egregium habeamus documentum.

Ac metrum quidem a Scottis excultum ab Aldhelmo, ut alia, quae ab illis tradita aequalibus probari videbat (cf. ad epist. ad Ehfridum 487), receptum et ad discipulos imitatoresque propagatum esse videtur. Duo versuum octonarum syllabarum genera (cf. W. Meyer, Ludus de Antichristo = Acta Ac. Bav. class. philol.-philos. 1882 = Ges. Abh. I 219. 221) sunt secernenda: alterum, quod iam saeculo quinto adhibitum esse rhythmica Auspicii Tullensis epistula (Epist. Mer. I 155 n. 23; cf. W. Brandes, progr. Guelferbyt. 1905 et W. Meyer, Nachr. d. Ges. d. W. z. Götting. 1906 p. 194 sqq., M. G. Poetae lat. a. C. IV 614) docet, syllabarum extremarum concentum non flagitat, alterum numero syllabarum eodem comprehensum (Beda de arte metrica = Gram. Lat. VII 258 K) et rimo versus binos inter se excipientes coniungens apud Scottos excultum esse antiquissima eius exempla — inveniuntur in antiphonario Benchoriensi a Muratorio in Anecdotorum volumine IV (Patavii 1713) p. 127 sqq. et a F. E. Warren, The Antiphonary of Bangor, London 1893, edito — demonstrant: ymnum Sancti Comgilli abbatis nostri *(f. 15v)*, collectio ad secundam *(f. 18r)*, memoria abbatum *(f. 36v); accedit hymnus in codice Aurelianensi 146 saec. X servatus, ut hymnus St. Comgilli, abecedarius, quem edidit Ch. Cuissard in Revue Celtique V (1881/3) p. 207 sqq.: hunc sub finem saeculi VI a Columba Ionensi compositum esse editor eius suspicatus est, sed ob causas tam metricas quam grammaticas arcte eum cum Benchoriensibus eisque, de quibus hic agitur, coniunctum esse credam; notanda est etiam arcta eius cum Hispericis faminibus necessitudo, cum legatur in eo* dodrantibus *(51)* per metas tethis ignoti *(118)* suffultus Dei iduma: *sic legendum est pro* Suffultu Dei idama *v. 70; de* iduma = *manus cf. Stowasser ad Hisp. fam. 4, 21.*

Aldhelmum autem talia panxisse carmina, quamquam nullum integrum inter opera eius exstat, probari mihi videtur paucis quibusdam reliquiis, quae tamen satis idonea luculentaque sunt, praesertim si coniungas ea cum Lulli epistulae loco, quem supra attuli. Servata est hymni Aldhelmiani pars in prosa de virg. c. VII p. 235:

Christus passus patibula
Atque leti latibula
Virginem virgo virgini
Commendabat tutamini

et in fine chartae ab Aldhelmo conscriptae (Kemble, Codex dipl. I n. XVIII = charta III p. 512) hi versus eius leguntur:

Pax cunctis ⟨sit⟩ legentibus Consensumque prebentibus
Sitque laus utentibus Luxque perpes credentibus.
Virtus vita faventibus Rite constet senatibus
Anglorum atque coetibus, Qui dona firment nutibus.

Quantopere autem Aldhelmus rhythmo illi adsueverit, inde vel maxime apparet, quod, ut partes hexametri atque adeo hexameter totus, sic prosam scribenti ei intercucurrerunt talia, qualia leguntur in prosa de virg. c. XXIII p. 255, 6 sqq. praemisso Christi labaro | tutus et Christi vexillo | armatus nec venenata | draconum . . detrimenta | tremebundus extimuit. *Ab Aldhelmo igitur*[1] *transsumpta est forma ad carmina illa rhythmica pangenda formamque iam tritam factam ab Aldhelmo eiusque discipulis post illos adhibuerunt Bonifatius Lullus Bertgytha.*

Nec metro solo carmina illa inter se et cum Aldhelmo concordant, sed etiam in genere dicendi. Eadem in omnibus quaesita ac redundans elegantia, idem in omnibus studium vocabulorum rariorum (nota in his etiam dodrantibus *I 18,* tithis *II 51, nota* genuinis = *dentibus,* caeli camara*) et graecorum (*monarchia, archon, synaxis, doxa, agon, agape, amnestia, cosmus, carismata, aius (= ἅγιος), alitus, tipo = typhon, obrizum*), eadem operum Aldhelmianorum imitatio. Scholae vero Malmesburiensis institutionem hi fere loci ostendunt: I 31 Isidorum respexit auctor, v. 77 fortasse Gregorii moralia, v. 85 Hieronymum, v. 97 Isidorum; II 9 Sedulium laudavit; Lucae evangelium citatur, Iohannis evangelium et Epistulae Pauli exprimuntur. Denique ut Aldhelmum ipsum, ita carmina haec rhythmica imitati sunt Lullus et Bertgytha et Aelbwaldus cf. ad I 8. 121, II 183, III 17. 18, IV 75, V 3. 7. 8; de Aelbwaldo cf. infra p. 523.*

Iam vero ut de auctore eorum quaeramus, quamvis codex Vindobonensis eum nominet et sint, qui re non accuratius perquisita omnia ea pro Aldhelmi carminibus venditent, continuo Aldhelmum omittendum esse profitebitur, quicumque duo (II. IV) ab Aethilwaldo scripta, in primo Aldhelmum appellatum esse, in quinto auctorem ipsum nomen suum apposuisse viderit; restat igitur solum tertium, quod tamen verisimilius est composuisse eundem, qui composuit carmen quartum.

Sed quamquam omnia eandem prae se ferunt indolem, tamen non unius esse videntur, ut posuit Henricus Bradley in disputatiuncula in The english historical review XV (1900) 291 edita (vide ad I 1), qui omnia ab Aethilwaldo putat esse conscripta. Nam primum carmen recte L. Traubius vidit scriptum esse a clerico, etsi in eis, quae de tempore carminum explicavit, adsentiri viro doctissimo non possum. Quod enim posuit, inde, quod I 1 Aldhelmum alloquitur auctor: Lector casses catholice atque obses anthletice *oportere concludi carmen scriptum esse ante 675, quo Aldhelmus lector fuerit coenobii Malmesburiensis, nondum abbas, minime mihi videtur recte esse positum, cum eo tempore vix tantam iam acquisiverit auctoritatem, ut tam praeclara laude ornaretur; nam verba illa ita interpretor, ut poetam ad nomen Aldhelmi per transennam alludentem ipsum laudare voluisse arbitrer, quod ecclesiam catholicam Romanam fortiter tegat ab haereticorum i. e. Brittonum Scottorumque inimicitiis, et ingentibus suis viribus pro ea se interponat, nec,*

1) *Theodori versus ad Heddam episcopum (Hahn, Bonifaz p. 32, 2) item rimo conexi trochaico rythmo sunt compositi et bisyllaba in fine ponunt.*

cum appellet eum lectorem, *ecclesiasticum eius gradum indicasse, sed vocabulum illud idem hic sonare ac* praeceptorem: *confer, ut unum hic afferam exemplum, Scotti cuiusdam Aldhelmum praedicantis verba (Epist. Mer. I 327 = p. 494)* fulgor, ceu dictum est, sapientiae prae multis in te fulget lectoribus *(cf. epist. Cellani p. 498), et confer, quod in epistula Aethilwaldi legitur p. 496, 5* 'mi amantissime purae institutionis praeceptor'; *si autem propter carmen hoc etiam iter, quod in altero carmine describitur, ante 675 factum esse opinatur Traubius, neglexit, quod ipsa, in qua illud commemoratur, epistula secundum inscriptionem missa est ad Aldhelmum iam abbatem; nec potest ad primam abbatatus Aldhelmi partem referri iter illud eiusque descriptio, si vera sunt, quae de Aethilwaldo infra disputabo. Sed de auctore carminis primi rem acu tetigisse mihi videtur Traubius: nam clericum indicari puto versibus 127 sq.* Tum binis stantes classibus Celebramus concentibus Matutinam melodiam Ac synaxis psalmodiam; *scriptum autem illud puto post 705, quo episcopus factus erat Aldhelmus, quoniam Domnonia et Cornubia, quo iter susceptum est, ad episcopatum Aldhelmi tum pertinebant (cf. ad I 9); sed hoc pro incerto in medio relinquam.*

Attamen quod primum carmen a ceteris separandum esse dixit Traubius, hoc non sola auctoris persona, sed etiam aliis quibusdam indiciis, quibus differt a ceteris quatuor, quamvis in aliis plurimis concordet, mihi quidem satis luculenter videtur comprobari. Nam cum II 143. 152, IV 67, V 30 ceu *dissyllabum sit, I 175* heu *diphthongum habet (cf. Traube, Karol. Dicht. p. 112 sq.); cum scriptor carminum II — V repetitionis figuram (*sic, sic, —illis, illis *etc. in initio versuum in deliciis habeat (II 157, III 35, IV 65. 69, VI 9. 45), eam auctor primi non adhibet; cum in carmine primo nullus legatur versus, in quo rimus inter duos versiculos — sufficere unius litterae concordantiam epistula Aethilwaldi p. 497, 1 testatur — per unam consonantem* s *efficiatur non eadem praecedente vocali (v. 151* dubiis *coniectura est parum verisimilis), in ceteris quatuor undecim, in solo secundo non minus septem, leguntur exempla; alliteratio rarius in primo quam in quatuor sequentibus omittitur; quod in quatuor ultimis quater (II 26, IV 2, V 9. 68) legitur* herus = deus *et quod bis (III 1, V 21) legitur* sator = parens, *frustra in primo quaeras.*

Reliqua autem quatuor unum composuisse puto Aethilwaldum, quod quibus rationibus demonstrari putem, ad singula adscripsi carmina; hic colligam, quae Aethilwaldum eundem fuisse suadent ut putemus, qui postea regnavit in Mercia inde ab anno saeculi octavi sexto decimo ad quinquagesimum septimum (cf. Plummer ad Bedae Hist. eccles. V 23 = II p. 342). Ac primum optime consentiunt, quae leguntur in Aldhelmi ad Aethilwaldum epistula, cum eis, quae Bonifatius quadraginta fere annis post ad Aethilwaldum, Merciae regem, scripsit (cf. ad epist. ad Aethilwaldum p. 499 sq.). Monet Aldhelmus iuvenem, ne vanissimis oblectamentis huius mundi nimium se subiciat in cotidianis potationibus et conviviis superfluis, in equitandi vagatione culpabili, in voluptatibus execrandis, ne pecuniae gloriaeve amori nimis inserviat; *apud Bonifatium autem scripta videmus haecce (Epist. Mer. I p. 342, 26 n. 73):* si in iuventute adolescentiae tuae putredine luxoriae inquinatus et foetore adulterii involutus et voragine libidinis . . demersus fueras, iam tempus est, ut . . . resipiscas; *ibid. p. 343, 14* Praeterea nuntiatum est nobis, quod multa privilegia ecclesiarum et monasteriorum fregisses et abstulisses inde quasdam facultates . . *p. 345, 9* Incipe ergo melioribus moribus vitam componere et praeteritos errores iuventutis corrigere. *Neque vero minus bene consentiunt, quae adnotavi ad carm. V de Aethilwaldo et Offa amicis, quae vel sola commovere me posse confiteor ad sententiam illam sequendam. Accedit, quod, quae in epistulae Aethilwaldi initio legimus p. 495 (*Aestivi igitur temporis cursu quo immensis feralium passim congressionum expeditionibus haec miserrima patria lugubriter invidia vastatrice diffamatur*) facile declarantur, si conferas, quod in vita Guthlaci Felix II § 20 narravit* Coinredi *(Merciorum 704—709 regis)* diebus Britones, infestos hostes Saxonici generis, bellis praedis publicisque vastationibus Anglorum gentem deturbasse *cf. ad p. 495 adn. 3. Sed si verum est, quod haec testimonia indicare videntur, Aethilwaldum*

Aldhelmi discipulum eundem esse atque Merciorum regem, vix ante annum 680 natum eum esse putandum erit, ita ut carmina eius non ad initium, sed ad finem abbatatus Aldhelmi sint referenda; sic bene etiam quadrat, quod ad abbatem Aldhelmum Aethilwaldus scribit p. 496, 10, se ab illo ab ipsis tenerrimae cunabulis infantiae ad vegetam usque pubertatem *esse provectum. Addo, etiam id, quod se p. 496, 20 cum Robuam, Salomonis filio, confert (cf. H. Hahn, Bonifaz p. 179), etiamsi translate haec omnia dicta sunt, facilius pleniusque posse intellegi, si Aethilwaldus re vera regii erat sanguinis. Satis vero constat Aethilwaldum, ubi Ceolred a. 709 Merciae regno potitus sit, in exilium esse eiectum (cf. Felix, Vita Guthlaci § 26, Lappenberg, Gesch. von England I 219) et per hoc exilii tempus accidit, quod de Hova comite eius narratur. Sed licet carmina III et V possint revocari ad Aethilwaldi exilium, nihil tamen continent, quo revocare eo illa cogamur.*

Ut igitur omnia quatuor ab eodem viro conscripta esse videntur, ita non uno eodemque tempore sunt composita. Primum compositum esse c. IV ipse auctor in epistula ad Aldhelmum testis est; non multo post eum scripsisse c. II inde apparet, quod una cum quarto hoc misit ad Aldhelmum; carmina V et III aliquanto post sunt conscripta sed vivo etiamtum Aldhelmo, ita ut illi oblata postea inter ea, quae collecta exstabant, invenirentur.

Restat, ut de quaestione dicam cum carminibus illis coniuncta.

Vidimus supra epistulas inter se misisse Bonifatium et Aethilwaldum, e quibus tamen duae tantum inter Bonifatianas supersunt, quas scripsit Bonifatius Epist. Mer. I 337 n. 69 et 339 sqq. n. 73. Puto latere sub alio nomine unam, quam illi scripsit Aethilwaldus. Epist. Mer. I 361 n. 81 legitur epistula Aelbwaldi Aestanglorum *regis, quae concluditur versu ex Aethilwaldi carmine desumpto cf. ad II 183; in eadem epistula legitur:* in septenario numero perfecti saepe designantur, *cum in epistula ad Aldhelmum (cf. supra p. 496, 29) Aethilwaldus profiteatur se plurimum numero tribuere septenario; denique, ut etiam grammatici aliquid accedat, ut Aethilwaldus V 73 scripsit* Inque locet *(sc.* te*)* aethereum Caelestis sceptri gremium, *sic auctor epistulae:* qui vos in episcopatus regimen ponere voluit. *Nec omittendum, quod Felix in praefatione vitae Guthlaci Aethilwaldum* orientalium Anglorum rite regmina regentem *appellat. Haecne sufficiunt ad epistulam illam Aethilwaldo adscribendam? Editores quidem Actorum Sanctorum (April. II p. 38 annot. a) hunc eundem fuisse aiunt et scriptorem epistulae.*

Editionem Gilesii repetiit Migne, sed tam perverse is omnia confudit, ut apud eum intelligi carmina non possint; nam quae apud Gilesium ita impressa sunt, ut qui coniungendi essent versus iuxta ponerentur, ea ita posuit Migne, ut, quae in singulis paginis partita legerentur, continuo inter se coniungeret: sequuntur igitur post 1. 2 versus 3. 5. 7. 9 etc. deinde 4. 6. 8. 10 etc. Quid legisse sibi visus sit Migne carminum versiculis sic dispositis, prudenter reticuit. Optime versus rhythmicos Philippus Jaffé in Monumentis Moguntinis p. 38—48 et Ernestus Duemmler in Epistulis Merovingicis I p. 240—247 ediderunt.

I.

CARMEN[1] (CLERICI CUIUSDAM IGNOTI) AL(DHELMO DATUM).

Post iter per Domnoniam Cornubiamque factum auctor carminis in aulam hospitis seu potius in hospitium monasterii alicuius ad fluvium (v. 50) prope mare (v. 99) siti — fortasse Adecastransis cf. Bright, Chapters of early english church history[3] *p. 353 — devertitur, cui vicina est ecclesia. Tempestatem, qua illic opprimitur, gravissimam*

1) incipit carmen $\overline{\text{AL}}$ *V*

describit gravissimamque cladem, qua casa illa diruitur, sospite basilica monasterii, ubi ipse cum monachis [et sanctimonialibus?] matutinam cantaverat. Unum carmen est bipertitim (1—114. 115—200) compositum, non duo sunt carmina, ut putat Boenhoff, Aldhelm p. 118; ad Aldhelmum scriptum est, non ab Aldhelmo, ut putant A. Ebert, Hist. lit. I² 632, A. Baumgarten, Hist. litt. Gr. et Lat. I 273, M. Manitius, Hist. litt. christ. p. 493, indicio codicis Vindobonensis adducti; auctorem fuisse clericum recte primus vidit L. Traubius (Karol. Dicht. p. 130 cf. supra p. 521), non Aethilwaldum, ut posuerunt H. Hahn, Bonifaz u. Lul p. 181, Manitius, Zu Aldhelm und Beda p. 11, H. Bradley, The english histor. rev. XV (1900) 291. Cum Cornubia et Domnonia partes fuerint dioecesis Scherburnensis i. e. episcopatus Aldhelmiani (cf. Will. Malmesb. gesta pontif. II § 79 p. 175 Ham.), haud absonum videtur conicere, carmen compositum esse a clerico Malmesburiensi ab episcopo per illas dioecesis partes ob causam nescio quam misso, qui magistro eidemque episcopo abbatique suo post reditum ea, quae viderat atque expertus erat in itinere, narravit illiusque rogatu litteris postea mandavit. Cum neque lectoris *(cf. supra p. 522) neque* ymnistae *vocabulum ad monastica munera referendum esse putem, sed altero magistrum, altero poetam hymnicis versibus sua decantantem significari (cf. prosam de virg. c. XVIII p. 248, 4* ut devictis aemulorum hostibus dulcem melodiam hymnista modulaturus proclamet*), non ante 675, sed post 705 scriptum esse credo.*

Lector, casses catholice
Atque obses anthletice,
Tuis pulsatus precibus
Obnixe flagittantibus
Ymnista carmen cecini
Atque rem sponsam reddidi,
Sicut pridem pepigeram.
Quando profectus fueram
Usque diram Domnoniam
Per carentem Cornubiam
Florulentis cespitibus
Et foecundis graminibus,
Elementa inormia
Atque facta informia
Quassantur sub aetherea
Convexi celi camara,

[I] 1 Rector *M. Haupt* casae *Jaffé* catholicae *V* 2 ospes *Jaffé* anthletice *V*, athletice *edd. sed cf. Aldh. prosa de virg. XXXIV p. 276, 11, XXXVI p. 283, 21 et H. Zimmer, Nachr. der Gött. Ges. d. Wiss. Hist.-phil. Kl. 1895 p. 159, cf. ad carm. de virg. 1190; sic etiam sanctimonialis anglosaxonica, quae vitam Willibaldi scripsit Mon. Germ. Script. XV 1 p. 104, 16* Christi anthletus 6 responsa *V, corr. Jaffé* 9 dōnoniam *V*

[I] 1 lector = *magister: item Dud Bonifatium alloquitur PlaC I 16* casses catholicus *(cf. L. Traube, Karol. Dichtungen p. 130; hic* lectoris *vocabulum ad dignitatem monachialem rettulit cf. p. 521 sq.) et* obses anthleticus *appellatur Aldhelmus, qui ipse se in epistula ad Wihtfridum (Willelm. Malmesb. gest. pont. V § 188 vide p. 479 adn. 1)* priscam protectionis galeam *dixit memor nimirum epistulae Pauli ad Ephes. 6, 17* galea salutis. *Item Aethilwaldus eum IV, 15 et 51* cassem priscum *alloquitur, cum § 59* Althelmum *eum dicens* altissimum *alio veriloquio laudet: de hoc more per nominis etymologiam ludendi cf. P. de Winterfeld, PlaC IV 264 sq. Tertiam etymologiam Faricius affert (p. 357 Giles)* Ald enim, ut aiunt barbarice, senex interpretatur, inde Aldhelmus quasi senex almus. — *Aliter versum interpretatus est H. Bradley (The English hist. review XV (1900) 291) per* casses *et* obses *virum indicari censens, cui nomen fuerit* Helmgisl; *sed carmina haec omnia aut ad Aldhelmum pertinent aut ad Aldhelmum sunt missa. Ad carmen confer etiam Grimm, Altdeutsche Wälder I 127* 3 *Aldh. carm. eccles. IV 13, 3:* Hos precibus .. crebris .. pulso *cf. carm. de virg. 31. 1524. 2814, epist. Aelbwaldi Epist. Mer. I 361, 30* altithronum .. precibus pulsantem, 8 *Epist. Lulli Epist. Mer. I 425, 10* quae pariter pepigimus, quando profectus fueram *cf. ibid. 31* Quae pepigimus pariter memorare vivaciter 9 Domnonia *(Devonshire) et* Cornubia *(Cornwallis) ad dioecesin Schireburgensem, cuius episcopus Aldhelmus fuit, pertinebant cf. Willelm. Malm. g. p. II § 79* 13 *Aldh. prosa de virg. c. XXVIII p. 264, 20* cum .. inormia creaturarum elementa in melius mutata claruerint 16 *Hisp. fam. p. 7, 3 Stow.* almi scandunt camaram firmamenti *cf. ibid. p. 11, 22*

Dum tremet mundi machina
Sub ventorum monarchia.
Ecce, nocturno tempore,
Orto brumali turbine,
Quatiens terram tempestas
Turbabat atque vastitas,
Cum fracto venti federe
Bacharentur in aethere
Et rupto retinaculo
Desevirent in saeculo.
Tum libertate potita
Et servitute sopita
Spissa statim spiramina
Duelli ducunt agmina,
Quibus bis sena nomina
Indiderunt volumina.
Horum archon, atrociter
Fumam verrens, ferociter
Furibundus cum flamine
Veniebat a cardine,
Unde Titanis torrida
Labuntur luminaria;
Cumque flatus victoriae
Non furerent ingloriae,
Tremebat tellus turbida
Atque eruta robora
Cadebant cum verticibus
Simul ruptis radicibus.
Neque guttae graciliter
Manabant, sed minaciter
Mundi rotam rorantibus
Umectabant cum imbribus.
Cum praepollenti pluvia
Essent referta flumina,
Turbo terram teretibus
Grassabatur grandinibus,
Quae catervatim caelitus
Crebrantur nigris nubibus.
Neque caelorum culmina
Carent nocturna nebula,
Quorum pulchra planities
Perlucebat ut glacies,
Donec nimbo ac nubibus
Torve teguntur trucibus.
Nam tenebrescunt turbine
Disrupto rerum ordine
Germanae Phoebi numina
Atque praeclara lumina;
Neque flagrabat flammiger
Ductor dierum Lucifer,
Sicut solet sepissime
Auratum sidus surgere,
Sed caecatus caligine
Velud furva fuligine.

---

23 fracti *V* 33 archons *V* 34 *famam *V*, fumum *Jaffé cf. IV 23*, fuma terra *C. Gl. V 240, 21 et al. cf. IV 23* 35 flaminae *V* 40 furirent *V* 58 glaties *V* 60 crucibus *V* 63 germane *V* 66 doctor *V*

---

17 *Aldh. carm. de virg. v. 158* praesentis machina mundi *Duemmler cf. v. 1352. 1386. 1679 et aenigm. 100 (XIII), 78 — de virg. v. 522* monarchia mundi — regnat *cf. v. 134* 20 brumalis turbo *non est* hiemalis tempestas, *cum media aestate (v. 182) incidat, sed* = ferocissima tempestas, *ut C. Gl. IV 22, 3. 473* aspera hiems *declaratur per* violenta tempestas 31 *Ut auctor Hispericorum faminum (p. 13, 26 Stow.* bissenos phisici efferunt zephiros*), poeta Isidorum respexisse videtur Orig. XIII 11 (de nat. rerum XXXVII) cf. etiam carmen de ventis Anthol. Lat. n. 484 R., v. 3* atque ita bis seno circumdant flamine mundum *(sed cf. etiam G. Becker ad Isid. De nat. rer. p. XVIIII). Isid. De nat. rer. XXXVII* Ventorum primus cardinalis Septentrio frigidus et nivalis flat rectus ab axe. *carm. de ventis (Becker l. l.) v. 60* Hi sunt bisseni quadro sub cardine venti 34 *Verg. Aen. I 59* maria ac terras caelumque profundum Quippe ferant *(venti)* secum verrantque per auras *Ovid. met. VI 705* pulveream — verrit humum 47 *Aldh. prosa de virg. c. IX p. 237, 6* triquadram mundi rotam *D.* 48 *Aldh. epist. ad Gerunt. p. 485, 5 (*dominicos pedes fusis lacrimarum*)* imbribus umectantem *D., de virg. v. 1907* umectans imbribus *(ora) = carm. eccles. I 9. II 9* 51 turbo terram grassabatur *cf. C. Gl. V 299, 17* grassari humiliare ferire caedere 55 *infra v. 94* late per caeli culmina *cf. etiam IV 34. V 15. Aldh. de virg. v. 2* Lucida stelligeri qui condis culmina caeli, *v. 2816* stelligeri scandentes culmina caeli, *v. 2877* per caeli culmina sancti 57 *II 153* pulchra ceu planities 70 *Aldh. prosa de virg. XLIV p. 296, 21 (*ut cacabatum*)* furvae fuliginis *(*atramentum*) D.*

Plaustri plane pulcherrima
Non conparent curricula
Aquilonis a circio
Cursum servantis sedulo,
Ac totidem torrentibus
Septem latet lampadibus
Pliadis pulchra copula
Ab Athlantis prosapia:
Haec conscendunt per ethera
Ab ortu solis sidera.
Tunc pari lance limpida
Librae torpebat trutina;
Zodiacus cum cetera
Cyclus fuscatur caterva,
Quem Mazaroth reperimus
Nuncupari antiquitus,
Bis senis cum sideribus
Per Olimpum lucentibus;
Nec radiebat rutulus,
Sicut solebat, Sirius,
Quia nubis nigerrima
Abscondunt polos pallia.
Attamen flagrant fulmina
Late per caeli culmina,
Quando pallentem pendula
Flammam vomunt fastigia,
Quorum natura nubibus
Procedit conlidentibus,
Necnon marina cerula
Glomerantur in glarea,
Qua inruit inruptio
Ventorum ac correptio.
Per pelagi itinera
Salsa spumabant equora,
Cum bulliret brumalibus
Undosus vortex fluctibus;
Oceanus cum molibus
Atque diris dodrantibus
Pulsabat promontoria
Suffragante victoria:
Sic turgescebat trucibus
Pontus ventorum flatibus
Infligendo flaminibus
Scopulosis marginibus.
Quid dicam de ingentibus
Altithroni operibus,
Quae nullus nequit numero
Conputare in calculo?
En, multa in miraculo
Nunc apparent propatulo:

72 curricola *V* 82 Libre torpębat *V* 89 radiebat *sic V cf. Traube PlaC III 796, Hrotsvit Agnes. 258;* rutulus *sic V cf. V 37 fragm. Lux. Hisp. fam. Nachr. der Götting. Ges. der Wiss. 1895 p. 123, 20* 91 nugerrima *V* 97 quarum *V* 101 *ruit *V*, furuit *Traube* 113 fāminibus *V* 119 En multa. In miraculo *Jaffé* 120 apparet *Jaffé*

77 *sq. Aldh. prosa de virg. c. XLIX p. 304, 4* (Demetrias) nobili stirpis prosapia oriundum; *sed cum non generis Atlantis sint Pleiades, sed ipsius filiae, credo legendum esse* ab Athlante prosapia. — *Gregor. Moralia XXIX in caput XXXVIII Iob § 73* Pleiades quippe ab Oriente .. surgunt 85 *Repperit auctor hoc apud Hieronymum epist. 64, 19 (= I 365 Vallars.):* Nam et in Iob *(= 38, 31)* Arcturum et Orionem et Mazuroth hoc est zodiacum circum et caetera astrorum nomina legimus *D. Hieronymus formam nominis ex LXX sumpsit, cum secundum textum hebraicum legendum fuisset* Masaroth; *itaque etiam in versu forma illa restituenda videtur. Similis doctrinae ostentatio etiam apud Aldhelmum in praef. aenigmatum v. 4 exstat, ubi alterum verbum hebraicum adhibetur* torsisti membra Behemoth 92 *(vide etiam 84) Carmen de commentario in apocal. Ioh. (Neues Archiv VI 510)* Noctis qua clarum non fuscant pallia lumen 94 *cf. ad v. 59* 96 *Verg. VIII 259* incendia vomentem, *ibid. 620* flammasque vomentem, *Ovid. met. V 353* flammamque .. vomit, *Aldh. aenigm. 52 (VI), 5* Quae flammasque focosque laremque vomentia fundunt 97 *Isidorus De nat. rer. c. XXX* Aiunt naturalium scrutatores causarum, quod ex conlisione atque adtritu nubium fulgura generentur 104 *Verg. VIII 689* totum spumare .. aequor 108 *(cf. 100) Aldh. epist. ad Ehfrid. p. 489, 13* inormesque dodrantium glareas *(ubi vide notam). Est vox Hisperica; lunam paene completam, quae 'maritimos aestus maximos in oceano efficere consuevit' (cf. Stowasser ad Hisp. fam. p. 33) significans, deinde aestum ipsum: Hisp. fam. p. 13, 30* pollentemque tonuit rapere dodrantem, *12, 1* vastaque tumente dodrante inundat freta; *cf. etiam Columbae rhythmos a Chuissardio Revue celtique V 207 sqq. editos v. 50 sq.* Invehunt nubes pontias Ex fontibus brumalias Tribus profundioribus Oceani dodrantibus Maris

Clara Christi clementia
Per haec facta recentia!
Cum quarta gallicinia
Quasi quarta vigilia
Suscitarent sonantibus
Somniculosos cantibus,
Tum binis stantes classibus
Celebramus concentibus
Matutinam melodiam
Ac synaxis psalmodiam:
En, statim fulcra flamine
Nutabant a fundamine;
Tigna tota cum trabibus
Tremibunda ingentibus
Vacillabant ab omnibus
Aulae pulsata partibus.
His tantis tempestatibus
Ac terrorum turbinibus
Nostra pavent precordia,
Tot monstrorum prodigia
Quando cernebant lumina:
Tectorum laquearia
Horrisonis fragoribus
Concuti ac creporibus.
Tum tandem cursu caterva
Confracta linquens limina
Portum petit basilicae
Populante pernicie:
Hic pelluntur pericula
Per Matris adminicula!
Quidam discrimen † duobus
Devitantes cum saltibus
Per devexa ac lubrica
Clivosi ruris latera
Metuebant magnopere
Casam contritam crepore.
Porro cum tetrae tenebrae
Preterissent et latebrae
Fatescente velamine
Orto iubaris lumine,
Scissa ceca caligine
Quasi mortis imagine,
Tunc videns ab ecclesia
Tigilli fusa fragmina,
'En, inquam, noctis horrida
Nunc apparent spectacula!
Ecce, casae cacumina
Cadebant ad fundamina,

136 pulsatis *V* 148 propellente *Jaffé, sed cf. in adnotatione* 151 duobus *V*, dubiis *coni. Jaffé, recepit Duemmler* 152 diuitantes *V* 156 contritum *V* 157 tetro *V* 159 fatescentes *V* 160 iuuaris *V* 163 uident *Jaffé*

121 facta *sc.* est: *verbum substantivum q. d. (*est, sunt*) in his carminibus non invenitur usurpatum. Aldh. de virg. v. 2088* saeva pericla duelli Protinus auferret solita clementia Christi. *Epist. Berthgythae ad Baltnardum Epist. Mer. I 429* Clara Christi clementia celsae laudis in secula 127 *Aldh. prosa de virg. c. XXX p. 286, 14* Cuius rei regulam .. binis classibus canora voce concrepans et geminis concentibus Osanna persultans cum iucundae iubilationis melodia concelebrant. — *carm. eccles. III v. 47* classibus et geminis psalmorum concrepet oda, *Aethilwulf XV 24, XXI 14. 23 (Traube, Karol. Dicht. p. 36)* 130 synaxis *(= collecta) officium ecclesiasticum, canonicam precationem chori, cursum psalmorum significat; regula St. Bened. c. XIIII describit*, in nataliciis Sanctorum qualiter agantur vigiliae *cf. Aldh. prosa de virg. c. LX p. 322, 14* quatenus in sancta synaxi cum veneranda monasticae classis caterva .. creatori .. orationum holocaustomata .. obtulerit, *Aelbwaldi (Aethilwaldi?) epist. ad Bonifatium Ep. Mer. I 363* memoriaque nominis vestri in septenis monasteriorum nostrorum sinaxis perpetua lege censeri debet 136 aula, casa, tigillum, tecta *idem significant aedificium* 143 *Aldh. prosa de virg. c. XXX p. 261, 12* fragore horrisono = *XLVII p. 300, 22 (in tempestatis descriptione) D.* 148 populante *pro* pullulante *ut in fam. Hisp. cf. F. Jenkinson, Fam. Hisp. p. 85 sq.* 150 *c. III 27* Alma per adminicula Hostium demat spicula 159 *sq. = deficientibus tenebris cf. Aldh. prosa de virg. c. XXXV p. 279, 15* limpidissimo lanternae lichino tenebrosa caligo fatescit; *similiter epist. ad Ehfr. p. 490, 13* facessante noctis nebula *(cf. ibi adnotata), prosa de virg. c. IV p. 231, 14* facessante crepusculo et exorto limpidissimi solis iubare. *Epist. ad Acirc. p. 65, 14* furvis tenebrarum latebris cessantibus et nocturnis umbrarum latibulis fatescentibus exorto crepusculo clarum et croceum limpidissimum iubar totis terrarum finibus infunditur 164 Tigillum = *tectum Corp. Gl. V 648 cf. Aldh. de virg. v. 1028. 2402, prosa c. XXXII p. 272, 5* in proprii domatis tigillo *cf. Progr. Goth. 1904 p. 8* 166 *cf. supra v. 120*

Qua solebant lautissimae
Sumi dulces deliciae!
En, genestarum aprica
Frondosarum velamina
Pelluntur parietibus
Flabrorum arietibus!
Heu! tectorum tutamina
Prosternuntur in platea;
Ecce, crates a culmine
Ruunt sine munimine!
Flatus saevi spiramina
Haec fecerunt ludibria.
Et nisi natalicia
Pauli sancti sollemnia
Tuerentur trementia
Timidorum precordia,
Forsan quassato culmine
Quateremur et fulmine,
Quemadmodum crudeliter
Novies binos circiter
Propalant evangelica
Trini Tonantis famina
Turris fregisse fragmina
Cum inmensa maceria.
Ergo Christo in commune
Adempti a discrimine
Grates dicamus dulciter
Manenti inmortaliter!
Doxa Deo ingenito
Atque gnato progenito
Simul cum sancto superna
Flatu regenti saecula!'

II.

AETHILWALDI CARMEN DE TRANSMARINI ITINERIS PEREGRINATIONE AD WIHTFRIDUM.

Tres viri, ex quibus duo fratres erant (cf. ad v. 19), Romam proficiscuntur; aliquantum temporis illic morati mortuo fratre altero post duas hiemes duo superstites in patriam revertuntur donaque plurima tam praestantia sua quam novitate animos maxime allicientia secum referunt. — Carmen hoc dubium non est quin recte Traubius et Hahnius coniecerint esse idem, quod Aethilwaldus in epistula ad Aldhelmum data significavit, cum scripsit p. 497, 3: medium *(ex tribus carminibus cum epistula missis)* meo tuoque clienti Wihtfrido *(sic L. Traube)* de transmarini scilicet itineris peregrinatione simillimis itidem vorsuum et syllabarum lineis confectum *(cf. ad carm. IV)* representans porrexi. *Sed hoc ut certum videtur, ita de ceteris ambigendum est, nisi quod ex epistula ad Aldhelmum data ipsa consequitur, eam ante annum 705 esse scriptam; maxime autem cavendum, ne quid, quod primo carmine videatur indicari, ad huius carminis interpretationem adhibeatur, cum illud ab alio auctore sit compositum. Nimirum illud cum hoc ea sola re, quod ipsum quoque ad Aldhelmum missum est, cohaeret.*

Nuper dein labentibus
Binis brumae temporibus
Absque mora meatuum
Mox completa vergentium

---

169 que *V* lautissime *Jaffé et Duemmler* 173 uelluntur *Jaffé* 174 fabrorum *V, corr. Haupt* 185 *quassati *V* flamine *cj. Jaffé* 200 regenti *Jaffé*, regente *V* *In fine* finit carmen aldhelmi *V*

[II] incipit carmen ad *V* 1 de inlabentibus *V* 2 uiuis *Jaffé et Duemmler* brunae *V* 3 Atque *Jaffé et Duemmler*

---

182 = *Iunii die 29* 190 *Lucas 13, 4* omnes similiter peribitis, sicut illi decem et octo, supra quos cecidit turris in Siloam et occidit eos. — propalare: *vide ad epist. ad Leuther. p. 476 adn. 5* 197 *Aldh. epist. ad Ehfr. p. 490, 7* ad doxam onomatis cyrii

[II] *2 sqq. Versus primi circumscribere videntur, quod simplicius dici potuit* per duas hiemes continuas. *Versum, quem in sequentibus indicavit, esse Sedul. carm. pasch. II 139 (*quas etenim volitans per tempora mundus Novit habere moras*?) recte vidit L. Traube, Acta Acad. Bav. cl. philos.-philol. XIX 11*

(Quemadmodum mellificis
Heroicorum vorsibus
Inlustris quondam poeta,
Romae urbis indigena,
Stili calamo stridulo
Caraxante persedulo
Sacris inserit scedulis
Doctiloquus Sedulius,
Evolutam labilibus
Mundi molem rotatibus
Protelata praepatulis
Intervalla obstaculis
Pepulisse perniciter
Parum sistens stabiliter)
Trini fuere famine
Viri absque cunctamine
Divulgati per aethera
Summi Olimpi supprema,
Virtutum quos redimita
Cristatos cingit corona;
Parta namque per fabricam
Aethralis Heri vegetam,
Fides necnon trilicibus
Girat thoracis humeros.
Sic truduntur tyrannidis
Tela labaro tyronis,
Quibus horrende inruit,
Imber veluti ingruit;
Bellicosus in agone
Christi, adverso agmine
Consternatus quo quiritat
Fur vix erectus, indicat:

5 *an* mellifluis? *cf. ad epist. Cellani p. 498 adn. 2* 15 protellata *V*, prae patulis *V* 20 cuntamine *V* 21 deuulgati *V* 25 paeta *V* 26 uegitam *V* 27 fidei *V, corr. Traube* trilices *Jaffé* 28 girant *V, corr. Traube* humeris thoraces *Jaffé* 30 te labiosa *V, corr. Traube* vi osa *Jaffé* 35 quod *V, corr. Traube* veritat *V*, queritat *Haupt, corr. Traube* 36 furvex *V, corr. Traube* furvus et rictu inhiat *Jaffé*

(1892) p. 339; tetigit Aethilwaldus etiam ea, quae praecedunt apud Sedulium, aevique meatus *(v. 135) et* nec mora *(=* absque mora *Aethilw.)* 9 *Epist. Aethilwaldi ad Aldh. p. 497, 2* (carmen) cursim calamo perarante caraxatum; *formam* vorsus *etiam in epistula Aethilwaldus usurpavit p. 496, 29. 497, 1. 4 cf. L. Traube, Karol. Dichtungen p. 14 adn.* — heroicorum versus *sunt* dactilici heroici poematis hexametri, *ut dicit in epistula. Sedulium carmen de virg. et aenigmata demonstrant tam in compositione quam in elocutione Aldhelmi fuisse exemplum: lectitasse et laudasse hic videmus illius auctoritatem secutos Sedulii carmina etiam discipulos Malmesburienses. — Ad* doctiloquus Sedulius *cf. v. 114* apostoli doctiloqui oraculi *Columbanus ad Sethum (Epist. Mer. I 183) v. 14* doctiloqui vates 13 evoluta labilibus rotatibus = volitans *Sed.;* mundi moles = mundus *Sed. (cf. Sed. V 248);* protelata — intervalla *(cf. ad epist. ad Leuth. p. 476 adnot. 5)* = moras *Sed.;* parum sistens stabiliter *pro* p. sistentem st. *graviter contra grammaticam peccans ad* mundi molem *pertinere oblitus est* 19 *Trini viri qui fuerint, non constat; ne hoc quidem clerici laicine fuerint, potest explorari; v. 102 ad laicos potius quadrat. Omnes tres sodalitatis foedere fuisse iunctos, duos fuisse fratres ex carmine ipso apparet; nec Wihtfridus, cui carmen Aethilwaldus* 'representans porrexit', *inter eos fuisse videtur nec potest inter eos fuisse, quod sunt qui putent, Aldhelmus aut Aethilwaldus ipse. Illud praeter conversionem orationis v. 41 sqq. nihil indicat, hoc ipse verborum epistulae tenor impedit quominus possit credi.* — Trini = tres, *ut* bini = duo *v. 74. 95 et I (31* bis sena*) 127* binis classibus *(188* novies binos*) 190* trini: *item distributiva pro cardinalibus usurpant Hisper. fam. cf. Stowasser ad 4, 17* 20 absque cunctamine = *procul dubio* 21 *c. IV 14* virum, virtutum rumore fulgescentem in aethere; *de virg. v. 712* Gregorius felix fama super aethera notus, *v. 774* Paulus signis super aethera notus omnibus et regnis 22 *Verg. Aen. VII 558* summi .. Olympi *Duemmler. Aldh. de virg. praef. v. 18* a summo — Olympo., *aenigm. 79 (VIII 3, 5* summi regnator Olimpi 26 *Hisper. fam. p. 9, 33* almum herum poscite poli, *p. 15, 7* supernum vasti posco herum poli; *c. IV, 2* Aethereus qui omnia Mundi Herus molimina .. formasti *cf. v. 9. 68. vide P. de Winterfeld ad PlaC IV 289 v. 361* 27 *Coniuncti hic sunt duo novi testamenti loci: Pauli ad Thessal. I 5, 8 et ad Eph. 6, 17* 28 *c. III 29 sq.* Quibus infesti fortibus Forant thoracas humeris *(cf. de virg. v. 2463* cassida cum thoracis*); de* girare aliquid aliqua re *cf. L. Traube PlaC III p. 72 adn. 1* 30 *et* 38 *Aldh. prosa de virg. c. XXIII p. 255, 7* praemisso Christi labaro tutus et Christi vexillo armatus 32 *Verg. Aen. XII 284* ac ferreus ingruit imber *D. cf. v. 39* horridis .. telorum imbribus *et c. III 33* imbribus Telorum emicantibus 36 *Aldh. de virg. praef. 15* Ne praedo pellax caelorum claudere limen .. valeat .. Ne fur strofosus foveam detrudat in atram: praedo *(latro) et* fur *est = diabolus*

'Christi crucis per culmina
Ferimus frontis vexilla,
Quae fugax Orcus horridis
Timet telorum imbribus.'
At vos, famosi viribus
Viri sudantes strennuis,
Trucem vicistis tropeo
Hostem belli aethereo,
Qui propinquos et patrias
Abspernantes peregrinas
Ignoti ruris cespites
Adistis cursu praepetes!
Neque furentes vortices
Undisonis fragoribus
Turgentis Tithis tellurem
Debellantis per terrorem,
Neque latrones libidis
Glomerantes genuinis
Loetiferae libidinis
Luridaeque cupidinis,
Abstrahunt qui exuvias
Legentibus per avias,
Neque belvae vibrantibus
Rabidi rostri rictibus
Oberrantes per devia
Dumosi ruris limina

Celsorum Christi militum
Refrenarunt propositum.
Tum agape pro numinis
Iter suum conaminis
Gradientes sublimia
Petri petunt suffragia;
Illum visendi gratia
Frequentant, ut amnestia
Nancta foret a numine
Petri iuvante famine:
Omnes hii in Domino
(Bini sane pro saeculo)
Erant iuncti bitumine
Germanitatis viscide.
Tandem, decurso concite
Perlongi callis limite,
Edem almam adiere,
Patria quam petivere,
Ubi Petri corpusculum
Iacet tellure conditum.
Tum alter e felicibus
Couterinis fratribus
Prosilit de ergastulo
Carnis evulsus clanculo
Clavigero et regiae
Caeli adhesit munitae;

---

39 quas *V* orcas *V* 42 *sic* (strennuis) *V* = *fragm. Luxemb. fam. Hisp. Nachr. der Götting. Ges. d. Wiss. 1895 p. 121, 16* 48 audistis *V* cassu *V* praecipites *V* 51 turgentes *V*, turgentis *K. Strecker* *Thitis *V cf. Stowasser, Hisp. fam. p. 19, Zimmer, Nennius vindic. p. 317, Roger, L'enseignement p. 245.* Thetidis *Haupt*, Ditis *Giles* 53 lividis *Haupt* 57 abstrahuntque *V* 58 pera uias *Jaffé cf. Traube, Karol. Dicht. p. 133* 59 Neque biluę *V*, Nec beluae *Jaffé et Duemmler* 61 oberrantes *Jaffé et Duemmler*, aberrantes *V* 63 caelsorum *V* 64 refraenarunt *V* 69 uissendi *V* 72 iuuanti *V* 74 uiui *Jaffé et Duemmler* 76 uscide *V*, *corr. Jaffé* 77 decurre *V*, *corr. Jaffé* 79 audiere *V* *cf. v. 48* 80 patriam *V* 83 altar *V* 87. 88 reginae — Mariae *Jaffé*

---

38 *Aldh. prosa de virg. c. XI p. 240, 9* coenubialis militiae pugiles frontem vexillo crucis armatam audaciter aemulorum agminibus offerentes *cf. ad v. 30* 47 cespites = *terras H. Zimmer, Nennius vind. p. 316. cf. epist. ad Ehfrid. p. 492, 10* secundo Britanniae in cespite 51 Tithys = *mare est vox Hisperica: cf. Hisper. fam. 4, 13* spumaticum bombosi tithis flustrum inertes oppressit naufragio remiges *(cf. H. Zimmer l. l. p. 317 et Jenkinson in indice verborum) et 'Prosam Columbae' (Revue Celtique V p. 211) v. 118* Per metas Tethis ignoti Orientalis circuli 54 glomerantes = sese glomerantes *cf. ad epist. ad Wilfridi abbates p. 501, 15.* — genuinis = *dentibus Aldh. prosa de virg. c. XI p. 240, 1* contra .. belluas, quae rabidis molaribus et venenosis genuinis inermes quosque .. atrociter discerpere nituntur *(cf. c. XX p. 250, 11* rabidis ursinae ferocitatis rictibus*), c. XXXVI p. 284, 7* quatenus .. ursorum genuinis carperentur et leonum rictibus roderentur. *de virg. v. 361. 992. et carm. rhythm. III, 11 sq.* funera antequam rictu rabido raptent 58 legentibus = *transeuntibus CGl. V 553, 52* 59 beluae *bisyllabum, ut saepe apud Aldhelmum cf. e. g. de virg. v. 999. 1570. 2435. 2534. 2743* 65 *Aldh. prosa de virg. XXVI p. 260, 20* agapemque egentibus erogantem *CGl. II p. XIII* 70 amnestiam abolitionem *CGl. V 341, 58* 85 *Aldh. prosa de virg. XIV 243, 17* ut .. e corporis ergastulo migrare inhianter gestiant 88 *Cum*

Qui evectus florentibus
Paradisi cespitibus
Sociatus sublimibus
Angelorum cum milibus
Regnat, istic per saecula
Carpens aeterna gaudia.
Bini vivi, beantibus
Meritorum meatibus,
Virentes acsi floscula
Paradisi perflorea
Olim spretas agilibus
Patrias petunt cursibus,
Non quod luxu labilia
Cosmi quaerunt quisquilia,
Sed quod ferunt non minima
Carismatum donamina,
Quibus ditatur area
Animarum perflorea.

En vehebant volumina
Numerosa per agmina
Multimodis et mysticis
Elucubrata normulis,
Quorum auctori aius
Adesse constat alitus;
Quae profetae, apostoli
Doctiloqui oraculi
Indiderunt pergaminae
Almo inflati flamine.
Nunc vestium velamina
Bella produnt ornamina,
Mirifico quae munere
Proferebant praepropere
Quaeque ita inormia
Eliciunt exordia:
'Pulchra prorsus propagine
Deprompta in origine

89 quo *V, corr. Jaffé* 95 Bini bini *V, corr. Jaffé* 98 *sic V,* flosculi—perflorei *Jaffé* 99 ollim spraetas *V* 100 pectunt *V* 102 cusmi *V* quiscilia *V* 103 fert' *V,* fertur *Giles, corr. Jaffé* 105 didatur *V* arida *V* 111 *auctor *V,* auctoribus *Jaffé* auctor caelitus *Giles pro* aius — alitus *H. Hahn, Bonifaz 181, 4* Alcimus—Avitus. aius = agius *(hagius) ut* mais *pro* magis, naufraio *pro* naufragio *alia; intelligendus est Benedictus* 118 ulla . . oramina *V, corr. Jaffé* 119 que *V* 120 perferebant p̄pore *V* 123 pulchro prosus *V*

regia caeli munita *conferendum est quod legitur c. III 4:* Alti Olympi arcibus Obvallatus minacibus. *IV 21* mundo minacibus Eminentem cum arcibus 107 *sqq. Afferunt dona eadem, qualia enumerat Beda in historia Abbatum I 9 de Benedicto Roma reduce narrans:* rediit magna quidem copia voluminum sacrorum, sed non minori, sicut et prius, sanctarum imaginum munere ditatus . . . adtulit inter alia et pallia duo oloserica incomparandi operis *cf. I 6 (de eodem Benedicto)* Multipliciore quam prius spiritalium mercium fenore cumulatus rediit, primo quod innumerabilem librorum omnis generis copiam adportavit; secundo quod reliquiarum beatorum apostolorum martirumque Christi habundantem gratiam multis Anglorum aecclesiis profuturam advexit; . . . quintum picturas imaginum sanctarum *(cf. infra* beatae Dei genetricis et XII apostolorum*)*, quas ad ornandam ecclesiam beati Petri apostoli . . . detulit *cf. Hist. abbat. anon. § 9. Librorum duo genera discernit Aethilwaldus, alterum normularum i. e. statutorum monachalium, — Beda Benedictum Biscop narrat septendecim monasteriorum regulas collegisse Hist. abb. I 11 cf. c. 4 et Hist. abb. anon. § 6 — alterum bibliorum; itemque duo vestium genera sunt secernenda, alterum sericarum, alterum syricarum i. e. vestium purpure tinctarum (cf. Isid. Etym. XIX 17, 5);* thoraciclae *infra (v. 174) laudatae picturae sunt, quales commemorat Beda. —* aius — alitus *est ἅγιον πνεῦμα. cf. Roger, L'enseignement des lettres classiques p. 390* 108 *IV 51 sqq.* Cassis . . prisci . . candunt gloriosa per agmina gemmifera ornamina 112 constat *cum nom. c. inf. coniunxit etiam Beda martyrolog. poet. de Augusto scribens (opp. V 604 Migne)* Sancta Dei genetrix senas ter constat adire Angelicos vecta inter coetus virgo kalendas 114 doctiloqui *(cf. v. 12)* oraculi *(= sermonis cf. v. 56) = praediti sermone erudito* 117 uestium uelamina: *Aldh. de virg. v. 1146* Serica purpureis praebens velamina peplis 122 exordia = *initium, principium sermonum CGl. IV 339, 1* 123 *De seribus hic narrantur mira, quorum maxime mirum, quod quae de papilione dicenda erant, dicuntur de verme; non quae ipsi viderant vel ipsi experti erant, referunt peregrinatores, sed parum recte comperta (*feruntur *v. 126) in miraculum aucta produnt. Rectiora in aenigmatibus indicat de bombycibus Aldhelmus ipse I 14 = n. 12 cf. J. Yates, Textrinum antiquorum. London 1843 I 240, qui vir doctissimus hos Aethilwaldi versus dolendum est quod non novit. Sericas vestes Aldhelmus commemoravit etiam de virg. v. 1146, prosa de virg. c. IX p. 236, 17, c. XXXV*

Gnari quaedam genimina
Vermis feruntur minima,
Foliis quique vescitur,
Brumae meatu moritur;
Cumque proles progreditur,
Ovorum alvo oritur,
Neque illos qui genuit
Vermis, idem recaluit.
Foetus fluunt ex semine
Imo naturae germine;
Sed quod magis mirabile
Mundo et desperabile:
Ova viri et faeminae
Calificata calore
Parturire progenitum
Foetum vellere vegetum.
Lana ostri elabitur
Vermiculo, cum vertitur,
Spissam ceu aranea
Telam texit muscarea;
Tumque lana, latratibus
Fusi valde volantibus
Filatim quae revolvitur,
Veluti setis torquitur.'
Inde sumuntur syrica,
Quae portabant, promiscua,
Quorum persplendit species:
Pulchra ceu planities
Paradisi puniceis
Purpurata cum rosetis,
Quibus inter eburnea
Lilia lucent linea;
Sic, sic sane sanguinea
Syricorum insignia,
Pulchre picta perniveo
Colore atque croceo;
Viridi, fulvo, floreo
Fucata atque blaveo
Ut peplorum per pallia
Pulchra pandunt ornamina!
Tum sanctorum reliquias
Nonnullorum eximias
Advehebant inormiter
Dicatas, nutu naviter
Quae concedunt oramina
Orantium fidelia.
Necnon adhuc munusculum
Quoddam addunt pulcherrimum,
Toracidas, tuentibus
Retorquentes luminibus

126 *fuerunt' *V*, fuerunt *edd.* 128 meatū oritur *V* 133 foetum fluant *V* 136 disparabile *cj. Jaffé* 138 calificati *V* 140 uegitum *V* 144 muscanea *V* 145 *an* iactatibus *vel* rotatibus? 146 fusae *V* 147 *filā inq; *V*, filamenque *Jaffé et Duemmler* 148 seta *cj. Jaffé* *sic* (torquitur) *V* 149 Serica *Giles* 154 roseis *V* 156 locant *V* 158 insignea *V* 162 laneo *V*, *corr. Haupt* 164 pandunt *V*, pandant *edd.* 165 tā *V* 168 dicatus *V* 173 toracyclos *V*, toracydas *Jaffé et Duemmler*, toracydos *Giles*

p. 236, 17, c. XXXVIII p. 287, 15, epist. ad Acirc. p. 176, 16 easque cum purpureis componit de virg. c. IX p. 278, 2 145 *Recte haec descripsit auctor: fila enim bombylii primum revolvuntur, deinde quina vel octona tenuissima in unum filum firmius capillorum instar contorquentur (Brehm, Tierleben IX³ 411 sqq.)* 148 setis = *ad setas* = *ad crinis firmitudinem. Cum* setis *conferenda sunt* setigera fila *(Yates vertit* heary threads*) aenigmatum;* setiger *enim simplex adiectivum circumscribit, ut fere composita in* -fer-ger -genus *in Hisp. fam. cf. Archiv f. lat. Lexicogr. II 260, H. Zimmer, Nachr. d. K. g. Ges. d. W. z. Gött. 1895, 165. Nescio num iam ante Aldhelmum* seta — *unde nostrum* Seide *ductum est — de texturis talibus dictum sit.* — torquitur *(item propter sonorum concentum Aldh. prosa de virg. c. XXV p. 260, 4 scripsit* admiscitur*) ut* persplendit *(151),* candunt *(IV 52. 68)* 149 *In nova hac descriptione secernuntur purpureae vestes rubris maculis, quae ipsae albis croceisve lineamentis decoratae sunt, distinctae et pallia variis coloribus tincta variisque ornamentis illustrata* 152 ceu *bisyllabum ut v. 143 et 4, 67. 5, 30; cf. p. 522. — I 57* Quorum pulchra planities Perlucebat ut glacies 155 = *quibus interlucent eburnea lilia cf. Aldh. de virg. v. 194 sq.* Cernite fecundis ut vernent lilia sulcis (sulcis = lineâ) Et rosa sanguineo per dumos (= rubeta) flore rubescat; *(Ovid. am. II 5, 37* Quale rosae fulgent inter sua lilia mixtae*). — 159* picta *sc.* sunt *cf. ad I 121* 174 Toracidae (= Thoracidae) *hae sunt imagines Sanctae Mariae pectore tenus (Byzantinorum more) pictae cf. Aldh. prosa de virg. LX p. 322, 1 sq.* quemadmodum solent nobilium artifices imaginum et regalium personarum pictores deauratis petalis toracidas ornare. *Adamnannus*

Imagines auriferis
Christi matris capitibus.
Cumque multa magnanima
Producebant donamina,
Christi sponsae, ecclesiae,
Cuncta ferebant opimae
Et ipsorum et omnium
Matri Christo credentium.
Valetote felicibus
Vitam clausuri calcibus!

III.

AETHILWALDI ORATIO AD DEUM.

Summum satorem, solia
Sedit qui per aethralia,
Alti Olimpi arcibus
Obvallatus minacibus,
Cuncta cernens cacumine
Caelorum summo lumine
Alta poli et infima
Telluris latae limina,
Cuius inmensa munera
Nequeo prorsus, funera
Antequam rictu rabido
Raptent et rodant avido
Ore halitum, corpore
Mortis rigente torpore,
Carminare concentibus
Celsae laudis stridentibus,
Ipsum profecto precibus
Peto, profusis fletibus
Allidens libentissime
Solo tenus saepissime
Curvatam colli cervicem
Capitis atque verticem:
Titubanti tutamina
Tribuat per solamina
Sacrosancta sublimiter;
Suffragans manu fortiter
Alma per adminicula
Hostium demat spicula,
Quibus infesti fortibus
Forant thoracas humeris,
Christi tyronum cassibus
Caesis foedis fragoribus
Afflant necantes imbribus
Telorum emicantibus.

177 magnamina *V* 178 perducebant *V, corr. Haupt* 184 *post* calcibus *in V* finit carmen

[III] incipit carmen al *V* 5 acumine *Jaffé* 10 prosus *V* 12 rodent *V* 14 sortis *V, corr. Haupt* rigenti *V* 16 caelsae *V* 20 saepissimae *V* 33 afflā *V* 34 aemicantibus *V*

De locis sanctis III 5 (Acta Sanct. ord. Ben. III 2, 471) idem verbum adhibet, cum commemorat Sanctae Mariae semper virginis thoracidam *(Gretsel* thoraciolam*)* Constantinopolitanam, *cum antea dicat de* imagine in brevi tabula figurata linea lignea in pariete cuiusdam domus suspensa *et postea de* beatae Mariae tabula; *idem c. 4 p. 470* thoracidam S. Georgii *interpretatur* imaginem. *In prosa de virg. c. XXXVIII p. 287, 5 Aldhelmus* (omnes simulacrorum toracidas ad solum cernuas diruit) *de* figuris sculptis *eodem verbo utitur (cf. CGl. V 624, 27* sculpta imago pectoralis *e. q. s.) ibid. c. XV p. 244, 15 de* figuris acu pictis, *ubi tamen cum Wirceb. = Guelferbyt. et Reginensi legendum est* thoracibus 183 *Epist. Aelbwaldi (Aethilwaldi?) Epist. Mer. I 362* Vivete, felicibus finem clausuri calcibus

globus] torrentis -bi *4, 44* -borum gremiis *3, 38*
glomero] -rantur *1, 100* genae . gl. *5, 34* latrones -rantes *2, 54*
gnarus] -ri . vermis *2, 125*
gnatus] gnato progenito *1, 198*
graciliter *1, 45*
gradior] -dientes *2, 67*
gramen] foecundis -minibus *1, 12*
grando] teretibus . -dinibus *1, 52*
grassor] turbo terram . -sabatur *1, 52*
grates] g. dicamus *1, 195*
gratia] illum visendi g. *2, 69*
gratus] -ta gallicinia *1, 123*
gremium] in . aethereum caelestis sceptri gremium *5, 74* globorum -miis *3, 38*
gurges] -gitibus atri ignis ultricibus *3, 39*
gutta] -tae . manabant *1, 45*

H

halitus] antequam . raptent et rodant -tum *3, 13* *vide etiam* alitus
have *5, 5*
heroicus] -corum vorsibus *2, 6*
Herus *5, 67*
heu *1, 175*
hic] huius *4, 72* hii *2, 73* horum *1, 33* haec *1, 79. 122. 180* his *1, 3. 137*
horrende *2, 31*
horridus] -da . spectacula *1, 165* -dis imbribus *2, 39*
horrisonus] -nis fragoribus *1, 143*
hostis] -tis acumine *5, 70* trucem . -tem *2, 44* -tium . spicula *3, 28* h. a ferocibus . arundinibus *3, 43*
humerus] fides . girat . -ros *2, 28* fortibus . -ris *3, 30*

I

idcirco *5, 63*
idem (vermis) *2, 132*
ignifluus] -uam . molem *4, 20*
ignis aethralis *4, 36* atri ignis *3, 40*
ignitus] lumine . -to *4, 17* i. . iaculo *4, 43*
ignotus] -ti ruris *2, 47*
ille] -lum *2, 69* -los *2, 131* illos, illos *3, 35* illis, illis in . actibus *4, 69*
imago] mortis -gine *1, 162* retorquentes . -gines *2, 175*
imber *2, 32* rorantibus . cum -bribus *1, 48* horridis . i. *2, 40* i. telorum *3, 33*
immensus] cum -sa maceria *1, 192* -sa munera *3, 9*
immortaliter *1, 196. 4, 77*
imus] imo . germine *2, 134*
in *c. abl.*] *1, 24. 26. 73. 100. 118. 119. 176. 2, 33. 124. 4, 4. 11. 14. 70. 5, 3. 9. 55* in *c. acc. 1, 193* inque locet aethereum caelestis sceptri gremium *5, 73*
indago] per profundam -ginem *5, 14*
inde *2, 149*
indico] bellicosus . -cat *2, 36*
indigena] Romae urbis indigena *2, 8*
indo] nomina -diderunt *1, 32* quae . i. pergaminae *2, 115*
infectus] -ti *3, 29*
infimus] -ma . limina *3, 7*
inflatus] almo -ti flamine *2, 116*
infligo] -gendo flaminibus *1, 113*
informis] facta -mia *1, 14*
ingenitus] Deo -to *1, 197*
ingenium] altum i. *5, 59*
ingens] cum trabibus -gentibus *1, 134* de i. . operibus *1, 115*
inglorius] victoriae . -riae *1, 40*
ingruo] imber veluti -gruit *2, 32*
inlustris . poeta *2, 7*
innumerus] -ra . munera *5, 41*
inormis] elementa -mia *1, 13* i. . exordia *1, 121*; inormiter *2, 167. 4, 72*
inquam *1, 165*
inruo] -ruit inruptio *1, 101* quibus . inruit *2, 31*
inruptio ventorum *1, 101*
insero] -rit scedulis *2, 11*
insigne] sanguinea . -nia *2, 158*
inspicio] propaginem . mentis . -cere *5, 16*
interluceo] quibus inter eburnea lilia lucent *2, 155*

intervallum] protelata . -la *2, 16*
ipse] ipsum peto *3, 17* ipsorum *2, 181*
istic *2, 93*
ita *2, 121. 4, 51*
iter suum *2, 66* per pelagi itinera *1, 103*

J

iaceo] ubi Petri corpusculum -cet *2, 82*
iaculum] ignito . -lo *4, 44*
iam *5, 51*
iubar] caeli i. *4, 25* -baris lumine *1, 160*
iungo] erant iuncti bitumine *2, 75*
iuvo] Phoebe . fratrem -vat *4, 32* -vante famine *2, 72*

L

labarum] -ro tyronis *2, 30*
labilis] luxu -lia . quisquilia *2, 101* -libus . rotatibus *2, 13*
labor] -buntur luminaria *1, 38* -bentibus . temporibus *2, 1*
lampas] septem . -padibus *1, 76*
lana *2, 145* l. ostri *2, 141*
lanx] pari lance *1, 81*
laquearia] tectorum l. *1, 142*
lar] -rem . lucifluam *4, 19*
latebrae *1, 158*
lateo] -tet . Pliadis copula *1, 76*
latratus] -tibus . volantibus *2, 145*
latro] -trones glomerantes *2, 53*
latus] telluris -tae *3, 8* -ti . caeli *5, 30*; late *1, 94. 4, 28*
latus] ruris -tera *1, 154*
laus] celsae laudis *3, 16* laude quavis *5, 64*
lautus] -tissimae . deliciae *1, 169*
lector *1, 1*
lego] -gentibus per avias *2, 58*
libentissime *3, 19*
libertas] -tate potita *1, 27*
libidus] -dis . genuinis *2, 53*
libra] -brae . trutina *1, 82*
libro] astra . larem -brant *4, 19*
licet clamet *5, 62*
lilium] eburnea -lia *2, 156*
limen] confracta . -mina *1, 146* per devia l. *2, 62* cuncta . l. *3, 5* infima . telluris latae l. *3, 8*
limes] decurso -mite *2, 78*
limpidus] -da trutina *1, 81* velud -da astra *4, 56*
linea] -neâ *2, 156*
lingua] centenis . -guis *5, 52*
linquo] -quens limina *1, 146*
liquor] -quoribus . umectantem *4, 41*
litterae] -rarum . lusibus *4, 7*
loco] inque -cet aethereum . gremium *5, 73*
loetifer] -ferae libidinis *2, 55*
loquor] -quimur *5, 20*
lubido] loetiferae -dinis *2, 55*
lubricus] per devexa ac -ca *1, 153*
luceo] -cent lumina *5, 59* (inter . -cent *2, 156*) nubiculis -cens *4, 34* taedis late -centibus *4, 28* bis senis cum sideribus . l. *1, 88*
lucidus] fulgidum . stemma -dum *5, 44*
lucifluus] larem . uam *4, 19*
ludibrium] haec . -bria *1, 180*
lumen] orto iubaris -mine *1, 160* l. . ignito *4, 16* cernens . l. *3, 6* praeclara -mina *1, 64* cernebant l. *1, 141* ignis aethralis l. *4, 36* lucent . l. *5, 29* tuentibus . -minibus *2, 174*
luminare] torrida -naria *1, 38*
luridus] -dae . cupidinis *2, 56*
lustro] Phoebe . noctem . -trat *4, 34* -trant . molem *4, 20*
lusus] litterarum -sibus *4, 7*
lutosus] -sam . tellurem *4, 41*
luxus] -xu labilia *2, 101*

M

maceria] cum immensa -iâ *1, 192*
machina] mundi m. *1, 17*
macula] absque -lâ *4, 76*
magnanimus] -ma . donamina *2, 177*
magnopere *1, 155* magis *2, 135*
maneo] salus . sospes et absque macula -neat *4, 77* -nenti immortaliter *1, 196*
mano] neque guttae -nabant *1, 46*
manus] suffragans -nu *3, 26* -nus, -nus mirabiles *5, 45*
margo] orbis per -ginem *4, 29* scopulosis -ginibus *1, 114*
marinus] -na caerula *1, 199*
mater] Christi -tris *2, 176* -tri Christi *1, 182*
matutinus] -nam melodiam *1, 129*
meatus] brumae -atu *2, 128* absque mora -atuum *2, 3* beantibus meritorum -atibus *2, 96*
mellificus] -cis . vorsibus *2, 5*
melodia] matutinam -diam *1, 129*
mens] tuam primam propaginem -tis *5, 16*
meritum] -torum meatibus *2, 96*
metuo] -tuebant casam *1, 155*
miles] celsorum Christi -litum *2, 63*
mille] sublimibus angelorum . cum -libus *2, 92*
minax] arcibus . -nacibus *3, 4* m. . cum arcibus *4, 22*; minaciter *1, 46*
minimus] non -ma . donamina *2, 103* genimina . m. *2, 126*
mirabilis] quod magis mirabile *2, 135* quantum mundo -lem (te praestes) *5, 57* manus -les *5, 45*
miraculum] in -lo *1, 119*
mirificus] -co . munere *2, 119*
mitis] -te . refugium *5, 71*
moles] mundi -lem *2, 14* arcis ignifluam m. *4, 21* cum -libus *1, 107*
molimen] omnia -limina *4, 2*
mollis] collibus . cum mollibus *5, 34*
monarchia] sub ventorum -chia *1, 18*
monstrum] tot -strorum *1, 140*
mora] absque mora *2, 3*
morior] brumae meatu -ritur *2, 128*
mors] -tis imagine *1, 162* m. . torpore *3, 14*
mortalis] -talium ullus *5, 60*
mox *2, 4*
multimodus] -dis . normulis *2, 109*
multus] -ta apparent *1, 119* m. . donamina *2, 177* multum . placibiles *5, 46*
mundus] -di machina *1, 17* m. . rotam *1, 47* m. molem *2, 14* m. . Herus *4, 2* m. . confinia *5, 65* quantum -do mirabilem te praestes *5, 57* magis mirabile m. *2, 136* molem . -do . eminentem *4, 21*
munimen] sine -mine *1, 178*
munio] regiae caeli -tae *2, 88*
munus] mirifica . -nera *2, 119* immensa m. *3, 9* innumera m. *5, 42*
munusculum quoddam . pulcherrimum *2, 171*
muscaria] ceu aranea . m. *2, 144*
mysticus] -cis . normulis *2, 109*

N

nam *1, 61. 4, 59* namque (*loco sec.*) *2, 25*
nanciscor] ut amentia nancta foret a numine *2, 71*
natalicium] -cia sollemnia *1, 181*
natura *1, 97* -rae germine *2, 134*
naviter *2, 168*
nebula] nocturna n. *1, 56*
nec *1, 89. 5, 64* necnon *1, 99. 2, 27. 171*
neco] -cantes *3, 33*
nemorosus] -sis cespitibus *4, 38*
nempe *4, 73*

neque *1, 45. 55. 65. 2, 49. 53. 59. 131. 4, 37. 5, 59*
nequeo . carminare *3, 10* nullus -quit . computare *1, 117* nequit . fari *5, 55* verba -queunt fari munera *5, 42*
niger] noctem -gram *4, 33* -gris nubibus *1, 54* -gerrima . pallia *1, 91*
nimbus] -bo ac nubibus *1, 59*
nisi *1, 181*
nitidus] crinibus . -dis *5, 28*
nitor] -toribus *4, 37*
niveus] purpureo . fuco et -veo *5, 36*
nobilis] sobolis . n. *5, 22*
noceo] -cent cespitibus *4, 37*
nocturnus] -no tempore *1, 19*
nomen] cum -mine *4, 15* alto . n. *4, 61* bis sena -mina *1, 31*
non *1, 40. 72. 2, 101. 103. 5, 63*
nonnullus] sanctorum . -lorum *2, 166*
normula] multimodis et mysticis . -lis *2, 110*
noster] -stra . praecordia *1, 139*; nostratim *4, 61*
novies binos *1, 188*
novus] -va . aggredior *4, 5*
nox] noctis . spectacula *1, 165* noctem nigram *4, 33*
nubes] -bis . pallia *1, 91* nigris -bibus *1, 54* n. . trucibus *1, 59* n. . conlidentibus *1, 97* n. . nutantibus *4, 5* volucribus summi caeli sub n. *5, 18*
nubicula] -lis lucens *4, 33*
nullus *1, 117. 5, 17*
numen] -minis *2, 65* ut amnestia nancta foret a -mine *2, 71* n. pollentem *4, 62* germanae Phoebi -na *1, 63*
numerosus] volumina -sa *2, 108*
numerus] -ro conputare *1, 117*
nunc *1, 117. 120. 166*
nuncupo] -pari *1, 86* alto . nomine -patum *4, 62*
nuper *2, 1*
nuto] fulcra -tabant *1, 132* nubibus . -tantibus *4, 6*
nutu *2, 168*

O

oberro] belvae . rictibus -rantes *2, 61*
obnixe *1, 4*
obrizum] rutulanti . -zo *4, 56*
obses anthletice *1, 2*
obstaculum] praepatulis . -lis *2, 16*
obvallo] arcibus -latus *3, 4*
ode] -des huius *4, 72* cum . odas coaptem usibus *4, 8*
olim *2, 99. 5, 6*
omnis] -nes hii *2, 73* -nium *2, 181* aures auscultant -nia *5, 39* o. . molimina *4, 1* per o. confinia *5, 65* in -nibus . actibus *4, 69. 5, 9* ab o. . partibus *1, 135* sordibus . ab o. *5, 68*
opimus] Christi sponsae . -mae *2, 180*
opus] de . altithroni -peribus *1, 116*
oraculum] doctiloqui -li *2, 114* fari -lo *5, 56*
oramen] -mina orantium fidelia *2, 169*
orbis] -bis per marginem *4, 29* -bi vegeto *4, 18* o. . viridi *4, 58*
ordo] disrupto rerum -dine *1, 62*
origo] in -gine *2, 124. 4, 4*
orior] ovorum alvo -ritur *2, 130* orto . turbine *1, 20* o. . lumine *1, 160*
ornamen] pulchra . -mina *2, 164* gemmifero o. *4, 53* bella . -mina *2, 118*
orno] satis -natum cultibus *4, 66*
oro] oramina -rantium *2, 170*
ortus] ab -tu solis *1, 80*
os] almi oris *5, 41* avido ore *3, 13* ex o. *5, 40* o. crepitans *5, 54*
ostrum] lana -tri *2, 141*
ovum] ova viri et faeminae *2, 137* -vorum alvo *2, 130*

P

palleo] -lentem flammam *1, 96*
pallium] nubis nigerrima -lia *1, 92* peplorum per p. *2, 163*
pando] pulchra -dunt ornamina *2, 164*
pango] sicut . pepigeram *1, 7*
par] pari luce *1, 81*
paradisus] -si cespitibus *2, 90* floscula p. *2, 98* p. . cum rosetis *2, 153*
paries] -etibus *1, 173*
pario] parta (*sc.* est) corona *2, 25*
parma] -mâ *3, 42*
pars] ab omnibus . -tibus *1, 136*
parturio] -rire progenitum *2, 139*
parum *2, 18. 5, 20*
passim *4, 29*
patria] -iâ *2, 80* olim spretas . patrias *2, 100*
patrius] -rias . cespites *2, 45*
paveo] -vent praecordia *1, 139*
pedetemptim *5, 35*
pelagus] per -gi itinera *1, 103*
pello] parmâ -lat acumina *3, 42* -luntur pericula *1, 149* velamina . p. parietibus *1, 173* intervalla -lisse *2, 17*
pendulus] -la . fastigia *1, 95*
peplum] -lorum per pallia *2, 163*
per *c. acc. 1, 10. 79. 88. 94. 103. 108. 122. 150. 153. 2, 21. 25. 37. 52. 58. 61. 93. 163. 3, 2. 24. 27. 4, 29. 50. 51. 53. 63. 67. 75. 5, 14. 30. 65. 72*
peregrinus] -nas . cespites *2, 46*
perfloreus] area . -ea *2, 106* floscula p. *2, 98*
perfruor] ubi . consortium perfruaris angelicum *5, 76*
pergamina] -nae *2, 115*
periculum] pelluntur -la *1, 149*
perlongus] -gi callis *2, 78*
perluceo] -cebat *1, 58*
pernicies] populante -icie *1, 148*
perniciter *2, 17*
perniveus] -veo colore *2, 154*
persedulo] -lo *2, 10*
persplend(e)o] -dit species *2, 151*
pes] -des placibiles *5, 46*
peto] ipsum . -to *3, 18* portum -tit *1, 147* Petri p. suffragia *2, 68* patrias p. *2, 100* quem . tivere *2, 80*
philochristus] -te carissime *5, 2*
pilum] -lorum . acumina *3, 41*
pingo] -ctae fuco *5, 36* pulchre -cta (*sc.* sunt) *2, 159*
placibilis] pedes -les *5, 46*
plane *1, 71*
planities] pulchra pl. *1, 57* pulchra ceu pl. *2, 152*
platea] in -tea *1, 176*
plaustrum] -ri . curricula *1, 71*
pluvia] praepollenti -via *1, 49*
poeta] inlustris p. *2, 7*
pollens] numine -lentem *4, 63*
polus] alta -li limina *3, 7* abscondunt -los *1, 92*
pontus] turgescebat . pontus *1, 112*
populor] -lante pernicie *1, 148*
porro *1, 157*
porto] quae -tabant *2, 150*
portus] -tum . basilicae *1, 147*
potens] numine per caelestia -tente ac terrestria *4, 64*
potior] libertate -tita *1, 27*
praeclarus] -ra lumina *1, 64*
pr(a)ecordia] nostra . -dia *1, 139* trementia timidorum precordia *1, 184*
praefulgidus] per culmina . -da *4, 52*
praepatulus] -lis . obstaculis *2, 15*
praepes] cursu -petes *2, 48* cursibus . -tibus *5, 50*
praepollens] -lenti pluvia *1, 44*

praepropere *2, 120*
pr(a)etereo] cum tenebrae . preterissent *1, 158*
preces] his . -cibus *1, 3* ipsum . p. peto *3, 17*
pridem *1, 7*
primus] -mam propaginem *5, 13*
priscus] cassem -scum *4, 15* Cassis . Prisci *4, 52*
pro *c. abl. 2, 65. 74*
procedo] natura nubibus -dit *1, 98*
prodigium] monstrorum -gia *1, 140*
prodo] vestium velamina . -dunt . ornamina *2, 118* verbo ex ore -dita *5, 40*
produco] multa -cebant . donamina *2, 178*
profecto *3, 17*
profero] mirifico quae munere -rebant *2, 120* -ferre . virum *4, 12*
profeta] -tae *2, 113*
proficiscor] quando -fectus fueram *1, 8*
profundo] -fusis fletibus *3, 18*
profundus] per -dam indaginem *5, 14*
progigno] generosa -genitus genetrice *5, 23* progenitum foetum *2, 139* gnato -genito *1, 198*
progredior] cum proles -ditur *2, 129*
proles *2, 129*
prolixitas] odes huius . p. *4, 73*
promiscuus] syrica . -scua *2, 150*
promontorium] -ria *1, 109*
propago] tuam primam -ginem . mentis *5, 13* pulchra . -gine *2, 123*
propalo] -lant evangelica . famina *1, 189*
propatulo *1, 120*
propinquus] -quos *2, 45*
propositum] Christi militum . p. *2, 64*
prorsus *2, 64. 3, 10*
prosapia] ab Athlantis -piâ *1, 78*
prosilio] -lit de ergastulo *2, 85*
prosterno] tutamina -nuntur *1, 176*
protego] -gens . concertantes *3, 44*
protelo] -lata . intervalla *2, 15*
psalmodia] -iam *1, 130*
pulcher] -ra planities *1, 57* p. ceu planities *2, 152* p. copula *1, 77* -chrâ . propagine *2, 123* -chra . ornamina *2, 164* munusculum . -cherrimum *2, 172* -cherrima . curricula *1, 71.* — pulchre *2, 159*
pulso] Oceanus . -sabat promontoria *1, 109* tuis -satus precibus *1, 3* tigna . -sata *1, 136*
puniceus] -ceis . -cum rosetis *2, 153*
purpuratus] planities . -ta *2, 154*
purpureus] -reo . fuco *5, 35*

Q

quaero] cosmi -runt quisquilia *2, 102*
quando *1, 8. 95. 141*
quantus] quantum . mirabilem (te praestes) *5, 57*
quartus] -ta vigilia *1, 124*
quasi *1, 124. 162*
quasso] elementa -santur sub . celi camara *1, 15* -sato culmine *1, 185*
quatio] forsan . -teremur . culmine *1, 186* -tiens terram *1, 21*
quemadmodum *1, 187. 2, 5*
queo] (ut) queam . proferre *4, 11*
qui, quae, quod] qui *2, 45. 89. 127. 131. 3, 2. 4, 1. 5* quae *2, 147* quod *2, 135* cuius *3, 9* quem *1, 85. 5, 3* quam *2, 80* quod *5, 63* quo *2, 35* qui *2, 57* quae *1, 53. 2, 169* quae *2, 150. 4, 48* quorum *1, 57. 97. 2, 111. 151* quibus *1, 31. 2, 155* quos *2, 23* quae *1, 117. 2, 39. 113. 119. 121. 4, 71* quibus *2, 31. 105. 3, 29.* — qua (= ubi) *1, 101. 169*
quia *1, 91. 5, 65*
quidam *1, 151* munusculum quoddam *2, 172* quaedam genimina *2, 125*
quirito] -tat fur *2, 35*
quis, quid] quid dicam *1, 115*
quisque *5, 52*
quisquilia] luxu labilia . cosmi qu. *2, 102*
quivis] laude quavis *5, 62*
quod] non quod . sed quod *2, 101. 103*
quondam *2, 7*
quoque] Phoebe q. *4, 31*

R

rabidus] -di rostri *2, 60* rictu -do *3, 11*
radio] rosa . rutulis -iat flosculis *5, 38* radiebat . Sirius *1, 89*
radix] ruptis -dicibus *1, 44*
rapto] funera antequam . -ptent halitum *3, 12*
recalesco] vermis . -luit *2, 132*
recens] per haec . -centia *1, 122*
reddo] rem sponsam reddidi *1, 6* mite reddens refugium *5, 71*
redimitus] -ta . corona *2, 23* r. obrizo *4, 55*
reffero] nec r. *5, 64*
refrago] quae effari . prolixitas -gat *4, 74*
refreno] -narunt propositum *2, 64*
refugium] mite . r. *5, 71*
regius] -giae caeli *2, 87*
regno] qui . -gnat *2, 93*
rego] cum flatu -genti saecula *1, 200*
reliquiae] -ias . eximias *2, 165*
reperio] quem Mazaroth reperimus nuncupari *1, 85*
res] rem sponsam *1, 6* rerum ordine *1, 62*
retinaculum] rupto -lo *1, 25*
retorqueo] -quentes . imagines *2, 174*
revolvo] lana -vitur *2, 147*
rictus] -tu rabido *3, 11* rabidi rostri -tibus *2, 60*
rigeo] corpore -gente *3, 14*
rigo] -gati rivulo *4, 39*
rivulus] ruris . -lo *4, 39*
robur] eruta -bora *1, 42* glescunt . r. *4, 48*
robustus] -tum per suffragium *5, 72*
rodo] funera antequam raptent et -dant halitum *3, 12*
Roma] Romae urbis *2, 8*
roro] -rantibus cum imbribus *1, 47*
ros] roscidi -ris *4, 40*
rosa veluti . radiat *5, 37*
roscidus] -di roris *4, 40* situ . -do *4, 47*
rosetum] puniceis . cum -tis *4, 154*
rostrum] rabidi -stri *2, 60*
rota] mundi -tam *1, 47*
rotatus] labilibus -tibus *2, 14*
rumor] virtutum -ore *4, 13*
rumpo] rupto retinaculo *1, 25* ruptis radicibus *1, 44*
ruo] crates ruunt *1, 178*
rus] clivosi ruris *1, 154* ignoti r. *2, 47* dumosi r. *2, 62* r. rivulo *4, 39*
rutulo] rutulanti . obrizo *4, 55*
rutulus] rutulis . flosculis *5, 37* rutulus . Sirius *1, 89*

S

sacer] -cris . scedulis *2, 11*
sacrosanctus] tutamina . -ta *3, 25*
saeculum] in -lo *1, 26. 5, 55* pro s. *2, 74* supernae . -la *1, 200* per s. *2, 93. 4, 75*
s(a)epe] saepe *5, 49* sepissime *1, 67* saepissime *3, 20*
saevus] flatus -vi *1, 179*
salio] cursibus -lientes praepetibus *5, 50*
salsus] -sa . equora *1, 104*
saltus] duobus cum -tibus *1, 152*
salus . sospes *4, 75*
salutatus *5, 7*
sanctus] Pauli -ti *1, 182* cum -to . flatu *1, 200* -torum . nonnullorum *2, 165* sodes -tissime *5, 6*

sane *2, 74. 157. 4, 65. 5, 55*
sanguineus] -ea . insignia *2, 157*
sapor] sucorum sumunt -rem *4, 49*
satis ornatum *4, 66*
sator] summum -torem *3, 1* summo -tore *5, 21*
satus] summo satore sobolis satus fuisti nobilis *5, 22*
scedula] sacris . -lis *2, 11*
scissus] -sa . caligine *1, 161*
scopulosus] -sis marginibus *1, 114*
sed *1, 46. 69. 2, 103. 135. 4, 41*
sedeo] solia sedit qui per aethralia *3, 2*
sedulus] rivulo . -lo *4, 40*; sedulo *1, 74*
semen] ex -mine *2, 133*
semper *3, 46. 5, 75*
seni] bis -na nomina *1, 31* bis -nis cum sideribus *1, 87*
senilis] facto et dicto -nilem *5, 12*
septem . lampadibus *1, 76*
sequor] ut sonipedes . sequantur *5, 49*
servitus] -tute sopita *1, 28*
servo] sospitem tete -vet Herus *5, 68* cursum -vantis *1, 74*
seta] veluti setis torquitur *2, 148*
si *4, 50. 5, 51*
sic *1, 111. 149. 2, 29* sic, sic *2, 157. 4, 65*
sicut *1, 7. 67. 90*
sidus] auratum s. *1, 68* haec . -dera *1, 80* calida . clari fulgoris s. *5, 32* bis senis cum -deribus *1, 87*
simul *1, 44. 199*
sine munimine *1, 178*
sisto] parum -stens stabiliter *2, 18*
situs] -tu roscido *4, 47*
sobolis . nobilis *5, 21*
socio] -ciatus . angelorum cum milibus *2, 91*
sodes sanctissime *5, 6*
sol] ab ortu -lis *1, 80*
solamen] per -mina *3, 24*
soleo] -let surgere *1, 67* sicut -lebat *1, 90* -lebant . sumi . deliciae *1, 69*
solium] -lia . per aethralia *3, 1*
sollemnis] natalicia . -nia *1, 182*
solum] solo tenus *3, 20*
somniculosus] -sos *1, 126*
sonipes] -pedes (*acc.*) *5, 48*
sono] -nantibus . cantibus *1, 125* s. . concentibus *5, 61*
sophia] verbosae . -phiae *5, 44*
sopio] servitute -pita *1, 28*
sors] -dibus . ab omnibus *5, 67*
sospes] salus s. *4, 76* -pitem tete . servet Herus *5, 67*
spargo] -gunt spiramina ignis . lumina *4, 35*
species] quorum persplendit sp. *2, 151*
spectaculum] noctis horrida . -la *1, 166*
sperno] olim spretas . patrias *2, 99*
spiculum] hostium . -la *3, 28*
spiramen] spissa . -mina *1, 29* flatus . spiramina *1, 179* ambo . sp. *4, 35*
spissus] -sam . telam *2, 143* -sa . spiramina *1, 29*
sponsa] Christi -sam opimam *2, 179* rem . -sam *1, 6*
spumo] -mabant equora *1, 104*
stabilis statu *5, 25*; stabiliter *2, 18*
statim *1, 29. 131*
statura *5, 25*
status] stabilis -tu *5, 26*
stemma] fulgidum . st. lucidum *5, 44*
stilus] -li calamo *2, 9*
sto] binis stantes classibus *1, 127*
strennuus] viribus . strennuis *2, 42*
strido] concentibus . -dentibus *3, 16*
stridulus] stili calamo stridulo *2, 9*
sub c. *abl. 1, 15. 18. 5, 18. 29*
sublimis] -mia . suffragia *2, 67* -mibus . cum milibus *2, 91* s. . cultibus *4, 65*; sublimiter *3, 25. 4, 71*
sucus] -corum . saporem *4, 49*
sudo] viribus -dantes strennuis *2, 42*
suffragium] robustum per s. *5, 72* sublimia . -gia *2, 68*
suffragor] -gans manu *3, 26* -gante victoria *1, 110*
sum] erant *2, 75* cum . essent *1, 90* foret *2, 71* fuere *2, 19* fuisti *5, 22* fueram *1, 8*
summus] -mi Olimpi *2, 22* s. caeli *5, 18* -mum satorem *3, 1* cacumine -mo *3, 6* s. satore *5, 21*
sumo] sucorum -munt saporem *4, 49* -muntur syrica *2, 149* solebant . sumi . deliciae *1, 170*
supernus] -na . saecula *1, 199*
supplex] -plicibus . cum vocibus *5, 7*
suppremus] per aethera . -ma *2, 22*
surgo] solet -gere *1, 68* -gens . prolixitas *4, 73*
suscito] cum . -citarent . somniculosos *1, 125*
suus] iter suum *2, 66*
synaxis] s. psalmodiam *1, 130*
syricum] -ca . promiscua *2, 149* -ricorum insignia *2, 158*

T

taeda] -is . lucentibus *4, 28*
tam fortes *5, 48*
tamen *5, 19*
tandem *1, 145. 2, 77*
tantum *4, 3*
tantus] -tis tempestatibus *1, 137*
tectum] -torum laquearia *1, 142* t. tutamina *1, 175*
tego] -gat totum *5, 69* ceu aranea telam -xit *2, 144*
tela] spissam . -lam *2, 144*
tellus turbida *1, 41* -luris latae *3, 8* -lurem debellantis *2, 51* lutosam . t. umectantibus *4, 42* -lure conditum *2, 82*
telum] tyrannidis -la *2, 30* -lorum imbribus *2, 40* imbribus t. *3, 34*
tempestas] quatiens terram t. *1, 21* his tantis -tatibus *1, 137*
tempus] nocturno -pore *1, 19* binis brumae -poribus *2, 2*
tenebrae] tetrae t. *1, 157* aeternis -bris *3, 36*
tenebresco] -brescunt *1, 61*
tener] nunc virescunt . -ra *4, 48* germina dura atque -nerrima *4, 48*
tenus *c. abl.*] solo t. *3, 20* fine t. *4, 78*
teres] tibiae cursu -retes *5, 47* -retibus . grandinibus *1, 51*
tergo] donec . -guntur *1, 60*
terra] quatiens -ram *1, 21* t. . grassabatur *1, 51*
terrester] per caelestia . ac terrestria *4, 64*
terror] per -rorem *2, 52* -rorum turbinibus *1, 138*
teter] -trae tenebrae *1, 157* typo -terrimus *3, 37*
thorax] forant -racas *3, 30* trilicibus . -racis *2, 28* *vide etiam* toracida
tibia] -biae cursu teretes *5, 47*
tigillum] -li fragmina *1, 164*
tignum] -gna tota *1, 133*
timeo] quae . Orcus . -met *2, 40*
timidus] -dorum praecordia *1, 184*
tipus] tipo teterrimus *3, 37*
titubo] -banti *3, 23*
toracida] -das *2, 173* *vide etiam* thorax
torpeo] -pebat trutina *1, 82*
torpor] mortis -pore *3, 14*
torqueo] lana -quitur *2, 148* -quens gurgitibus *3, 39*
torridus] -da . luminaria *1, 38*
torreo] -rentis globi *4, 44* totidem -rentibus *1, 75* Titan tremet -rentibus taedis *4, 27* tostos globorum gremiis *3, 38*
torris] -re *1, 60*
tot monstrorum *1, 140*

totidem *1, 75*
totus] tegat -tum *5, 69* tigna tota *1, 133*
trabs] cum -bibus ingentibus *1, 133*
tremibundus] tigna . -bunda *1, 134*
tremo] -mebat tellus *1, 84* dum -met . machina *1, 17* Titan t. torrentibus taedis *4, 27* -mentia . praecordia *1, 183*
trepidus] gaudiis . -pidis *5, 20*
tribuo] tutamina -buat *3, 24*
trilix] -licibus . thoracis *2, 27*
trinus] trini Tonantis *1, 190* trini . viri *2, 19*
tropeum] -peo . aethereo *2, 43*
trudo] illos . -dat . tenebris *3, 36* -duntur . tela *2, 29* truso . acumine *5, 70*
trutina] limpida . librae t. *1, 82*
trux] trucem . hostem *2, 43* nubibus . -cibus *1, 60* t. . flatibus *1, 111*
tu] tibi *4, 75* tete *5, 9. 67*
tueor] nisi . sollemnia tuerentur . precordia *1, 183*
tum] *1, 27. 127. 145. 2, 65. 83. 145. 165*
tunc *1, 81. 163*
turbidus] tellus -da *1, 41*
turbo *1, 51* brumali -bine *1, 20* turbine *1, 61* terrorum -binibus *1, 138*
turbo] -babat *1, 22*
turgeo] -gentis Tithis *2, 51*
turgesco] -gescebat . pontus *1, 111*
turris] -ris . fragmina *1, 191*
tutamen] tegat totum -mine *5, 69* tectorum -mina *1, 175* t. . sacrosancta *3, 23*
tuus] -am . propaginem *5, 13*
tyrannis] -nidis tela *2, 29*
tyro] labaro -ronis *2, 30* -ronum cassibus *3, 31*

U

ubi *2, 81. 3, 37. 5, 75*
ullus] neque ullus *5, 56. 61*
ultrix] gurgitibus . -tricibus *3, 40*
umecto] mundi rotam . -ctabant *1, 48* liquoribus . -ctantibus *4, 42*
unde *1, 37*
undisonus] -nis fragoribus *2, 50*
undosus vortex *1, 106*
urbs] Romae -bis *2, 8*
usque . Domnoniam *1, 9* ad usque . cardinem *4, 30*
usus] cum . odas coaptem -sibus *4, 8*
ut glacies *1, 58* ut germina *4, 45*; ut . pandunt *2, 163*; — ut . foret *2, 70*; tam fortes, ut . sequantur *5, 48*

V

vacillo] tigna . -lant *1, 135*
valde *2, 146. 5, 38. 54* (val)de *5, 25*
valeo] inspicere . nullus -let *5, 17* neque explicare v. *5, 61* vale, vale *5, 1* -letote *2, 183*
vapor] si verminant per -porem *4, 50*
vastitas *1, 22* odes huius . prolixitas . atque v. *4, 74*
vegetus] foetum vellere -tum *2, 140* per fabricam . -tam *2, 26* orbi -to *4, 18*
veho] -hebant volumina *2, 107*
velamen] fatescente -mine *1, 159* genestarum aprica . -mina *1, 172* vestium v. *2, 117*
vello] foetum -lere vegetum *2, 140*
velud, veluti] velud *1, 70. 4, 56* veluti *2, 32. 148. 4, 16. 5, 37*
venio] horum archon . -niebat a cardine *1, 36*
ventus] cum . -ti . bacharentur *1, 24* sub -torum monarchia *1, 18* inruptio v. *1, 102* v. flatibus *1, 112* v. arietibus *1, 174*
verbosus] -sae . sophiae *5, 143*
verbum] -bi . cum numine *4, 3* -ba ex ore prodita *5, 40*
vergo] meatuum . -gentium *2, 4*
vermiculus] elabitur -lo *2, 142*
vermino] si -nant *4, 50*
vermis *2, 132* gnavi . -mis *2, 126*
verro] fumam -rens *1, 34*
vertex] capitis . -ticem *3, 22* cum -ticibus *1, 43*
verto] cum -titur *1, 142*
vescor] foliis -scitur *2, 127*
vestis] -tium velamina *2, 117*
vexillum] frontis -la *2, 38*
vibro] -brantibus . rictibus *2, 59*
victoria] -riae . ingloriae *1, 39* suffragante -ria *1, 110*
video] -dens . fragmina *1, 163*
vigilia] quarta -lia *1, 124*
vinco] -cistis . hostem *2, 43*
vinculum] amoris -culo *5, 4*
vir] viri et faeminae *2, 137* -rum virtutum rumore fulgescentem in aethere *4, 13* famosi . -ri *2, 42* trini . -ri *2, 20* trini v. *2, 95*
vireo] virentes acsi floscula *2, 97*
viresco] quae . -rescunt tenera *4, 48*
viridis] orbi viridi *4, 58* -di *2, 161*
virilis] forma et visu -rilem *5, 11*
virtus] -tum . corona *2, 23* v. rumore *4, 13*
vis] -ribus . strennuis *2, 41*
viscis] erant iuncti -scide *2, 76*
viso] illum -sendi gratia *2, 69*
visus] forma et visu *5, 11*
vita] -tam clausuri *2, 184* v. degens *5, 78*
vix *2, 26*
vocito] si . -tet *5, 52*
volo] latratibus . -lantibus *2, 146*
volucer] -cribus . sub nubibus *5, 17*
volumen] -mina *1, 32* v. numerosa *2, 107*
vorsus] mellificis . vorsibus *2, 6*
vortex] undosus v. *1, 106* furentes -tices *2, 49* *vide etiam* vertex
vos *2, 41*
vox] ferrea -ce *5, 53* Aethilwaldi . cum -cibus *5, 8*

Y

ymnista *1, 5*

V. GRAMMATICA ET METRICA.

I. *Etymologica.*

Substantiva.

I. declinatio: animabus sanctis.

II. declinatio: maximus et doctor, Saulus patulo vocitatus ab arce (*voc.*), mundus (*voc.*); biblum, qui; sacratos biblos; papyrus. positus; vir: virûm, vīrûm; floscula perflorea.

III. declinatio: absis: absidam; aether: aethera (*acc. sing.*) — aethera (*nom. et acc. pl.*); aethrae (*gen. sing.*), aethram, aethrâ.

aer: aera (*acc.*), aēris, aera (*pl.*)

autor. *gen. fem.*

cassis: cassida (*acc.*), casses catholice, cassis prisci, cassem priscum.

compar: comparis (*abl.; Aethilwaldus*).

cortex: cortice amara.

crates: squamigeros crates.

crudelis: modo tam crudele.

cuspis: fixum cuspidem . eum.

ebdomas: ebdomadae, ebdomadarum.

famis (*nom.*) indolis (*nom.*); satellis, vatis (*nom.*); salis (*nom.*), scrobis, trabis.

femur: femina.

frutex: atra frutex.

gurges: aequoreas gurgites.

lar: larem lucifluam; *confer:* robur, sub qua; astrifero . agmine, culmina quae scandunt; a sermonum serie, quae . coacervavimus; sobolem . constrictum nexibus, almae editum puerperae sobolem; masculini sexus exempla, qui . sustentabant.

natrix: truculentus n., n. nefandus; natrīcis . horrendi; expulso natrice; virulentos natrices (natrīcis nefandae).

ogdoas: per ogdoadam et endicadam.

periscelis: periscelidis (*abl. pl.*).

prosator: prosatori (*abl.*).

puppis: puppe.

restis: restes . nefandos.

silex: silici (*abl.*).

thorax: thoracâ, thoracis (*abl.*).

vibex: livida . vibex.

IV. declinatio: precatu (*dat.*).

V. declinatio: caesaries (*nom. pl.*).

graeca: naucleros: naucleru (*gen.*); threnos: threnus (*acc. pl.*);

pathos: quot pathos inserta adstipularis.

Adiectiva, pronomina, adverbia, praepositiones.

celeber: qui celebris habebatur; plus pernix, plus uda.

quîs = quibus; mi (*codd.* cui); suus = eius: sui successores; singuli quique, singulorum quorumque, singulas quasque formulas, singulis quibusque; si quisquam, raro me quisquam ornet; quislibet alter; non unquam; quos unquam nemo videbat.

istic = *hic, in hac terra;* istuc = *huc;* istinc = *hinc;* iste = *hic;* qua = *ubi.*

octenus, octeni; dudum = *modo;* em = *en.*

absque, inter *postpositum;* crura tenus; inque locet aethereum . gremium *(c. rhyth.).*

Verba.

I. coniugatio: praestavit, signarier, emigro alqm., triumpho alqm., constare = esse, glomerare = se gl., conglomerare = se c., corusco = illustro; radiebat (*c. rhyth.*).

II. et III. coniugatio: adminiscitur, torquitur, candunt, persplendit, pendit, pendĕret, claudēret, florere alqm., tremet, venduntur, mingere alqm., volvere = se volvere, revolvere minuere scandere *intransit.;* graduri; fuerint decursa, sum torpescens; poenituerit *personaliter;* faxo, potestur.

IV. coniugatio: odio, polibo, servibunt.

Deponentia passive: adeptus, indeptus, emensus, praefatus, pollicitus [politus *c. rhyth.*], sortitus, transgressus, vaticinatus; criminari, experiri, iaculari, interpretari, ordiri, pacisci, populari, solari, sciscitari, turificari, tutari, venerari; *forma activa:* contemplare, depopulare, experire, molire, vaticinare.

Coniunctiones: vel = et; et, atque *postposita;* neu = nec; nec = et ne; nec . neu; ast tamen; namque: *non causale;* quatenus = ut; pridem quam, dudumquam = antequam.

Vocabula graeca:

absinthia, absis, abyssus, academicus, acalanthis, acatalecticus, acefalos, acolitus, adamas, adamantinus, adiaforos, aenigma, aether, agape, agon, agonista, agonitheta, agonizo, allegoria, allegoricus, allophilus, ambrosia, amen, amfora, amphi, amphibrachus, amphimacrus, amphitape, amphitheatrum, anachoresis, anapestus, anapesticus, anastasis, anathema, angelus, angelicus, anomalus, antespastus, anthleta, (athleta), anthlia, antibachius, antichristus, antidotum, antifonae, antithetus, apocalipsis, apologia, apologicus, aporians, aporiatus, apostasia, apostata, apostaticus, apostato, apostolus, apostolicus, apostrofus, apotheca, archangelus, archiatrus, archimandrites, (archipirata), architectus, architecta, arithmetica, armonia, arsis, astrologia, astrologicus, astromomia, atomum, atrorbus, auleum, [auricalcum], aut(h)enticus, bachius, balena, ballista, balsamum, baptisma, baptismus, baptista, baptisterium, baptizo, barat(h)rum, barbarus, barbarismus, barbita, basileis, basilica, basiliscus, bibliotheca, biblus, biothanatus, bissus, blasphemo, boa, boia, bombus, bombix, bombicinus, boreus, botrus, brachicatalecticus, bucolicus, byrsa, canon, canonicus, cantarus, caracter, caraxo, carbasus, carenum, cata experimentum, catacizatus, cataclismus, catacuminus, catalectus,

catalecticus, catalogus, cataplasma, cataracta, catapulta, catasta, categoria, catharos, cathedra, catholicus, cauma, cauterium, cedrus, celydrus (chelidrus), cenidus (cinedus), cenodoxia, centrum, cephal, cercilus (?), circilus, chaos, chalibs, charibdis, charisma, cherubin, chiliarcus, chirografor, cirografum, christianus, Christicola, chronica, chronographia, cronografus, ciclas, ciclus (cyclus), cicnus, cilindrum, cimbalum, cimeterium, cincinnus, circus, cithara, clamis, clasma, clerus, clericus, clibanus, clima, climax, coccum, coepiscopus, colaphus, colaphizo, colobium, colobos, colon, colophon, colophos, colosus, comedia, comma, contus, conus, coriambus, corimbus, corius, cribussus, cripta, cristallus, cristallinus, crypta, cyrius, dasia, decalogus, decascemus, dedasculus (didascalus), demon, deuteronomium, diaconatus, diadema, diafonia, dialecticus, digamma, digammon, diiambus, dimeter, diopros, diotum, diprolius, discolus, dispondeus, disticon, ditrocheus, dogma, dogmatista, dolichuros, doma, doxa [ad doxam onomatis cyrii], draco, dracontia, dragma, ebdomas, ecclesia, ecclesiasticus, ecloga, ectasis, effebus, elefas, elegiacus, embolismus, emis, emisperium, enigma, epicedion, epigramma, episcopus, epitafium, epilenticus, epithalamium, epithetos, epitome, epitritus, eptaticus, eptimemeris, ergasterium, ergon, etimologia, ethnicus, eulogia, evax euge, evangelium, evangelista, evangelicus, exameter, exametrus, exaemeron (ex emeron), exenium, exodus, exorcismus, exorcista, exorcizo, falanx, falerae, faleratus, fantasma, faretra, fariseus, farisaicus, fiala, fisolosofia (philosophia), filosoficus (philosophicus), filosofus (philosophus), flebotomus, freneticus, gastrimargia, gazaphylacium, genealogia, genesis, geometria, geometricus, georgica, gigas, gimnasium, gimnicus (gymnicus), gimnosofista, glaucoma, glaucus, gramma, grammaticus, herebus, heremita, heremum, heresis, heroicus, heros, hierophantes, hironia, historiografus, holocaustoma, holocaustum, hyada, hyfen, hypodiastoli, hymenaeus, iacinthus, iacintinus, iambus, iconisma, idolatria, idolothitum, idolum, inerguminus, ionicus, labdacismus, lagaros, lagoena, laguncula, lampas, lautumia, lebes, lecithus, leontofonus, lichinus, linx, logos, lyricus, machaus, machera, machina, macros, macrologia, magicus, magus, malagma, mandra, martira, martirium, martirizo, martyr, massa, mastigia, mastico, mathematicus, mecha, mechanica, melancolia, melodia, melon, melos, melote, metaforice, metallum, metaplasmus, metricus, metropolis, metrum, microcosmus, simmistis mistisque, misterium, misticus, miurus, molosus, monachus, monachicus, monarchia, monarchus, monasterium, monasticus, monoptalmus, monoscemus, monosyllabus, musica, musicus, myotacismus, mys, nanus, napta, nauarcus, naucleros, necromantia, nectar, nectareus, neofitus, nicolaus, nictelium, nicticorax, nimpha, nitrum, nomisma, (nummisma), nōtha, oboliscus, obrizum, obrizus, oceanus, oda, ogdoas, olimpius, olimpiacus, olosericus, onager, onocrotalus, onoma, orcus, organum, organicus, orgia, oroscopus, oroma, orthodoxia, orthodoxus, orthografus, ostrea, palata, palestra, palestricus, palimbachius, paliurus, panagericus, pancratiarius, panthera, papirus, paracletus, paradigma, paradisus, paralipomena, paranymphus, parapsis, parasceue, parasitus, pardus, parrochia, pas, pascha, paschalis, patheticus, pathos, patriarcha, patronimicus, [pauso], pedagogium, pedagogus, pelta, pentameter, pentaptotus, pentascemus, penticontharcos, pentimemeris, penticoste, peon, peplum, periodus, peripsema, periscelis, petalum, petra, phasellus, philargiria, philosophor, phisicus, phymarus, phynulus, pira (pyra), pirrichius (pyrrichius), pisticus, pithium, pithon, pithonissa, pittaciolum, pittacium, planetes, plāga, plasma, plastica, plecta, plectrum, plias, podagra, poema, poetris, polionima, polus, pompa, pontia, pontus, practicus, pranulus, praxapostolon, presbiter, priapeius, problema, procefalos, proceleumaticus, procilios, profeta, prophetes, profeticus (propheticus), profetissa, profeto, prologus, proreta, prosceniun, prosodia, protoplaustus (protoplastus), protus, proxilius, psallo, psalmigrafus, psalmista, psalmodia, psalmus, psalterium, psili, rabbites, reboo, rethor, rethoricor, rethoricus, rithmicus, romphea, sabanum, sabbatum, sabbatizo, salamandra, salpicta, salpix, sambuca, sambucus, sandix, sarcofagus, sarx, satrapa, scamma, scandalizo, scandalon, sceda, scedula, scema, scematizo, scena, scenicus, sceptrum, sceptrinus, scifus, scisma, scismaticus, scnifes, scola, scolaris, scolasticus, scoria, scotomaticus, [semispera], sericus, sillaba, sillogismus (syllogismus), simbolum, simmista, simphonia, sinagoge, sinalipha, sinaxis (synaxis), sincopa, sindon, sinodalis, sinonimus, sinzigia, sofia, sofisma, sofista (sophista), sōfus, spado, spalagium, speleum, spera, sperula, spicadis, spix, spondeus, spondiazon, spongia, statera, stemma, stigma, stilus, stola, stomachari, stomachus, strōfa, strōfosus, stupa, stuppeus, sulphur, ta, talentum, tartarus, tartara, taurus, taxus, tempe, tenia, tessereskaedecatitae, tetarte, tetra, tetrametron, tetraptotus, tetrarcha, tetrasyllabus, thalamus, theatrum, theatralis, theca, theoricus, theristrum, thermae, thesaurizo, thesaurus, thesis, thimiama (timiama), thorax, toracis, threnus, thronus, tiara, tigris, tipus, tirrannus (tyrannus), tyrannicus, tyrannis, tiriacum, tōmus, tonus, topazium, toxa, tragelafus, tragoedia, trampus, trapetum, trapezita, tribrachus, triclinium, trimeter, triptotus, trisillabus, tristegum, trititrochaicus, tritus, trochaicus, trocheus, tropeum, tropicus, tropologia, tropologicus, tropos, tufus, tympanistria, typhus, tyrannis, ydra, ydropicus, ymnizo, ymnista, ymnus, ypercatalecticus, ypodromi, zelo, zelotypus, zelus, zeta, zizania, zodiacus, zona. — *Ex epistulis:* abbas, archimandrita, caraxo, dactilicus, dogma, ecclesiasticus, epimenia, exameter, misterium, panagericus, pauso, philosophia, sofia, stilus, syllaba. — *Ex carminibus rhythmicis:* aether (ether), aethereus, aethralis, agape, agon, aius, amnestia, angelus, anthleticus, apostolus, archon, bachor, basilica, caraxo, carisma, catholicus, circius, cyclus, doxa, ecclesia, ergastulum, evangelicus, giro, lampas, machina, melodia, mysticus, obrizum, ode, paradisus, pelagus, peplum, philochristus, polus, pontus, profeta, psalmodia, scedula, sophia, stemma, synaxis, thorax, toracida, tropeum, typus, tyrannis, ymnista.

Vocabula rariora:

allox (allux pollex in pede *C. Gl. IV, 205, 28*), ambro, arcister, bargina (*W. Schulze, Zur Gesch. lateinischer Eigennamen, Abh. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1904, p. 73 sq. et G. Herbig, in Aufsätze zur Kultur- u. Sprachgeschichte Ernst Kuhn gewidmet p. 171—175*), bascauda, basterna, battuo, caballus, capistrum, caperro, carruca, catax, cavannus, circius, cittum (ciccum cortex mali granati *C. Gl. IV 217, 23*), collobium, collus = colus, colostrum, dodrans, duellum, fastus, fuma, gaza, gehenna, gessum, gurgustium, indruticans (*Archiv f. lat. Lex. XIII 287*), indulcare, instrumentum (= testamentum), labarum, lar (= ignis;

κατὰ σύνεσιν c rh 4, 19 larem lucifluam = lucem), lecebra, maforte, marsus, masca, mastruca (pellis sarda, ex pelle facta *C. Gl. IV 114, 43*), meditullium, mene tekel phares, metari, nubs, plecta (*Rönsch, Itala p. 84*), sabbatum, saburro, sartago, scindula, suffragines (*vide etiam quae adscripsi ad p. 488*); *ex epistulis* acceptorium, amurcalis, fastus, sanna. — *Ex carminibus rhythmicis:* casses catholice, casses priscus, dodrans, duellum, forare, labarum, sodes, viscis.

Syntactica.

nominativus nominis pro accusativo: e. g. c e II 6 a 37, 1. 58, 2. t 74, 16. 96, 9. p c 25. c 1926. 2358. 477, 17.

accusativus: pulpas irrepsit, sobolem . restaurat (Anatolia) pectus anhelum, imbuit nos doctrina medelam, vulnera . medens, hunc morbum medicantur gaudia, medicantes vulnus; quam (virgunculam) persuadet; aliquem . grassari, peto = oro: nec peto Castalidas . nymphas *c 24.*

genetivus: trium temporum dominatur, patuerunt indicativi modi est.

dativus: huic regulae discrepant, vobis comitantes, remeans Siriae, mihi . deficiet.

ablativus pro in *c. accusativo e. g.* sablone sepultus, *pro dativo:* discrimine cessit, praecedit lumine lumen, astrifero procedens agmine, glacie simillima, cedunt ut lumine solis, nectare sed fetor cedit ceu luce latebrae, ut linguam sermone dedat, confertur flamine sacro; cum *c. abl. pro abl. instrumenti e. g. c e IV 9, 13. a 6, 1. 21, 5. 74, 6. t 96, 9. 155, 6. 168, 28. 238, 14. 245, 10. 250, 11. 269, 2. 291, 2. c 389. 427. 608. 1392. 1526. 1611. 1816. 2165. 2170. 2251. 2262. 2304. 2371. 2478. 2527. 2845 = 494, 4. 2871. c. rh. 1, 152. 4, 3. 15. 5, 8. pro abl.* de *c. abl.:* vescor de sanguine, in c. *abl.* in Domino fretus *c e V 12. pro* in *c. accus.* imponens in turribus altis *a 92, 9. pro* in *c. abl.* in *c. acc.* inque locat . gremium *c. rh. 5, 73.*

pro locativo in *c. abl.:* in Roma, in Effeso, [Delo c. *27*], a *c. abl. pro abl.* ab Alexandria, causâ *et* gratiâ *ante genetivum ponuntur:* causâ fortunae, gratiâ purae dilectionis.

pluralis: dum Titus cum genitore . urbem vallarent *c IV 7, 20.*

adiectivum cum attributo: demens et imprudens procax *272, 7.*

indicativus pro coniunctivo in interrogatione indirecta: e. g. dic, utrum arsis an thesis palmam . promerebitur *181, 1.* quo facilius clarescat, quibus auctoritas surrexit *253, 10.*

infinitivus perfecti pro inf. praesentis: e. g. cecinisse solebam *a 26, 1.*

nominativus cum infinitivo post cernor, cognoscor, compellor, decernor, declaror, describor, di(g)noscor, legor, memoror, monstror, noscor, perhibeor, referor, scribor.

infinitivus post facere *259, 14. 262, 4. 276, 23. 288, 11. 292, 11* ferre *271, 11* valere *282, 10. 306, 18* non recusare *175, 6* haud dubium est *157, 27.* compellere *163, 12. 155, 2. 96, 16,* monere *c e III 67* imperare *279, 10* [imperat regem ut . .] iubere: lotia lictor spargere iussit *c 1199* peplis iussit fraudare beatas *c 2258* metuere: plus se . hic metuat gypsam lacerare superbam *c 2751* mittere: missae sumus tecum habitare *263, 2* hunc . misit Eoas gentis convertere *c e IV 6, 13;* moliri: cum . evertere moliretur *282, 10* pati: sillabas correptas fore nequaquam patitur *193, 8;* poscere: dolium deferre poposcit *c 1944;* praecipere *c e IV 1, 21. 273, 15. c 1047;* peto: nec petit Augustum pactam sibi reddere sponsam *c 2101;* precari *194, 1;* procurare: adnectere procuravi *76, 13;* rogo: hoc reserari rogo *96, 10;* sancire *72, 10. 151, 7. 160, 29;* suadere *159, 7;* supplicare: exponi supplica *151, 8.* — qui mihi complacuit . regnare *c 432.*

coniunctiones: quod *c. ind. pro accusativo c. inf. e. g. 75, 14. 87, 26. 96, 17. 191, 6. 286, 4. c 384. 1459. 1465 etc. itemque c. coni. e. g. 61, 8. 172, 13. 234, 24. 247, 1. 249, 2. 258, 10. 290, 2. c 1798. 2794. 479, 1 etc.;* vereor quod mergar *a 38, 2 vide etiam sub* quod. quoniam: textura liquet quoniam videbitur *244, 16.*

ut: credere ut . . *257, 10. c 1247* vota spopondit, ut . . *c 2085* pertimescebant magnopere, ut . privaretur *280, 15* perhorrescit, ut . . *277, 16*

utrum interrogationis indirectae simplicis signum *502, 6.*

postquam: postquam evanuerunt et . . spargerentur *253, 4.*

cum: cum dehiscit et . . emerserit *c 1249.*

dum: dum luxit . et flavesceret ac . infunderet *c 1363.*

quamquam *c. coni. c. 96, 7. 257, 4. c 1822 vide etiam sub* quamquam.

quamvis *c. coni. impf. et plusqpf. vide sub* quamvis.

II. Metrica.

Corripitur: a *in ablativo primae declinationis ut* materterĕ *c e IV 7, 1* gratiă *c e IV 8, 2. 13, 6. c 526. 2658* potentiă *a 25, 5* axungiă *a 100, 48* teniă *c 249* necromantiă *c 578. 1203* arvină *c 918* machină *c 1144* aureă-formă *a 14, 3* piă. cartă *c 2190* florigerâ . vineă *c 2596* solitâ clementiă *c 2088* vanâ . gloriă *c 2694*

genetivus quartae declinationis ut: spiritŭs *a 68, 5 c 131. 653. 1449* domŭs *a 86, 8* pontificatŭs *c 896*

o tertiae declinationis saepe ut: virgŏ Maria *c e III 60*

o adverbiorum ut: citŏ *a 2, 2. 30, 7* quandŏ *c e III 82. IV 1, 11. a 34, 7* usquequŏ *c 1689. 2481* ilicŏ *c 358*

ō primae personae praesentis indicativi saepissime brevis est ut: pandŏ *2, 2* pulsŏ *2, 4* lustrŏ *a 5, 4* sentiŏ *a 15, 1* scandŏ *a 16, 3* gestŏ *a 18, 1 sqq.* vincŏ *20, 5, item in imperativo ut:* truditŏ *c 664 et in ablativo gerundii ut:* fundendŏ *c 2420*

u et i consonae fiunt: belvae *c 358* belvam *c 551* belvarum *c 362. 992* belva *c 2743;* quinquies *a 90, 4* Tusciae *c 2298 (?)* Traciam *c 2077 (?)* nuptis = nuptiis *c 2202. 2360* onero praecordia praedis = praediis *a 20, 2* Glingio *494, 1* Hieremias *c 298* quinquies *a 90, 4* cuius *a 53, 8; item:* eorum *c 1924 cum e diverso* sŭeta *a 21, 3* sŭesco *a 31, 6 legatur*

re nonnunquam producitur ut rēciprocis *a 6, 2* rēsiduae *a 82, 4* rēliquias *a 52, 8* rēdundans *a 6, 4 (19, 1)* rēdundant *a 12, 2* rēsultabunt *175, 3* rēnuntio *182, 9* rēpello *a 52, 7* rēportunt *a 99, 3* rētorto *a 86, 7* (rennuo)

Quantitas falsa: arpāgans *c 2313* affātim *c 309* Cananēus *c e IV 11, 1* cāpisterium *c 864* castīgamus *176, 20 (sic ubique)* căsurus *c 1561* cātax *c 1349* Chaldēa *c 1476* clandestīna *p a 8* crudēlitas *178, 9* crūribus *a 95, 5* crucifixus *c e II 31* cūtis *c e IV 7, 8* dēbrians *a 78, 1* dētrīmenta *a 15, 2* dēcem *a 30, 1* dētur *c e I 19*

